

# ARTIS DIALE

Cticæs præcæpta uetera ac noua/miro artificio conſcripta:a Geor gio Benegno Archepõ Nazareno/omnis philoſophiæ.hac Tem peſtate facile principe acutiſſime ſimul ac limpidiſſime traduntur/ Interquæ Centum & eo amplius præclariſſimas annotationes. Q uæ latuere noſtra ſæcula diu/nec in alicuius ore/aut extabant opere inuenies. Q uærite igitur Iuuenes Q uærite & Q uicunq; alii/Et quod natura omnes cupitis/facile inuenietis.

# CVM PRIVILEGIO

# Ad Reuerendiſſimum in xp̄o prẽm & Dñm Dñm Leonardum.S.R.E.c.tt. Sancti Petri ad Vincula preſ byteꝝ Car.Agenenſem/benefactorem am pliſſimũ:Georgii Benigni Archep̄i Nazareni/Opus artis Dialecti ces præclariſſimum/olim Raguſii cõgeſtum:Romæ deinde Terſum/expolitum/ac nuper æditum.Incipit fœliciter.

SEMPER Mihi Ampliſſime Pater eoꝝ hominum uita q̄ ſui tp̄is ſpatiũ ꝑ ignauiam & ſecordiam tranſegerunt/deteſtabilis uiſa eſt/eo q̄ homo Dei munere/ac natura duce/ad uitæ ſocietatem/mutuãq; opẽ/ſic inſtitutus eſt/ut qcq̄d rõne/atq; intellectu cõſequi poſſit/id totũ ad cõem utilitatẽ accomodet:Non.n. ſolũ nobis nati ſumus:ortuſq; nr̄i partẽ patria uẽdicat/partem amici: Contra uero eos magna ueneratione ꝓſequendos ſemper exiſtimaui/q utrũq; munus ſpeculandi inq̄ ac ꝑclare aliquid agendi/uel alteꝝ ſaltem exercere cõtenderent:Et quom ab ineunte etate utrũq; hoꝝ añ oculos ſtatuiſſem/uiderẽq; lr̄aꝝ ſtudia ſublimeſq; cãꝝ contẽplationes tũ Religionis ꝓfeſſione/quæ a fori ſtrepitu/& populari turba dimouet/tũ naturali q̄dã inclinatione/mihi potius cõuenire/oẽ meũ tp̄s in philoſophiæ penetralibus/ac Theolo giæ ſacrariis/& addiſcẽdo/& alios quæ didicerã docẽdo/& ſemper aliq̄d enarrãdo/ac no uos cudẽdo libros/cõſumpſi/In quo toto ſtudioꝝ gn̄e/q̄tum operepreciũ fecerim/aliis iudicandũ relinquo/Id tñ̄ ſemper animaduerti noſtras lucubrationes magnis ac ꝑclariſ ſimis uiris nũq̄ iniucũdas fuiſſe.Inter cœteras aũt diſciplinas quas acri ſtudio iã pridem cõplexus ſum/rõ ipſa diſſerendi quã Dialecticen uocãt/ſemp mihi digniſſima uiſa eſt/& hoĩ cui a natura tributũ eſt ut ꝑuio diſcurſu ad metã ꝑueniat cõcluſionis/accomodatiſſi ma.Eſt q̄ppe moderatrix ac magiſtra hoĩs ꝓut homo & rõnis capax eſt:& eſt quaſi rõ q̄dam rõnis/& ſciẽtia oĩbus ſciẽtiis ꝑbens modum ſciẽdi:Habet.n.habenas q̄bus intel lectum recto in diſcurſu contineat/ne declinet in obliquos tramites/qui rectis affinitate quadam adiuncti niſi a rectrice dialectica diligentius ſecernantur ipſum pro ſyllogiſmo quẽ formare cupit/ſenſim ad paralogiſmum perducunt; Vnicuiq; igit̃ diuidenti/diffinie ti/ac ratiocinanti hac rõne/ſi recte cupit procedere/opus eſt:Neq; illi audiendi ſunt/qui huiuſce artis canones(ex eo quia hõ natura duce ac ſuapte ui ſatis ipſe ſciat ex premiſſis concluſionem ſubducere)tãq̄ ſuperfluos contẽnunt:Nam & ſi uis ratiocinandi ſit hoĩ a natura indita/tñ̄ ubertate quadam ingenii ꝓfert nõnunq̄ inutilẽ rõnum ſiluam/cuius pernitioſa luxuries enecat bonã ueritatis frugẽ/ Veluti ergo feracibus agris quũ auenas loliũq; ſubmittũt agriculturæ rõ eſt opportuna quæ ſucciſis inutilibus purgatas fruges horreis aſſeruandas tranſmittit:ſic & mẽti humanæ quaſi ex quadam ubertate rõnum inutiles ſurculos ꝓferenti/hoc Dialecticum dirrectoriũ ꝓ illis amputãdis eſt neceſſariũ Q d̄ uel ex eo ſatis conſtare põt.Nam magnæ alioquin exiſtimationis uiros Dialectice parũ cõſultos/in ſcrutãdis reꝝ principiis/ſubducẽdiſq; rõnibus facile admodum lapſos fuiſſe inuenimus:Contra uero huius facultatis peritos/purius multo/ac ſincerius philo ſophatos extitiſſe:Iure itaq; hæc Ars laudãda eſt/quæ docet hoĩem rõnis & mẽtis ſuæ munus agnoſcere:Multiplices nempe ſunt argutoꝝ laquei/innumera ſophiſtaꝝ tendi

cula: quæ oĩa aptis ſolutionibus huius artis enodant̃: Merito itaq; ab elegantioribus or
ganum & neceſſarium inſtrm̃ ad oẽs liberales/ac illiberales artes & diſciplinas capeſcen
das appellat̃ utpote ſine qua nec diiudicare/nec inferre recte quicq̃ poſſis: Quod ſi fece
ris fortuitu id feciſſe uideberis. Ea ꝓp Ars artium/& ſcientiaꝝ oĩum ſcientia/& clauis tũ
ferrea tũ argentea (Solide nãq; ac ſplẽdide oĩa uera aperit/falſaq; claudit) a philoſophis
nominat̃: Enimuero admirari qſpiam poſſet/cur ego logices ꝓcepta inutiliter/uel potius
iactanter/reppetere tẽptauerim/quæ a Zenone eleate aliquantiſper inchoata/& a Chri
ſippo/ut aiunt/copioſius diffuſa/& tandẽ ab Ariſtotele Stagirita/quẽ normam/ꝓdigiũ/
ac exẽplar ultimũ ꝑfectionis humanæ fuiſſe ſapientes ferunt/reſectis alioꝝ nugationi
bus/neceſſariis aũt in cõpendiũ ſeriemq; diſpoſitis/totũ nobis huius diſciplinæ corpus
abſoluit/& illuſtrauit/& eã nobis tanq̃ lucidiſſimã facẽ oĩbus libris quos de reꝝ natura
pulcherrimos/doctiſſimeſq; conſcripſit/pretulit: Ariſtotelis quoq; ueſtigia recentiores
philoſophi cõſectati/ꝓſertim illi toto in orbe nominatiſſimi/quos a Pariſino gymnaſio/
Pariſienſes appellant/multa in hac facultate perarguta/Scituq; digniſſima inuenerunt/
ita ut nil noui a quoq̃ ſuperaddi poſſe uideret̃: Quibus perq̃ facile rñdemus: Fatemur
qdem ipm̃ Ariſtotelẽ totius naturæ in docendo parentẽ huius artis canones accuratiſſi
me tradidiſſe: quos ẽt prono ueneramur uertice/Veꝝ ipſius q̃nq; prepeditum ac ſpino
ſum iter excultis ſentibus molle reddimus/& aſpera in uias planas cõuertimus/ac redigi
mus. Duriuſculos inſuper ſenſus faciliori modo aperimus: Quæ ipſe cõciſius/nos inter
dũ latius diffundimus: Neq; oẽs ueſtigia eius conſectati ipſius ꝓcepta ubiq; recte perce
perunt: Neq; uniuerſi ſincere ſcripſerunt: Immo (ut opportuit) in tanta ſcriptoꝝ turba/
qdam ẽt uitioſe & praue. Qui tñ in addiſcentiũ manibus frequẽtius ſumunt̃/& in ſcho
lis ut plurimũ legi ac doceri permittunt̃: Quapp addendus uidebat̃ quidã quaſi cenſo
rius labor/& aprobandi quæ ꝓbe dicta eſſent/& refellẽdi quæ perperam ſcripta fuiſſent
Qď quidẽ cenſoriũ munus/licet forſan me nõ dedeceret/Quia teneris ut dici ſolet un
guiculis/cũ ĩ aliis diſciplinis/tũ ĩ hac facultate/Romæ/Pariſii/Oxoniæ/Florẽtiæ/Bono
niæ/Papiæ/Patauii/Vrbini/Ferrariæ/& tandẽ iteꝝ Romæ uerſatus ſum: & ut oẽs tem
peſtatis huius hoĩes ſciũt cõſenui: Tyrhunculus. n. hæc indagare cœpi/ueteranus utcũ
q; cõpleui. Illud tñ cenſoriũ munus mihi nõ aſſumo/attñ ea quæ multo ſudore/tũ ꝓcla
ra/tũ utilia in lucẽ ꝓduxi/& ſine inuidia comunicaui/ex porrecta fronte ut ſuſciperent̃/cu
perẽ: Conferant̃ cũ aliis hæc nr̃a/& acutius inſpiciant̃/& dubio ꝓcul cẽtũ & ultra nouæ
in eis annotationes reperient̃: Tã & ſi ꝓuerbium illud inoleuit/Nil dr̃ quin prius dictũ
fuerit: hoc ita ueꝝ eſt/ueluti & illud ſacri ſapiẽtis/Nihil nouũ ſub ſole/quom tñ hæc dies
& hæc reuolutio cœli/& hæc res nũc orta/nunq̃ antea ipſa in ſe fuerit: ꝓceſſit tñ ſe ipãm
Nam in ſibi ſimili & in cauſis naturalibus ꝓfuit/ac in mente diuina ſine initio præextitit:
Multæ ꝑfecto ueritates nũc eliciunt̃/quæ in ꝓteritis ſeculis ipſæ in ſe elicitæ non fuerũt/
illæ tñ in principiis & cõſimilibus ueritatibus ꝓfuerũt: Nouæ ſunt rõne ſui/uetuſtæ grã
ꝑncipioꝝ ex qbus eliciunt̃: Res quoq; & Artes incuria uel caſu aliquo amittunt̃ (ut ars
imprimendoꝝ libroꝝ olim ammiſſa nuꝑ fuit reſtituta) Si tñ rediret aut recuperarent̃/
nouitate hoĩes afficerẽt: De qbus actenus: Quom itaq; Deo duce in hac differẽdi Arte

plurima diſſeruiſſem/ & ea diutiſſime penes me detinuiſſem/ ueritus ne Talētū dñi occul
taſſe arguerer/ eaq; ob rē hos labores meos edere ſtatuiſſem/ Te unū Pater ampliſſime
ac ſapiētiſſime ſcriptoꝝ meoꝝ & Patronū & iudicē deligendū putaui: teq; plurimis noī
bus dignū cenſui/ Cui hæc mea qualiacūq; ſunt ꝓcipue dicarent: Nā ſi agricolā ſationis
ſuæ fructus percipere deceat/ unus tu mihi hac tēpeſtate relictus es ex inclyta & excelſa
Roboreorū familia q me aſpnati nō ſunt/ Immo ſemp mihi fautores fuere/ Multiſq; ac
magnis collatis beneficiis me erexerūt: Iulius.n. II. Pont. Max. Patruus tuus heres am
plificatorq; uirtutū quas Xiſtus Quartus ex ſeraphica Religione ad Thronum Petri
ſubuectus imitādas ei reliquit/ & eādē ipſe religionē mira charitate ꝓtegendā ſuſcepit: &
me ſeorſum primo ad Epātum/ mox ad hunc quē gero Archepātum aſſumpſit/ ut illu
ſtre aliqđ amoris erga me ſui monumentū extaret/ honeſtaq; mihi ſtudioꝝ pſidia non
deeſſent: Huius ſationis fructus Xiſtū primo/ q cū uiro & principe eruditiſſimo Beſſa
rione Cardinali Niceno/ plantauit/ Deinde & Iulium q irrigauit/ edere/ ſeu percipere op
portuiſſet. Veꝝ quia ipſi ad brauiū bene cōſummati curſus aſſumpti/ hæc nr̄a delibare ne
quiuerunt/ Tibi ea Princeps eruditiſſime nuncupo/ tāq utriuſq; illoꝝ nepoti chariſſimo
Qui dū uiuerent tenuē agellū meū ſuæ liberalitatis uberi ſatione cōſperſerunt/ atq; irri
gare nunq ceſſauerūt: Quid ꝓterea de tua ipſius perpetua in me beneficētia & cōmitate
dicā: Quæ iā ſic oībus nota eſt/ ut q tua in me collata beneficia nō uideat/ ſit nemo/ Vi
dent.n. oēs me in penetralibus domus tuæ ſic honeſte collocatū eſſe/ ut me in penetrali
bus tui pectoris æque eſſe repoſitū dubitare nō poſſint. Vno igr̄ hoc meæ dedicationis
officio & patruis quondā tuis Xiſto inq & Iulio/ & tibi ipſi debitos fructus accipies: Illi
qdē tāta cōtulerunt bñficia/ ut ēt ſi nulla in me tua extarēt/ tibi tñ hereditario quodā iure
oīa nr̄a dedicanda fuiſſent: Cōtra uero/ tāta tu mihi ſeorſum tribuenda duxiſti/ ut ſi illis
nihil deberē/ tibi certo nūcupanda hæc ipſa fuerūt: Nūc uero cū & ipſoꝝ merita/ & tuas
uices unus ipſe ſuſtineas/ fructus agelli huius/ quē uos ut ueſtrū ꝑpetuo coluiſtis/ noui/
ſolita benignitate non aſpernabetis: Adde uero q ēt ſi nulla grati officii rō interceſſiſſet/
iſtud certe in oī doctrinaꝝ gñe acre ſtudiū tuū/ uitaq; integritas oibus plane iam cogni
ta/ ſibi has meas lucubrationes facile uēdicare pñt: Nulli.n. cū libri alii/ tū ꝓcipue hi q rō
nem diſſerendi cōtinent decentius dedicant q ei uiro ac principi/ qui in aſſiduis lraꝝ ſtu
diis uitā ducat/ ſitaq; oīa quo ad eius fieri pōt ad rōnis normā moderet/ oēmq; & in men
te/ & in actione paralogiſmū declinat/ nihilq; rectæ rōni abſonū agit: hic uero dialecticæ
facultati unus pſtitutus eſt finis. Cœteꝝ laudādi tui partes aliis relinquamus: Nimia
n. familiaritas domeſticaq; hæc clientella/ me hoc loco longius euagari non ſinunt. Tū
uero & illud mihi cauēdū eſt/ ne cui uidear hoc ambitu laudis cenſuræ tuæ calculum
mihi cōciliaſſe: Cui tñ noſtra tā hæc/ ita lubens ſubitio ut ita mihi demum placitura ſint
ac cœteris aprobanda confidam/ ſi acerrimi iudicii tui ſnīa pbabunt: Quercus enim
ueſtra ſub cuius umbra ab ineūte etate ſedi/ eiuſq; dulces percepi fructus hactenus mihi
fuit umbraculū diei ab eſtu/ eritq;/ Vt ſpero/ in poſterum ꝓtectio a turbine & a pluuia/

# AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM & Dñm Dñm Leonardum S. R. Ecc. tt. Sancti Petri ad Vincula Presbyteꝝ Car. Agenenſem Benefactorem Ampliſſimum: Georgii Benigni Saluiati Archepi Nazareni Opus Artis Dialecticaes Praeclariſſimũ olim Raguſii cõgeſtũ: Romae deinde Terſum expolitum ac nuper aeditũ Incipit faeliciter.

## Pe. Quid eſt (ut a diffinitione incipiam) logica. Be. Cap. I.

LOGICA eſt ſcientia Qua ſciendi ſiue uerum a falſo ſecernẽdi oſtenditur modus: P. Quot ſunt modi. B. Modi quibus ueritas innoteſcit potiſſimum ſunt tres: Modus diuidendi modus diffiniendi modus arguẽdi ſeu ratiocinandi: P. Vnde dicta ẽ logica. B. Logica a logos uocabulo graeco deriuat̃: P. Quid eo notat̃. B. Logos plurima denotat ſed quatuor ꝓcipue Verbũ Cauſam Rationem & Supputationem: P. A quo illoꝝ logica deſcendit: B. Logica dici poteſt a uerbo uerbatoria a cauſa cauſatoria a ſupputatione ſeu menſura menſuratoria. Sed a ratione quae reliqua tria cõplectitur ſcientia ratiocinatoria conſuetius & perfectius deſcendit: P. Cur appellatur rõnalis: B. Logica rationalis ſeu ratiocinatoria dr̃ quia de his quae ratio (non natura) conficit tractat ut ſunt enunciatio diffinitio & ſyllogiſmus: P. Etiam grãmatica & rhetorica de his quae ratio conficit tractat: B. Logica put de fabricatis a ratione tractat continet ſub ſe Grãmaticã Rhetoricen & Poeticam & hanc artem Prout uero ab illis tribus diſtinguitur de modo ſciendi ſeu ſyllogiſmo conſiderat: P. Cur logica potius haec rõnalis dr̃ q̃ illae aliae: B. Logica haec potius q̃ illae aliae ratiocinatoria nuncupatur quia nõ ſolũ a ratione confecta uerum etiam rationem concludendi diuidendi & diffiniendi docet.

## P. Quid nomine dialecticae importatur: B. Cap. II.

Dialectica interdum pro hac praeſenti arte interdum & ut plurimum pro una ipſius parte Quae Topica ſeu localis appellatur accipitur: P. Quo pacto eam diffiniunt: B. Dialectica (aiunt) eſt ars artium ſcientia ſcientiarum ad omnium methodoꝝ principia uiam habens: P. Quid artis noĩe intelligit̃: B. Ars interdum eſt idem quod ſcientia & ſic non modo ſeptem ſed omnes artes libero homine dignas liberales dicimus ut eſt Philoſophia Methaphiſica ac Theologia. Interdum ars eſt recta ratio factibilium Et ſic ſeptem artes mecanicae ſeu uiles ac ſeruiles ponunt̃ q̃a ꝑ corpus quod animae ſeruit exercentur iuxta carmen. Nauta Faber Medicus Milesq; ac Villicus auceps Lanificus uiles ſunt ſimul arte ſua. Ars interdũ eſt collectio multoꝝ ꝓceptoꝝ in unũ finẽ tendentiũ. & ſic arti liberali & illiberali eſt cõmunis & in diffinitione ars accipitur ſecundo uel tertio modo: P. Quid uocabulo ſciẽtiae accipitur: B. Scientia eſt alicuius rei per cauſam neceſſariam & propriam euidens co

gnitio :P. Q uid eſt methodus. B. Proprie methodus eſt uia compendiaria/metapho ricc uero eſt omnis doctrina eo q̄ recto tramite ad ueritatem perducit :P. Q uid nomine principii accipitur. B. Principium eſt manifeſta & quæ probatione non eget ueritas: P. Audiui duo eſſe principia prima/quæro quæ ſint illa :B. Principium primum oſum uiarū ſeu diſciplinarum eſt hoc/De quolibet dr̄ affirmatio uel negatio/ Vel ſic/De quolibet cuiuſlibet contradictionis altera pars eſt uera/altera falſa: Principium primum negatiuū eſt hoc De nullo ſimul affirmatio uel negatio dr̄/ Vel ſic/ De nullo cuiuſlibet contradictionis utraq; pars eſt ſimul uera uel utraq; ſimul falſa: Negātem hæc principia impoſſibile eſt aliquid adiſcere. Contra negantes principia non eſt diſputandum per ſcientiam ſpecialem: ſed bene cōmunem. P. Q uot ſunt ſcientiæ cōes. B. Duæ ſunt ſcientiæ cōes/ Metaphiſica & Logica/quia principiis earū utuntur oēs :P. Q uia principium reſpicit cōcluſionem/ Q uid ergo eſt concluſio. B. Cōcluſio eſt oratio certis modis ex aliis illata put ſuo loco uidebit̄ :P. Dicis hæc ſcientia/ſeu hæc uia/aut hæc methodus habet uiam/ Q uis ſenſus. B. Hæc uia habet uiam/hoc eſt adytum ſeu ingreſſum ad p̄ncipia oīum methodorū/ſeu uiarū/ Q uia de principiis oīum diiudicat :P. Aiunt Dialectica eſt clauis & argentea & ferrea qua uniuſcuiuſq; artis ianua facillime aperit̄ :B. Argētea pp illuſtrationem ferrea pp ſoliditatem :P. Vnde dr̄ Dialectica :B. Dialectica non dicitur a Dia & logos/ſeu Lexis: Sed απο του διαλεγομαι .i. a diſſero ſeu diſputo: ſcientia diſputatoria/ſeu ars diſſerendi deſcendit.

## P. Q uot ſunt partes huius Logice. B: Cap. III.

PArtes logice (de qua hic agimus) ſunt tres/ Terminus Vt Petrus/ Enūciatio ut Petrus colit uirtutem/ Syllogiſmus/ut quicūq; colit uirtutem euadet foelix/ Petrus colit uirtutē: igr̄ Petrus euadet foelix :P. Q uæ rō diuiſionis B. Ratio huius diuiſionis eſt hæc: Triplicem animi operationem eſſe conſtat. Prima eſt ſimplicium intelligentia. Secunda/compoſitio/uel diuiſio. Tertia/ diſcurſus. Primæ correſpondet terminus. Secundæ oratio/ cuius pars precipua eſt Enunciatio. Tertiæ/argumentatio cuius nobiliſſima ſpecies eſt ſyllogiſmus :P. Poſſent necne logice partes alio modo aſſignari :B. Si ipſa docet modum ſciendi Q ui ut patuit in tres modos diuidit̄ illi p ptibus poſſent poni/ Vel ſi ſit de ſyllogiſmo/q i demōſtratiuū & dialecticum diuidit̄ illi eſſent ſuæ partes: Sed gramaticos imitati q lrām/ſyllabā/dictionē & orationem artis illius partes ponunt ut facilius diuiſio acciperet̄ Terminum/enunciationem/ac ſyllogiſmum logicæ partes aſſignauimus :P. Q uid noīe Terminus deſignat̄ :B. Terminus ultimum ſeu extremū cuiuſcunq; rei p̄priæ deſignat metaphorice uero tria/interdum diffinitionē quæ naturam rei exprimit & cōplet/ Interdū ſubpoſitū & appoſitum/quæ ſunt orōnis extrema: Interdū (ut hic) oēm partē orōnis :P. An terminus ſit idē qd̄ dictio :B. Si dictio ſit in mente & ſcripto/terminus & dictio idē erūt ſi dictio nō ſit in ſcripto uel mente/ſed ſolū in uoce oīs dictio erit terminus & nō econuerſo :P. Q uotuplex eſt orō :B. Triplex mentalis/uocalis & ſcripta :P. Diffinito ter

minũ: B. Terminus eſt ſignum orõnis ubiq; cõſtitutiuũ: P. Quid eſt ſignum: B. Signũ eſt ex cuius apprehenſione ducimur in notitiã alicuius rei p ipm notatæ uel in modum p quẽ notat ut ſunt termini non p ſe ſignificatiui: P. Cur dicis ubiq;. B. Quia in mẽte in uoce & in ſcripto: P. Nihil addidiſti ad differentiam lrã℞ & ſyllaba℞: B. Lrãe quaſi legiteræ uel a lituris dictæ in ſcripto ſolũ ſunt & cõſtituũt orõnem ſolũ in ſcripto Syllaba ex quo eſt cõglutinatio plurium lrã℞ ſolum in ſcripto orõnem cõſtituit. Terminus aũt orõnem ubiq; cõſtituit: P. Non ſunt ergo lrãe & ſyllabæ in uoce: B. Non eqdẽ: ſed lrĩs correſpondẽt elemẽta in uoce quæ ſunt uoces ſimplices Syllabis correſpõdent uoces cõpoſitæ lrĩs aũt & ſyllabis nil correſpondet in mente: Nihil. n. eſt in mente quod ſic ſe habeat ad terminũ mentalem ſicut ſe habet ſyllaba ad ſuum terminũ & lrã ad ſyllabã: Neq;. n. cõceptus lrãe cõſtituit cõceptum ſyllabæ: nec cõceptus utriuſq; illorum cõceptum cõſtituit termini: Exẽplum huius aĩa & corpus cõſtituunt hominem conceptus tamen animæ & corporis non conſtituunt conceptum hominis neq; conceptus aĩæ format cõceptũ corpis licet aĩa informet corpus: & cõceptus partis nõ eſt ps cõceptus totius: Immo cõceptus partis ut lrãe uel ſyllabæ ẽ ita terminus ſicut & cõceptus totius dictionis: Icirco orõ mẽtalis ex ſolis terminis conſtituit Qui non ſunt neq; ex lrĩs neq; ex ſyllabis cõpoſiti ſunt. n. cõceptus & ſiĩitudines re℞ ſpũales Quãq; tñ elemẽta q ſunt uoces ſimplices dñr abuſiue lrãe & uoces cõpoſitæ ſyllabæ: Qui ergo dicunt lrã eſt minima pars uocis abuſiue loquunt Qui uero dicũt (ut Priſcianus) lrã eſt nota elemẽti hoc eſt uocis ſimplicis pprie id exprimũt: P. Nõ oportebat igr addere illã partĩ quã q terminus eſt ſignum orõnis cõſtitutiuum ut pars ppinqua niſi diffiniret orõ in ſcripto tm̃ & aliquõ in uoce ubi lrĩs correſpondẽt elementa & ſyllabis uoces compoſitæ B. Oratio in cõi non componit ex lrĩs & ſyllabis quia tunc oĩs oratio ſic componeret.

P. Diffiniri ſolet Terminus & aliomodo. B. Cap. IIII.

Philoſophus ſic eũ diffinit: Terminus eſt in quẽ orõ reſoluit & ſupple a quo ſeu ex quo primo cõſtituit: Nihil. n. aliud in illa q ipm cõſtituunt reſoluit: P. Dẽpto uerbo ſi inueſt ... cõiungit remanent extrema orõnis: B. & illa dñr pprie termini: P. Diffinito formalius: B. Terminus eſt modus intelligẽdi ea ſigna quæ ſuæ ſunt orõnis ubiq; cõſtitutiua: P. Non ergo ſignũ eſt genus termini ſed potius ſubiectũ uel fundamentũ ab eo denoĩatum: ſed iã ponẽdus eſt ordo termino℞: B. Ea q ſcribunt ſunt notæ uocũ & ea q ſunt in uoce ſunt ſigna eo℞ q ſunt in mente Ea uero quæ ſunt in mente ſunt imagines & ſigna re℞. Et ſi res fuerint ſigna alia℞ re℞ non tñ erunt ſigna orationis conſtitutiua & ita neq; termini: P. Mentales termini uident oẽs alios ſignificare Nam & lrãs & uoces concipimus: B. Termini mentales put ſunt priores ab aliis ſignificant & ſolẽt dici cõceptus ſeu termini ultimati ſolũ res ipãs nãlr ſignificãtes Alios itẽ ſignificãt put ſunt poſteriores ipĩs & a nõnullis uocant cõceptus ſeu termini nõ ultimati. Neq; quippe poſſet loq aut ſcribere ſi cõceptus ñ pceſſiſſent factis deinde uocibus & lrĩs ſeqt earũ cognitio Quæ etiã ẽ terminus mẽtalis: P. Nõnulli ſcribũt q uoces ignorãt nõ ergo ſp lrã denotat uocẽ: B. Lrãe ignorãti uoces (ut Alberto nobili muto) nõ uoces

ſed ipſas res abſq; medio deſignant. Sunt.n.ſibi litteræ/quod aliis picturæ :P. Voces &
litteræ uocant̃ ſe mutuo diſignare :B. Voces ſignificatæ a litteris ipſas litteras ſignificāt/
ut hæc littera. A. deſignat uocem/& uox imponitur ad ſignificanā.talem caracterem/&
hæc littera. L. deſignat uocem ſimplicem huius uocis compoſitæ el/& tota illa uox el/
deſignat ipſum caracterem L :P. An hæc tria/littera/uox/& conceptus poſſint dici ſigna
eiuſdem rei :B. Littera/uox/& conceptus non ſunt tria ſigna ſubordinata eiuſdem rei/ſic
ut unum eorum/alterum non ſignificet. Sed littera denotat ſolas uoces/ille uero ipſos
conceptus in mente latentes/uel res prout ſunt conceptæ.

P. Audio q̃ plurimas terminorum diuiſiones. B. Cap. V.

PLurimæ ſunt terminoꝵ diuiſiones/ſed potiores perſtringemus/ Termino
rū alius illimitatus ſeu tranſcēdens/alius limitatus & p̄dicamentalis :P. Illi
mitatum multiphariam accipit̃ :B. Nō eſt hic ſermo de illimitato pfectione/
ut eſt Deus/aut cauſatione (ut ipſæmet & coelū) ſed de illimitato p̄dicatione
P. Quot modis accipitur illimitatum p̄dicatione :B. Quatuor ſi ſoli Deo cōueniat/ut
infinitum/& neceſſe eſſe. Si Deo & alicui creaturæ/ut ſapientia intellectus/& uoluntas/
Si pluribus diuerſoꝵ predicamentorū/ut ens finitū/& ſi qua ſunt talia. Si Deo & omni
bus aliis ab ipſo competat illimitatus terminus eſt/& ab omnibus tranſcendens nun
cupatur :P. Tranſcendentia hoc pacto dicuntur ſex : Res/aliquid/ens/unum/uerum/
bonū :B. Et ſi qua ſunt ſynonima/ut intelligibile & appetibile :P. Progredere :B. Ter
minorum aliquis complexus/ut eſt ille cuius partes ſeparatim ſignificant ut oratio/aliqs
incomplexus cuius partes ſeparatim poſitæ nil uel non aliud/a ſeipſis deſignant/ut unica
dictio :P. Quid nomine orationis accipis. B. Oratio aliqua eſt habens extrema copu
lata uerbo/ut homo eſt albus/aliqua conſtituta ex ipſis extremis ſine uerbo/ut homo al
bus. Et utraq; eſt terminus cōplexus :P. Declarato/ut euitem ridicula multoꝵ :B. Si
terminus unus plura ſignificet/ut canis/liber/& nepos/non pp id complexus eſſe cenſet̃.
Si plures termini denotent oīno idem ut abditum abſconſum/uelatum pp id nō dr̄r ter
mini cōplexi : Terminū cōplexum plura ſigna & plura ſignificata hr̄e op3. Illias & Geor
gius Benignus nō dr̄r termini complexi. Aduerte ad hæc & euitabis forſan ea q̃ times.

P. Da diuiſionem aliam :B. Cap. VI.

TErminoꝵ alius per ſe ſignificatiuus & cathegoricus ut homo/& leo/& ceruus.
Alius nō p ſe ſignificatiuus/& ſyncathegoricus/ut ſunt nomina relatiua/Qui
quæ qđ/& diſtributiua ut oīs/& nullus/& particularia ut aliquis/& oēs prepoſi
tiones/interiectiones/& coniunctiones/& nonnulla aduerbia/ut equidem profecto :P.
Vtrumq; diffinires cupio :B. Terminus per ſe ſignificatiuus eſt qui ſeorſum poſitus aliqđ
repreſentat: Terminus non per ſe ſignificatiuus eſt qui ſeorſum poſitus nil ſignificat : ſed
ſolum conſignificat/uel ſolum prebet modum ſignificandi aliis: Cathegoricus eſt q pōt

eſſe ſuppoſitum ſeu ſubiectum/& appoſitum ſeu predicatum alicuius orationis. Syn
cathegoricus eſt qui ſolum conſignificat & non poteſt eſſe predicatum aut ſubiectum
alicuius orationis: P. Igitur omnis per ſe ſignificatiuus eſt cathegoricus & econuerſo/
& omnis non per ſe ſignificatiuus eſt ſyncathegoricus/& ecõuerſo/ſed alia ratione talis
& talis: B. Parua inter eos differentia/& interdum confunduntur/poteſt autem dici ter
minus cathegoricus/cathegorema/& cathegorematicũ/ſimiliter ſyncathegoricus ſyn
cathegorema/& ſyncathegorematicum.

P. Dicuntur termini placito & naturaliter ſignificatiui. B. Cap. VII.

TErminorum alius naturaliter ſignificatiuus/alius ad placitum: P. Enuclea:
B. Terminus naturaliter ſignificatiuus eſt ille qui apud omnes ſuapte natura
eſt eiuſdem rei repreſentatiuus/ut ſunt termini mentales. Quemadmodum
n. pictura uel ſculptura Cæſaris ſeu ipſe Cæſar pictus aut ſculptus eſt imago ſeu ſi
gnum Cæſaris. Sic & conceptus ſeu cognitio Cæſaris uel ipſe Cæſar conceptus & co
gnitus eſt ſignum ſeu imago ipſius Cæſaris: Nam domus ad extra & fit & repræ
ſentatur a domo ad intra Cognitio igitur hominis & bouis aut homo cognitus & bos
cognitus ſunt termini mentales/ Similiter cognitio ſyllogiſmi & diffinitionis aut ſyllo
giſmus cognitus & diffinitio cognita: Terminus ad placitum eſt qui ex impoſitione au
thorum aliquid ſignificat/ut ſunt omnes termini in uoce & ſcripto/licet ſcriptura ſigni
ficet immediate uocem & uox conceptum/mediate tamen ſignificat etiam res. Termi
nus ad placitum/ut hæc uox homo/ſignificat terminum mentalem/uidelicet/con
ceptum hominis/uel hominem conceptum/& hæc uox homo concepta ſignificat
illam uocem homo: P. Igitur ſi aliqua uox idem apud omnes repræſentaret ex impoſi
tione non eſſet terminus naturaliter ſignificatiuus/ſicut fuit quando erat unum labium
uniuerſæ terræ. B. Non eſſet utiq; & adde q nulla uox aliquid naturaliter repræſentãs
eſt terminus/ Vt gemere/mugire/rugire/Sola uox ex impoſitione eſt terminus: P.
Hæc uox gemitus/& hæc uox mugitus/ſunt termini/ſignificata ipſorum minime/
Sed quid eſt uox. B. Vox apud philoſophos non eſt quicunq; ſonus/ Sed eſt ſonus
ab ore animalis prolatus naturalibus inſtrumentis formatus: P. Quot ſunt eiuſmodi
inſtrumenta. B. Inſtrumenta nouem (aiunt) guttur/lingua/palatum/quatuor & den
tes & duo labia ſimul/Sed ſine dente ullo multi formant uoces complete & perfectius
q qui paucis in parte anteriori carent/ Neq; eſt ponendus numerus dentium/& adden
dus eſt pulmo potius & arteria/& ſic ſeptem erunt inſtrumẽta: pulmo/Arteria/guttur/
lingua/palatum/dentes/labia/de his in philoſophia/Et nota q uox alia articulata & litte
rata/quæ uidelicet & ſignificat aliquid & ſcribi põt/ut hæc uox homo/ Alia inarticulata
& illiterata/quæ uidelicet nec ſignificat/nec ſcribi põt ut ſtrepitus ſed ſtrepitus eſt ſonus
potius q uox/exemplum nequit ſcribi/quia tunc contradiceret ſibi/Alia articulata ſed illi
terata/quia ſcribi nequit/ut ſibillare & gemere/Alia litterata quæ ſcribi poteſt/ſed inarti
culata quia nil ſignificat/ut coax/Cro.

TErminorum naturaliter ſignificatiuoꝝ ſeu mentaliū (qđ idem eſt) alius ſolet dici primæ intentionis/ alius ſecundæ intētionis/ uterq; tñ nil aliud eſt q̄ ſignū alicuius entis in mēte exiſtens/ ſiue dixerimus illud ſignū eſſe conceptū alicuius entis/ ſiue eſſe aliquod ens conceptum, put iam declarauimus: P. Definito ipſos: B. Terminus primæ intētionis (ut ipſa uerba ꝑtendunt) eſt conceptus naturaliter primā intētionem repſentās/ uel eſt ipſa prima intētio cognita ſeu concepta: Terminus aūt ſecūdæ intētionis eſt conceptus naturaliter ſecundam intentionem repſentans/ ſiue eſt ipſa intētio ſecūda concepta & cognita. P. Quid p primam quidue p ſecundam intentionē accipit. B. Pretermittendo huius uocis intētio multas acceptiones/ hic intentio ab intendo qđ eſt attēdere & diligēter aīaduerto & intueor deſcēdit/ Intellectus quippe tēdit in res q̄s dr̄ noſſe/ tēdere uero in res/ eſt eas intēdere/ inde uenit intētio/ quaſi quædā actiua in res tēditio & ipſæ res cognitæ intendunt/ a quo intēdi/ iteꝝ deriuat intentio/ quaſi reꝝ quædam paſſiua tenditio/ Res. n. ſunt ſic intētæ & ſic intendunt ſic apprehendunt & concipiunt: P. Omne igr̄ intentum eſt conceptum/ & cognitum/ & illius abſtractum eſt intētio paſſiua/ Sed cur altera prima/ Altera ſecunda dicat nōdum perſpexi: B. Intellectus bifariam res intēdit/ & ipæ res ab eo bifariā intendunt/ Primarie uidelicet/ & ſecūdario: P. Hoc ut declares cupio: B. Intellectus dr̄ primo in res tēdere qn̄ eas intelligit & circa eas operat anteq̄ mutuo eas cōparet & alicui aſſimilet/ hoc. n. eſt in res primo tendere & ipſas intēdi primarie/ Deinde ipſe intellectus conuertit ſe ſuper ſuū intelligere & ſuper res intellectas/ ueſtigando quo pacto illæ res ſe hēant adinuicem puta flos ad roſam & liliū & aīal ad hoīem & bouē/ cupitq; & nitit talem habitudinem aſſimilare alicui habitudini magis notæ & p modum illius hanc cōcipere/ & in ꝓpoſito habitudinē floris ad roſam & lilium & aīalis ad hoīem & bouem aſſimilat habitudini Romuli ad domos Romanoꝝ/ & q̄a Romulus eſt genus & principium Romanoꝝ trāſfert rōnem gn̄is & principii ad florē & aīal/ & intelligit illa ſub rōne gn̄is & principii/ & hæc eſt ſecundaria reꝝ intentio/ & res dicunt ſecundario intētæ/ q̄a ſub his modis eis attributis ſunt conceptæ/ Qui modi ſunt ſecundæ intentiones/ eo q̄ res ſub eis cōceptæ dicunt ſecundo intentæ/ Dicunt ēt ſecundæ intentiones q̄a ipſi modi antea erant in rebus ex ſui natura/ & nunc ſunt ad alias tranſlati/ Eſt igr̄ Romulus genus ꝓprie & aīal ac flos per metaphoram/ Quare porphirius loquēs de hac generis acceptione dicit/ Eſt aūt genus de quo apud philoſophos eſt ſermo ad ſimilitudinem priorum generum dictum: & hæc aſſimilatio poteſt eſſe magis tenuis & minus tenuis magis euidens & minus euidens/ Neq; igitur concipere aut concipi/ neq; intendere aut intendi/ neq; comparare aut comparari/ neq; attribuere aut attribui/ ſiue derelinquere aut derelinqui/ tranſferre aut tranſferri eſt intentio ſecunda. Sed eſt modus intelligendi habitudinem rerum per metaphoram ſeu per ſimilitudinem attributus & appropriatus: P. Nonnulli primam intentionem primum rei conceptum/ & ſecundam ſecundum eſſe diffiniunt: B. Quemadmodum intentio ab intendere & ab intendi deſcendit, actiue inquam

& paſſiue ſic & conceptus a concipere & concipi poteſt accipi actiue & paſſiue/& accipiēdo conceptum paſſiue uerum eſt ut prima intentio paſſiue accepta ſit primus conceptus rei paſſiue acceptus/& quia oē qd' dr̄ ſecunda intentio reſpectu unius/ut genus reſpectu animalis/eſt intentio prima reſpectu alterius/ut genus reſpectu Romuli/ea pp eadem res q̄nq; eſt primus conceptus & q̄nq; ſecundus/ Similiter oīs terminus ſecundæ intētionis/hoc eſt/ſignificans ſecundam intentionem eſt terminus primæ hoc eſt ſignificās eandem rem ꝓut eſt prima intentio/Sed aduerte ꝙ ſicut cōceptus mentis quibus figmēta intelligimus non ſunt figmenta/ſed uera entia/ſic & conceptus quibus intentiones ſecundas concipimus non ſunt ſecundæ intentiones/ſed uera entia/ſunt tn̄ ſigna ſecundarum intentionum/iccirco dicuntur termini ſecundæ intentionis Et ut rudiores facilius ſecundam intentionem & terminum ſecundæ intentionis percipiant animaduertēdum ꝙ quæcunq; gramatica per ſe conſiderat ut eſt nomē/uerbum/participium/& accidētia illorum: Similiter quæcunq; Rethorica conſiderat ut eſt prohemium/diuiſio/narratio/confutatio & epylogus/& quæ docet poeſis ut eſt forſan dactilus/ſpondeus/iambus & huiuſmodi/& quæcunq; Dialectica inſtruit ut eſt Syllogiſmus demonſtratio & diffinitio dicuntur ſecundæ intentiones & conceptus talia ſignificantes dicuntur termini ſecūdæ intētionis: Et quia ipſa per fictiones cum ratione factas & comparationes procedit/uidetur metaphoris & ſimilitudinibus plæna.

Pe. Quis primæ quiſue ſecundæ impoſitionis. Be. Cap. IX.

TErminus primæ impoſitionis ī uoce eſt terminus ad placitum ſignificatiuus immediate conceptuum primarum intētionum/uel eſt ſignificatiuus primarum intētionum conceptarum: Nam uoces deſignant cōceptus entium uel entia concepta immediate & illis mediantibus ipſas res/ut hæ uoces homo & chimera. Secundæ impoſitionis ſimiliter ſignificat in uoce conceptus ſecundarum intentionum uel ſecundas intentiones conceptas immediate/deinde illis mediis ſignificat ſecundas intentiones in ſe ut hæc uox ſyllogiſmus. Terminus primæ impoſitionis in ſcripto ſignificat immediate ipſas uoces & illis mediantibus ſignificat terminum mentalem/& tandē ipſam rem/ Similiter & terminus ſecundæ impoſitionis in ſcripto: P. Alii ex boetio ſumentes ita dixerunt/ Quædā ſunt nomina rerum/quædam uero ſunt noīa nominum diſtinguentes nomen contra rem/& nomina rerū uocant terminos/primos conceptus mediate uel immediate ſignificantes/ſi mediate tunc ſunt in uoce uel in ſcripto/ſi īmediate tunc ſunt in mente/ Nomina uero nominum ſunt termini mediate uel īmediate deſignantes ſecundas intentiones/quas non intelligentes nomina uocabant/quaſi uoces puras uel uocabula pura: Sed procede ulterius diuidendo. B. Cap. X.

TErminorum alius finitus ut homo/alius infinitus ut non homo: P. Da infinitum. B. Terminus infinitus eſt qui perimit ſignificatum alicuius termini/& reliqua omnia ſine delectu ponit ut nō homo perimit quidem hominem

& alia relinquit, indiſtincte, nam non homo denotat aliquid, ſed non hominem, & qđ ſit illud aliud ab homine non ponit determinate: P. Ergo ſi perimendo nil relinquatur non poteſt dici infinitus ut non res, & non ens: Sed quæro uter hoꝝ latior, non plato, uel non ſubſtantia: B. Non plato eſt latior terminus q̃ non ſubſtantia, nam oīs non ſubſtantia eſt non plato, & non econuerſo: P. Diuide ulterius. B. Terminoꝝ alius priuatiuus, Ut cæcitas, alius poſitiuus ut uiſus. P. Quis ꝑuatiuus. B. Terminus priuatiuus eſt ille q negat actum, Ut tenebræ, & interdum potentiam, Ut cæcitas, aptitudinē uero ſemper relinquit: P. Igitur terminus poſitiuus eſt qui aptitudinem ſemper & potētiam, & q̄nq; ēt actum ponit, Ut auditus: & lumen, Nil itaq; tetrum uel obſcuꝝ aut coecum, niſi qđ aptum eſt audire & uidere, ac eſſe lucidum, niſi confundendo uocabula, Sed inquiro q̄uo negatiuus a priuatiuo & infinito differt. B. Terminus infinitus & priuatiuns ſolet dici negatiuus, ſed pure negatiuus differt ab illis: P. In quo differt. B. Terminus pure negatiuus nihil relinquit & ſic differt ab infinito, & quia nihil præſupponit ſed ſolum deſtruit, ſic differt a priuatiuo: P. Da & aliam diuiſionē: B. Terminoꝝ alius mediatus. Ut homo & plato, alius īmediatus ut hic & hæc & hoc, Et oīa aduerbia loci & ꝓnomina demonſtratiua ut hic iſtic illic, & hic, iſte, ille. P. Cur dicuntur immediati. B. Quia per manifeſtiores terminos declarari non poſſunt.

P. Quis ſingularis, Quiſue uniuerſalis. B. Cap. XI.

TErminorum — Alius ſingularis, ut Plato.
— Alius uniuerſalis, ut homo, aīal, rōnale.

Singularis eſt q unū oīno ſignificat, & de uno ſolū ꝑdicat, Ut Cato, & Scipio. P. Cato dr̄ ſingularis quia ſignificat rem ſingularē, & homo uniuerſalis quia denotat rem uniuerſalē. B. Terminus uniuerſalis eſt qui ſignificat rē unam in pluribus acceptam, & de pluribus predicabilē, oē qđ eſt uel eſſe aliquid quouiſmodo cogitat, aut concipit eſſe p modum uniuerſalis aut p modum ſingularis: P. Uniuerſale diuidi ſolet: B. Uniuerſale aliud illimitatū & trāſcendens, Ut ens, res, aliquid, unum, ueꝝ, bonum, Aliud limitatū & porphiricum, Ut genus, ſpēs, differētia, ꝓpriū & accidens: P. Diffinito unūquodq; uniuerſalium limitatoꝝ: B. Genus eſt qđ de pluribus differentibus ſpē in eo qđ quid eſt ꝑdicat ut flos & aīal, Spēs eſt qđ de pluribus numero ſolū differētibus in eo qđ qđ eſt predicat, ut roſa & homo: Differentia eſt qđ de pluribus aut numero ſolū aut ſpē differētibus in quale eſſentiale ꝑdicat, ut rōnale de hoīe & de cōtentis ſub eo, & ſenſibile de aīali & de contentis ſub eo: Proprium eſt quod de pluribus numero uel ēt ſpē differentibus in quale accidētale conuertibile ꝑdicat, Ut riſile, & rudile & ſi quid tale inſit aīali & aliis ſuperioribus: Accidens eſt quod de pluribus numero ac etiam ſpecie differentibus in quale accidentale non conuertibile predicatur ut album & dulce: P. Declara luculētius: B. Prima duo uidelicet genus & ſpecies predicantur in quid quia ad interrogationem factam p quid eſt Plato, reſpondemus hō: & quid eſt hō, eſt aīal. Reliqua tria ꝑdicātur in quale quia interrogati per qualis eſt homo, rñdemus rōnalis riſilis uel albus.

P. Quod

P. Quotmodis plura differunt. B. Cap. XII.

OMnia plura aut differũt numero / Vt Cato & Cæſar / Aut ſpē / Vt roſa & liliũ Aut genere proximo: Vt albũ / & dulce: Aut genere remoto Vt albũ & Scientia / Aut genere gñraliſſimo / Vt roſa & linea ſeu albedo / Aut ſicut affirmatio & negatio Vt ens / & non ens. Puta homo & chimera / Aut ſicut priuatio & habitus / Puta cœcitas & uiſus: Aut ſicut terminus finitus & infinitus / Vt homo & nõ homo. De differẽtibus numero tantũ / predicatur ſpecies: De differentibus ſpecie tantum / predicatur genus Vel ꝓpinquũ Vt animal de homine & boue / Vel remotũ / Vt corpus / Vel generaliſſimum Vt ſubſtãtia De differentibus genere generaliſſimo predicantur tantum tranſcẽdentia: De homine & chimera ens opinabile / Vel nihil: P. Quo pacto differt ꝑdicatũ a ꝑdicabili: B. Predicabile & ꝑdicatum / ſi ꝓprie ſumantˀ non differunt ab uniuerſali: Improprie uero etiam ſingularia dicuntur predicabilia & predicata etiam æquiuoca / & quæ indirrecte predicantˀ Vt animal eſt homo: P. Proſequendæ ſunt & aliæ diuiſiones.

B. Terminorum { Alius communis: / Alius diſcretus:

Cõmunis eſt qui unum plura continens Vt uniuerſale Vel plura immediate ſignificat Vt liber / canis / & nepos. Diſcretus terminus & nomen proprium idem importãt / Ecce & aliam diuiſionem.

Terminorum { Alius communior / Alius minus communis

Communior ſiue ſuperior eſt qui predicatur de omnibus ſub alio contentis & non econuerſo: Vt animal: Minus communis eſt qui ei ſubiicitur Vt homo & leo: P. Eſt ne ulla differentia inter terminos communiores.

B. Terminorum { Alius communior per ſe: / Alius communior per accidens:

Communior per ſe eſt qui de alio predicatur in quid / uel in quale exiſtens eiuſdem predicamenti Vt animal & ſenſile de homine: Cõmunior per accidens eſt quando res diuerſorum predicamentorum in eodem concurrunt / quarum una poſita altera ponitur & non econtra / Vt coloratum & quantum:

P. Proſequere. B. Cap. XIII.

TErminorum { Alius concretus & cõnotatus / Vt homo & album: / Alius abſtractus & abſolutus / Vt humanitas & albedo:

Concretus eſt ille qui unum ſignificat & alterum concernit uel connotat / Vt album quod quidem ſignificat albedinem / & rem in qua eſt albedo connotat. Abſtractus eſt ille qui ſignificando aliquid / nil ultra concernit: Item concretum aliud per ſe & ad ſuppoſitum / Vt homo & color / Aliud per accidens & ad ſubſtantiuum Vt album & rubeum / Concretum per ſe quando illud quod ſignificatur & quod concernitur ſunt eiuſdem predicamenti / Vt homo qui ſignificat naturam humanam & concernit Platonem uel Catonem / Vel (ut aliis uidetur) cõcernit primo proprium indiuiduum humanitatis quod eſt in Platone & Catone / Hi n. ponunt unumquodq; uniuerſale habere proprium indiuiduũ Vt ens / hoc ens / & aīal / hoc aīal / & hominē hunc hominem Cõcretũ per accidẽs eſt quando illud quod ſignificat͛ eſt unius predicamenti / & quod concernitur eſt alterius / ut album / quod ſignificat albedinem / & cõcernit ſuperficiem / uel ſubiectum in quo eſt ſuperficies: P. Denominatiua proprie / non ſunt niſi concreta per accidens / Nam concreta per ſe dicuntur denominatiua improprie: B. Omnia adiectiua in gramatica / ſunt denominatiua / unicum rationale (ſi ſit hominis diffinitiua) excipitur / Et aduerte multa eſſe denominatiua ſeu concreta per accidens / Quæ tamen gramatici non dicunt eſſe adiectiua / Vt pater / filius / ſeruus / & dominus / quom tamen illa ſignificent aliquid adiacens alicui: P. Aiunt denominatiua adiectiua ſignificare formam / & concernere ſubſtãtiam / Vt albũ / & dulce / Denominatiua uero ſubſtantiua ſignificare ſubſtantiam / & concernere formam ſeu accidens Vt pater / & filius: B. Forſan gramatici eſſent corrigendi nomen adiectiuum diffinire ignorantes: P. Expecto & alias diuiſiones: B. Terminorum nonnulli uocantur copulati / Vt ſimitas & criſpitudo / ſiue ſimum / & criſpum: Dicuntur copulati quia etiam quom abſtracti uidentur concernunt ſubiectum / Nam ſimitas non eſt quæuis curuitas ſed ea quæ naſi: Aliqui quoq; dicuntur media abſtractione abſtracti / Vt homo / & color: Aliqui uero ultima abſtractione abſtracti / Vt humanitas / & coloreitas / ſeu natura coloris: Aiunt preterea / de ultima abſtractione abſtractis nil predicatur niſi intentio ſecunda & forſan terminus tranſcendens & in diuinis / De quo alias. Aliqui dicuntur omnino concreti / Vt humanum & coloratum: Aliqui medio modo concreti / Vt homo & color: P. Si terminus copulatus ſemper concernit ſubiectum cur non ſemper dicitur concretus. B. Terminus copulatus quom ſubiectum concernit in recto / dicitur concretus / Vt ſimus / quod eſt curuus naſus: Quom uero concernit ſubiectum in obliquo / dicitur abſtractus / Vt criſpitudo / quæ eſt curuitas capillorum.

### P. Qui uniuoci: Qui uæ æquiuoci: B. — Cap. XIIII.

Terminorum
- Alii uniuoci / Vt homo
- Alii æquiuoci / Vt liber

Aequiuoci qui & omonymi appellantur quando unico nomine plura denotantur prima ſignificata : Vt liber / & nepos / quaſi ſub uno nomine æque ſeu indifferenter uocata : Vniuoci qui & ſynonymi quandoq; nuncupantur quando unico nomine unum denotatur ſignificatum ſub quo tamen plura continentur tamq̄ ſub uno ſignificato uocata Vt animal & linea: Vniuoci actiue dicuntur / qui unū plura continens / primo ſignificant: Vniuoci paſſiue dicuntur illi qui cum alio ſub tali ſignificato continentur Improprie: Vniuoci dicuntur qui nil ſignificantes prebent unum modum ſignificandi ut citra: Aequiuoci actiue dicuntur qui plura æque primo deſignant : Aequiuoci paſſiue dicuntur qui æque ſeu indifferenter ab una uoce deſignantur : Improprie æquiuoci dicuntur qui nil ſignificantes prebent non unum ſed uarium modum ſignificandi / Vt coram / & cum / Licet forſan ipſum cum / ſcribendo uario modo / prout uidelicet eſt prepoſitio ſic cum Prout uero aduerbium ſic / qum: Et prout eſt coniunctio ſic / quom / Vt nos ſcribere ſoliti ſumus non eſſet terminus in ſcribendo æquiuocus: ſed ſolum in proferendo: Sed pro acumine ingenii aduerte ad ſequentia. Omne uniuerſale eſt uniuocum. Omne uniuocum proprie ſumptum eſt comune / neq; hoc poſterius dicitur econuerſo. Omnia æquiuocantia ſunt uniuocantia ſi pro uno ſignificato accipiantur: Omnia æquiuocantia ſunt uniuocata in hac dictione uox. Omnia equiuocata ſunt uniuocantia / niſi fuerint indiuidua. Omnia æquiuocata ſunt uniuocata ſtante uniuocatione entis / & ſi nō interueniant figmenta & non entia. Aliquid reſpectu aliquorum non eſt uniuocū / neq; equiuocū / ut homo reſpectu albi ac lineæ: Aequiuoca alia conſilio / ut ridere / & quæcūq; per metaphoram dicuntur: Alia caſu / ut liber / reſpectu uiui & codicis. Termini alii ſinonymi ab aliquibus dicuntur / Vt abditum & abſconſum / ſeu gladius & enſis / Qui ab aliis multiuoci appellātur / quia eis multa ſunt nomina ſed ratio una. Alii diuerſiuoci Vt lignum & lapis / Sunt. n: eis plura nomina / & rationes plures : P. De termino analogo multa dicuntur : B. Terminus analogus bifariam accipitur / Interdum namq; unam rem ſignificat & plures concernit / Interdum plures ſignificat & unam concernit: Exemplum primi Sanum ſignificat ſemper proportionem humorum animalis / Et quādoq; concernit ipſum animal / quandoq; lotium / ſiue urinam / quandoq; potionem / quandoq; dictami: Exemplum ſecundi / Ridero ſignificat plura / in homine / Primum talem motum labiorum In prato florum pullulationem / In tempore / aeris ſerenitatem : Et ſemper concernit cordis lætitiam : Omnia namq; ex quibus lætamur arrident nobis: Prior analogus eſt uniuocus / Poſterior æquiuocus / Quamuis alia ratione ſit uniuocus & æquiuocus / alia ratione analogus : Analogia dicitur comparatio ſeu proportio / & quia hic eſt comparatio unius ad multa / & multis rationibus ſit / icicreo tales termini Analogi uocantur.

Sequitur tractatus decem predicamentorum.

### P. Quia ſuperius dixiſti aliquos terminos eſſe limitatos & predicamentales: Quid nomine predicamenti deſignat. B. Cap. XV

PRedicamētum tria ſignificare dicitur/ Predicabile generaliſſimum/ & quandam ordinationem entitatum ut in propoſito: P. Deſcribe predicamentum: B. Predicamentum eſt modus intelligendi coordinationem entitatum ſeſe intime includētium inter quas ſit Generaliſſimum Subalternum/ Specialiſſimū/ atq; Indiuiduum: Aliqui ſic diffiniunt: Predicamentum eſt coordinatio plurium terminorum ſecundum ſub & ſupra: Sed illa diffinitio plures includit defectus/ Superfluit. n. plurium/ Nō recte aſtruitur terminoꝝ Naec ſatis eſt dictu ſecundum ſub & ſupra: Sic. n. homo & animal duntaxat facerent unum predicamentum: Supplendo defectus reduci poſſet ad diffinitionem bonam: P. Quot dicuntur eſſe predicamenta: B. Predicamenta antiqua & celebrata diſtinctione ſunt decem: Subſtantia: Quantitas: Qualitas: Relatio: Actio: Paſſio: Quando: Vbi: Situs: & Habitus.

### P. Quid ſubſtantia ſignificat: B. Cap. XVI.

SVbſtantia tripharian accipitur Pro eſſentia quauis/ Pro eſſentia p ſe ſubſiſtē te/ Tertio pro eſſentia per ſe ſubſiſtente & accidentia ſubſtentante: Primo modo ſubſtantia eſt tranſcendens/ Competit enim Deo/ & omnibus predicamē tis/ Secundo modo non competit alicui accidenti/ competit tamen Deo/ Tertio modo/ ſubſtantiis ſolum creatis: Si Deus poneretur in predicamento ſubſtantiæ/ tunc ſubſtantia ſecundo modo ſumpta eſſet generaliſſimum/ & ita diffiniretur/ Subſtantia eſt ens p ſe ſubſiſtens/ Deinde ſic diuideretur. Subſtantia aliqua per ſe ſubſiſtens tātum/ ut Deus/ Aliqua per ſe ſubſiſtens & accidentia ſuſtētans/ Vt ſubſtantia corpori & ſpiritui creato cōmunis: Si uero Deus ſit extra predicamentum generaliſſimum hic erit ſubſtantia per ſe ſubſiſtens/ & accidentia ſuſtentans: Hoc perſpecto facile diffinies unumquodq;: Nam omnis bona diffinitio cōſtat ex genere & differentia: Accipe igitur uniuſcuiuſq; horum genus & differentiam/ & diffinies: Ecce Arborem ſubſtantiæ .:.


Genus
Generalissimum
Substantia
Corporea
Incorporea
Divisiva
Constitutiva
Corpus
Spiritus
Animatum
Inanimatum
Sensibile
Insensibile
Arbustum
Rationale
Irrationale
Animal
Homo
Brutum
Species
Plato: Cesar

## Cap.XVII.Pe.

DEſcribēdi ſunt & reliq termini in ꝑdicamēto poſiti:B. Generaliſſimū/ſiue(Vt
Vallēſi aliq̃tiſper pareamus) primū genus/ſeu ſummū genus eſt genus ſupre
mū ſeu genus nō hn̄s ſupra ſe genus/ſeu qđ ita eſt genus ut nullomō poſſit eē
ſpēs Vt ſubſtātia/Quātitas/& alia octo:Genus ſubalternū dr̄/qđ & ſi ſit gēus aliquo
rū/eſt tn̄ ſpēs alterius generis/Vt aīal/qđ hoīs & bruti exn̄s genus/eſt ſpēs uiuētis/& uo
catr̄ ſubalternū paſſiue/qa ſubalternatr̄ alteri:Spēs ſubalterna nuncupatr̄ quæ & ſi ſit ſpēs
alicuius generis/eſt tn̄ aliquoꝝ genus/Vt idē aīal/Et uocatr̄ ſubalterna actiue:Subalter
nū uocatr̄/qđ & ſubalternatr̄/& qđ ſubalternat:Specialiſſimū ſiue ultima & infima ſpēs/
eſt id qđ ſub ſe cōtinet indiuidua tm̄/ſeu qđ cū ſit ſpēs nō pōt eſſe genus/ſeu qđ eſt ſpēs
tm̄:Indiuiduū eſt qđ de uno ſolūmō ꝑdicatr̄ hoc eſt de ſeipſo/Vt Cato:P. Ea quæ in cal
ce ponuntr̄ quo pacto ſunt deſcribēda.B. Perſona eſt intellectualis naturæ incōicabilis
ſubſiſtētia/ut hic pr̄ Deus/hic angelus/hic hō:Suppoſitū eſt ſingulare naturæ p ſe ſubſi
ſtētis/Vt hic bos/& hoc lignū/Singulare eſt cuiuſuis naturæ incōicabile/ut hic calor/&
hecr̄ albedo/Qnq; minus uniuerſalia/ſolēt dici ſingularia/ſed nō ī re nr̄a:Indiuiduū poe
ne idē:Incōicabile dr̄ qđ nulli ſe inferiori cōicari pōt:Sed ſepius inter ſe hæc uocabula cō
funduntr̄:P. Quæ huic ꝑdicamēto ꝓpria.B. Propria huius ꝑdicamēti ſunt hæc. Pri
mo q̃dē ꝑdicari uniuoce. Scđo hoc aliqd/uel q̃le ſignificare. Tertio ꝓpriū oī ſubſtā
tiæ eſt/in ſubiecto nō eſſe: Quarto ꝓpriū ſubſtātiæ/ſed nō eius ſolū eſt cōtrariū nō
hr̄e. Quinto ꝓpriū ſubſtātiæ/ſed nō ſolius/eſt nō eſſe ſuſceptiuā magis & minus ſm
intenſionē & remiſionē. Sexto ꝓpriū ſubſtātiuæ/& eius ſolius eſt ipſam oīno exn̄tem
eandem eſſe ſuſceptiuā cōtrarioꝝ ſm ſui mutationem:ut Plato caliditatis & frigiditatis.

## P. Da ſecundum genus rerum.B. Cap.XVIII.

QVātitas ē ens cui natura ꝓpria diuiſibilitatis/& mēſuræ cōpetit rō: Quātitas
alia ꝑdicamētalis/quā & diffinimus/alia trāſcēdēs/Quæ magnitudinē & uir
tutē ſub ſe cōprehēdit/& cōpetit ēt incorporeis/Nā ēt Deus eſt magnus/non
mole/ſed uirtute:P. Quæ ſunt primæ q̃titatis ſpēs:B. Primæ ſpēs q̃titatis/ſunt cōti
nuū & diſcretū. Quatuor aūt ſunt ſpēs ɔtinui ab oībus cōceſſæ/Linea/Supꝼicies/Cor
pus/Tp̄us:P. Deſcribantr̄.B. Linea ē longitudo ſine latitudine cuius extrema ſunt duo
pūcta: Supꝼicies eſt latitudo ſine longitudine & ꝓfunditate/Corpus eſt altitudo & ꝓ
funditas q̄ ꝑſupponit latitudinē & longitudinē: Tp̄us eſt longitudo cuiuſcūq; motus
Sed tp̄us cōe eſt mēſura primi motus dūtaxat:P. Si locus hic poneretr̄/quo pacto diffi
niretr̄:B. Locus eſt terminus ultimus cōtinentis īmobilis reſpectu primi cōtinentis/qa
& ſi fluat ſupꝼicies ſine medio cōtinēs/nō tn̄ fluit ſupꝼicies primi oīa cōtinētis/Locus ita
q; hoc mō nō ē alia ſpēs a ſupꝼicie.oīs locus ē ſuperficies/& nō ecōuerſo:P. Quot ſunt
ſpēs diſcretæ:B. Vna eſt ſpēs diſcreti certa/v3 nūerus/altera dubia/v3 oratio:P. Quid
eſt numerus:B. Numerus eſt multitudo ex unitatibus aggregata/Vel ſic/Numerus ē
rō q̄ primū ſingula mēſurare cōtingit:P. Quid eſt orō in ꝓpoſito:B. Oratio in ꝓpoſi
to deſignare ur̄ ipſam rōnem q̄ uoces ſeu dictiones ſic uel ſic ꝓferuntr̄/Vn̄ aliquæ ſyllabæ
dn̄r in gramatica hr̄e unum tempus/aliquæ plura tempora/Ecce item arborem.:/


Genus
Quantitas
Generaliſſi.
Partium copulatarum
Partiū nō copulatarū videlicet eius cum ſuis ſpēs
Continuum
Sunt oratio et numerus
Cuius partes poſſunt eſſe ſimul
Cuius partes nequeunt eſſe ſimul
Permanens
Plurium dimenſionum
Unius dimēſiōis vt linea
Duobus
Tribus vt corpus
Species
Superficies
Specialiſſima
Hec ſuperficies

P. Quæ propria ipſius: B. Huic predicamento hæc attribuuntur propria. Primo quidem nil ſibi contrarium eſſe, ſicut nec ſubſtantiæ. Secundo quantitatem ſicut & ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus, ſed bene mains, quia una linea maior eſt altera, & corpus maius corpore, & numerus unus maior alio numero. Tertio proprium huic predicamento ſoli eſt ut ſecũdum ipſum aliquid dicaẗ æquale, & inæquale. Aequalitas & inæqualitas non poteſt fundari niſi in quantitate predicamentali uel tranſcendenti: P. Quæ fundatur in tranſcendenti tranſcendens eſt, & quæ in predicamentali predicamentalis eſt: B. Recte.

## P. Ordina tertium Predicamentum: B. Cap. XIX.

QValitas eſt accidens abſolutum quod interrogati per quale accidẽtale recte de aliquo affirmamus, Vt ſi quæras, Qualis eſt Petrus accidẽte communi non proprio dicemus, ſciens aut albus: Scientia ergo & albedo dicentur qualitates P. Diuidenda eſt: B. Qualitas alia eſſentialis, Vt omnis differentia, nam etiam diſgregatiuum uiſus eſt qualitas eſſentialis: Alia ſubſtãtialis, Vt differentie predicamenti ſubſtantiæ ut ſenſibile & rationale: Alia profluens ab eſſentia ut riſile & rugile: Alia complectitur omne accidens & omnem formam, & omne predicabile in quale: P. Cuperem ut primas eius ſpecies oſtenderes. B. Primæ ſpecies qualitatis poſſunt ſic poni. Impaſſibilis q̃litas, ſeu ſpũalis, paſſibilis, ſeu corporalis: Deinde prima ſpẽs ſic ſubdiuidẽda:

Impaſſibilis Qualitas
- Alia acquiſita,
- Alia innata,

Acquiſitarum
- Alia p̄uiis actibus acq̃ſita in aliq̃s ut habitus
- Alia transfuſa.

Acquiſitarum item per transfuſionem alia principium operationis, & eſt ſicut habitus difficile mobilis, ut ſpecies preſertim quæ eſt in intellectu Alia conſequens ſpeciem & facile mobilis.

Facile mobilium
- Alia diſpoſitio,
- Alia Paſſio,

Diſpoſitio eſt animi operario, ut intelligere, uelle, & uidere, Paſſio uero, ut gaudiũ, timor ira, uoluptas:

Innatarum qualitatum
- Alia naturalis potentia,
- Alia naturalis impotentia,

## Cap. XX. Pe.

DIuiſiſti, ſed non diffiniſti. B. Impaſſibilis qualitas eſt quæ ſenſui impe receptibilis, Nequit. n. ſenſus ab ea pati ſeu imutari. Quæ dicit ſpiritualis, quia in An

gelis & anima/intellectiua precipue reperitur/licet etiam in ſenſu reperiri poſſit: Sub hac
ſpecie/quæ eſt genus ſubalternum/cõtinentur omnes ſpecies ſuperius nominatæ/& Ac
quiſitæ/& Innatæ: Quæ ſic deſcribantur/Habitus eſt qualitas impaſſibilis/acquiſita ex
actibus difficile/a ſubiecto mobilis: Vel ſic: Habitus eſt qualitas impaſſibilis/qua
acquiſita ex actibus ad operandum habiles & idonei reddimur/Illa.n.habita dicimur
eſſe in actu primo Vt ſunt habitus ſcientiarum & aliarum uirtutum: Species ſenſibilis:
uidelicet rei eſt ſimilitudo alicuius obiecti in ſenſum transfuſa. Et ſpecies intelligibilis ui
delicet rei eſt ſimilitudo alicuius obiecti in ipſum intellectum transfuſa: Species accipit
in recto ſenſibilis/ac intelligibilis in obliquo. Vt ſic declinet Nominatiuo ſpecies intelli
gibilis/Genitiuo ſpeciei intelligibilis:& ſic ulterius: Diſpoſitio eſt Qualitas ſpiritualis fa
cile mobilis/qua poſt transfuſionem ſpeciei potentia obiectum attingit. Vel ſic Diſpo
ſitio eſt qualitas/qua dicimur eſſe in actu ſecundo. qui etiam dicitur operatio. Paſ
ſio eſt qualitas impaſſibilis/facile mobilis/ipſi potentiæ ab obiecto cõuenienti aut diſcõ
uenienti inſtillata/Vt gaudium & dolor/ſpes & timor/ira/inuidia/& cetera id genus/Et
aduerte ꝙ paſſio qñq; ſumitur pro ſigno paſſionis. Et ita palor proueniens ex timo
re/& rubor ex uerecundia: dicitur paſſio: Et per tale ſignum circum loquitur Phylo
ſophus in p̄dicamẽtis ueram animi paſſionem: Potentia naturalis/eſt qualitas impaſſi
bilis/Innata/Qua ad agendum aliquid/aut ſufferẽdum naturaliter reddimur prompti
Vt promptitudo naturalis ad intelligendum/memorãdum/& operandum: Naturalis
impotentia eſt impaſſibilis qualitas innata/qua ad agẽdum/uel ſufferendum/reddimur
inepti Vt mollicies/obliquitas/obliuio: Paſſibilis qualitas ẽ a qua ſenſus pati/& ĩmuta
ri primo poteſt. Eſt.n.ab eo primum perceptibilis per ſimilitudinem ab ea in ipſum ſen
ſum transfuſa/Hæc uocatur corporalis/quia non reperitur/niſi in rebus corporalibus/
Et paſſibilis/quia a ſenſu perceptibilis: In hac ſpecie continentur ſenſibilia ꝓpria omniũ
ſenſuum/Vt Color/Lux/Sonus/Odor/Sapor/Calor/Frigus/& huiuſmodi alia: P.
Facito de his arborem: B. Ecce:




R. Cur dixiſti vel potius potentie motionem'. M.
Quia dubium eſt an paſſiões animi ꝯſequant̃ operatione potẽtie appetitiue ita vt nõ poſſit dolere niſi nolit neq; capere voluptatẽ niſi velit ⁊ ꝯſentiat'. An factũ ſit vt ei oſtẽdatur voluptuoſum ⁊ diſplicens.

## P. Nihil de forma/ & figura attuliſti. B. Cap. XXI.

FIgura & forma/ ſanitas/ & ægritudo non ſunt in prædicamento qualitatis/
niſi ſecundum quandam ſimilitudinem predicandi/ Si.n. figura capiatur ꝑ
ſuperficie termino uel terminis clauſa/ uel pro ipſis lineis claudentibus/
quantitas eſt: Si pro ipſa clauſione/ reſpectus quidam eſt: Forma uero/ ſi
pro pulchritudine ſumatur/ erit aggregatum ex pluribus predicamentis: Sanitas quoqꝫ
ſi ſolam proportionem humorum/ & ægritudo diſproportionem importent reſpectus
erunt non qualitates Sic & triãgulare. Aſſimilantur tamen omnia hæc qualitatibus eo
ꝙ interrogati per qualis/ reſpondemus ſanus uel ægrotus/ pulcher atqꝫ triangularis: P.
Triangularis notat habens tres angulos: tres eſt quãtitas Similiter & angulus habẽs
eſt reſpectus. Nulla ergo ibi qualitas. B. Propria huic predicamento ſunt hæc. Primo
eſt contrarietatis ſuſceptiuum. Albedo.n. contrariatur nigredini & calor frigiditati.
Secundo ſuſcipit magis & minus. Vt candidius/ & minus candidum. Tertio ſibi ſoli
eſt proprium/ ut ſecundum eam aliquid dicatur ſimile & diſſimile. Similitudo & diſſi
militudo non poteſt fundari niſi in qualitate/ uel tranſcendenti/ uel predicamentali.

## P. Affecto quartum genus. B. Cap. XXII.

RElatio ẽ reſpectus ꝗ poſitis fundamẽtis quouis alio remoto/ ſuapte natura orit
atqꝫ pululat: P. Quæ ſunt eius ſpecies: B. Primæ ſpecies huius coordinatio
nis/ ſunt æquiperantia & diſquiperantia: P. Diffinito eas: B. Relatiua æqui
perantiæ ſunt illa quæ referuntur modo unitatis/ Requirunt.n. fundamenta eiuſdem ra
tionis. Et relatio equiperantiæ eſt qua huiuſmodi relatiua referuntur: P. Sunt necne
eius ullæ ſpecies: B. Huius tres ſunt ſpecies/ idẽptitas æqualitas & ſimilitudo: P. Quo
pacto illa tria inter ſe differunt: B. Eadem dicuntur quæ in ſubſtantia ſeu eſſentia conue
niunt. Vt Plato & Socrates. Et idemptitas eſt relatio qua inter ſe referuntur: Aequalia
dicuntur quæ in quantitate molis uel uirtutis non ſe excedunt quom tamen utraqꝫ ſint
quanta: Aequalitas eſt relatio qua ipſa inter ſe referuntur: Similia dicuntur quæ in qua
litate predicamentali aut tranſcendenti conueniunt: Similitudo eſt relatio qua illa refe
runtur: Diuerſitas opponitur idemptitati. Inæqualitas æqualitati/ Diſſimilitudo ſimili
tudini: Et de his fiat arbor ſeorſum ut facilius ſpecies huius predicamenti agnoſcantur:
& fiat hoc modo.




P. Accepi relatiua eqperantiæ nūc illa diſqperantiæ accipe cupio. B. Cap. XXIII.

LElatiua diſquiperātiæ ſunt illa quæ referuntur modo numeri uel pluralitatis. Requiruntur. n. diuerſa fundamenta. Nam unum ſic relatiuorum fundatur in actione uel potentia actiua. Vt pater qui genuit & dominus qui iubet, & magiſter qui docet. Vel in exceſſu Vt duplum triplū. Vel in mēſura. Vt ſenſibile & ſcibile, Alterum in paſſione ſeu potentia paſſiua Vt filius q gignitur. Seruus qui iuſſa capeſcit & diſcipulus qui addiſcit. Illa priora dicuntur principaliora haec poſteriora minus principalia ſeu ſuperpoſitionis & ſuppoſitionis. Diſquiperantia eſt relatio qua illa referuntur Vt paternitas & filiatio. Principaliora & ſuperpoſitionis ſunt quæ fundātur in actione ſeu potentia actiua. aut in excedere. aut in menſurare. Minus principalia ſunt quæ fundantur in pati ſeu potentia paſſiua aut in excedi aut menſurari: P. Quo melius ſpecies diſquiperantiæ percipiantur eſſet faciunda arbor: B. Fiat hoc modo.




Sed an ſcire & ſentire, ſint per ſe relatiua alias uidebiť. P. Poſſem etiam relatiuum diſqui
perantiæ minus principale ſubdiuidere ſic.



B. Recte ſubdiuiſiſti. P. Quomodo differt fundamentum relationis a ſubiecto euſdem. B. Cap. XXIIII.

RElatio habet fundamentum & habet ſubiectum. Fundamentnm relationis eſt illud cui relatio abſq; medio inhæret/ ſicut Similitndinis fundamẽtum dicitur Qualitas/ Aequalitas/ Quantitas/ Paternitatis/ Potentia generatiua Filiationis Potentia paſſiua. Subiectum relationis eſt/ in quo eſt ipſius fundamentum/ ut paternitatis eſt ſubiectum ſubſtantia ſeu ſuppoſitum. Nam Potentia generatiua eſt in ſubſtantia ſeu in eis ſuppoſito/ ut Catone. Et omnis qualitas/ & quãtitas eſt in aliqua

ſubſtantia. Similiter fundamentum ſimilitudinis alicuius erit ſcientia uel albedo. Et quia ſcientia eſt in anima: & albedo in corpore/ Anima erit ſubiectum ſimilitudinis fundatæ in ſcientia/ & corpus ſimilitudinis/ fundatæ in albedine: Idemptitas quoq; fundatur in eſſentia/ Puta in humanitate quæ cum ſit in Catone/ & Lælio/ Cato & Lælius erit ſubiectum talis idemptitatis. P. Relatio dicitur habere terminum: B. Fundamentum unius relationis eſt terminus alterius/ & econuerſo: P. Relatiuum ergo poteſt diffiniri per genus & differentiam inquantum eſt in predicamento & per fundamentum ſeu ſubiectum Vt omnia accidentia/ Et p terminum/ ſeu circum loquendo terminum per ſuum correlatiuum. Sed quæ ſunt huic predicamento propria: B. Propria huic predicamento ſunt hæc. Primo quippe relatiua ſunt ſimul natura/ Quia poſito uno ponitur & reliquum. Et perempto uno perimit & reliquum. Secundo ſimul ſunt naturali intelligentia/ Qui. n. diffinite nouit Vnum/ diffinite nouit & reliquum. Tertio relatiua ſi bene aſſignentur/ dicuntur ad conuertentiam. Pater. n. eſt filii pater/ & filius patris filius. Quarto/ Vnum relatiuorum interdum contrariatur alteri Vt Virtus Vitio. Quinto/ aliqua relatiuorum ſuſcipiunt magis/ & minus/ Vt æqualius/ & ſimilius: P. Quomodo id agnoſcam: B. Quando fundamentum relationis ſuſcipit magis ut qualitas/ aut etiam ſi ſuſcipiat maius/ ut Quantitas/ tunc & relatio ſuſcipit magis.

P. Quatuor dicta genera uidentur precipua/ Ponuntur tamen & alia ſex/ quorum primum eſt Actio. Quid eſt quæro in re noſtra hic/ Actio. B. Cap. XXV.

ACtio eſt reſpectus quo inducens aliquid in aliquo/ uel educens aliquid ab aliquo denominatur: P. Omnis ergo actio erit tranſmutatio & econuerſo. B. Omne agere ad hoc genus pertinens eſt tranſmutare & econuerſo. P. Si inducatur in aliquo quod nunquam præfuit/ ſeu quod nunquam fuit ante formam inductam in eo ibi erit actio ſed non tranſmutatio proprie. Vt ſi in materia nunc nunc creata forma induceretur. Nam tranſmutare eſt proprie facere aliquid aliter ſe nunc habere quam prius. B. Si tranſmutare ſit reſpectus ob inductionem/ aut eductionem inſurgens/ ſiue illud in quo inducitur præfuerit/ ſiue non talis materia tranſmutari diceretur & aliter ſe habere quam prius natura/ uel quam prius hoc eſt ex ſe quia etiam tempore precesſiſſet quantum in ea erat niſi inducens preueniſſet & inducens dicetur agere & tranſmutare: P. Quando ignis calefacit uel comburit/ multa concurrunt/ Quod illorum eſt actio dicito: B. Actio/ qua denominatur ignis/ quando calefacit lignum/ non eſt ipſe ignis/ aut forma eius uel materia/ nec calor qui eſt in igne/ aut ille qui eſt transfuſus in lignum/ nec eſt lignum: aut aliquid ligni/ neq; eſt ipſum producere calorem/ aut produci/ nec eſt ipſum inducere/ aut induci/ nec ipſum calorem ſuſcipere/ aut ſuſcipi/ ſed eſt trauſmutare. Nam lignum ex hoc quia calorem inductum nunc habet/ & prius non habebat uel ex ſe non habuiſſet dicitur tranſmutatum: Et a quo: ab igne utiq; tranſmutante. Illico quippe ut ignis inducit calorem in ligno/ inſurgunt duo reſpectus/ unus in igne qui dicitur tranſmutare ſeu agere/ alter in ligno/ qui dicitur tranſmutari ſeu pati.

## P. Multis modis utuntur Philoſophi hoc nomine. B. Cap. XXVI.

ACtio interdum omnem animi operationem denotat. Vt uidere, intelligere, & uelle. Interdum omnem formam, quam inducere in aliquo poſſu
mus actionem appellamus. Et uocatur actio acta hoc eſt inducta. Et ſic
omnis forma ſubſtantialis. Immo & Quantitas, & Qualitas, & quic
quid in alio induci poteſt ſicut illud transmutet, actio dici poteſt. Interdum actio eſt rela
tio producētis & producti, Quæ dicitur productio: Cauſantis, atq; cauſati, quæ dicitur
cauſatio. Creantis & creati quæ dicitur creatio. Producere, nempe, agere, & produci pati
dicere conſueuimus. Sed nullo iſtorum modorum actio pertinet ad hoc predicamentū.
Quod patet ex diffinitione ac declaratione ſuperius poſita: P. Quæ ſpecies huius pre
dicamenti: B. Species huius ponuntur. Corruptio. Generatio. Accretio. Decretio. Al
teratio. Delatio: P. Declara unumquodq; prout hic accipitur. B. Generatio eſt per in
ductionem formæ ſubſtantialis in aliquo (quæ dat eſſe ſimpliciter) tranſmutatio
uel ſic. Generatio eſt reſpectus, quo aliquid inducens formam ſubſtantialem in
aliquo denominatur. Generare, eſt eo pacto, aliquid tranſmutare, uel eſt habere
talem reſpectum per talem formam in materia inductam. Corruptio eſt per indu
ctionem formæ ſubſtantialis ab aliquo, tranſmutatio, & hæc priuat eſſe ſimpliciter.
Vel eſt reſpectus quo aliquid educens formam ſubſtantialem ab aliquo denominatur.
Corrumpere uero eſt eo pacto tranſmutare uel, eſt habere reſpectum per talem formā,
ſic de materia eductam. Accretio eſt p additionē maioris quantitatis alicui tranſmuta
tio, uel eſt reſpectus quo aliquid per additionem quantitatis in aliquo denominatur
Augere eſt eo modo tranſmutare. Decretio eſt per remotionem quantitatis, ab aliquo
tranſmutatio. Vel eſt reſpectus quo aliquid remouens partem aliquam quantitatiuā
ab aliquo denominatur. Diminuere eſt eo modo tranſmutare. Alteratio eſt per indu
ctionem qualitatis uel eductionem eiuſdem ab aliquo tranſmutatio. Vel eſt reſpectus
quo inducens qualitatem in aliquo uel educēs denominatur. Alterare uero eſt eo pacto
aliquid trāſmutare. Vel eſt habere talem reſpectum per talem formam in aliquo indu
ctam, uel ab aliquo eductam. Delatio eſt per inductionem Vbi in aliquo uel eductio
nem eiuſdem ab aliquo, tranſmutatio. Vel eſt reſpectus quo transferens aliquid de lo
co ad locum denominatur. Deferre uero eſt eo modo, aliquid tranſmutare. Ex his ſe
quuntur tria correlaria. Primum eſt qui producit & non inducit, hoc pacto agere non
eſt dicendus. Secundum eſt, Pater hoc modo non generat filium, nec agens naturale
ſubſtantiam, Sed materiam. Tertium eſt, Calor non corrumpit frigus, educēdo illud
de ligno, Sed ipſum lignum.

## Reſpice, Ecce iam quintam Arborem. Cap. XXVII.


Secundum quid:
Accidentalis.
Absoluta
Secundum quantitatē
Alteratio
Corporalis.
Calefactio

P. Quæ propria huius predicamenti. B. Proprium actioni eſt ut paſſionem materiæ quæ ſubicitur afferat: quia uidelicet eam tranſmutat / Nam agentis actione paſſum patitur ſeu tranſmutatur / Proprium etiam actioni eſt ex ſe inferre paſſionem / quia dicuntur ad conuertentiam. Agens. n. in paſſum eſt agens / & patiens eſt ab agente patiens. Eſt ẽt contraria actioni actio. Frigefactio. n. calefactioni contrariatur. Suſcipit tertio / magis & minus gratia formarum / quæ inducunt. Quia poteſt aliquid magis & minus calefieri & frigefieri / ſimiliter calefacere & frigefacere.

P. Sequens predicamentum ex hoc pendere uidet. B. Cap. XXVIII.

PAſſio eſt reſpectus quo ſuſcipiens aliquid / uel amittens denominatur. Pati ergo / eſt tranſmutari. Paſſio quoq; accipitur pro qualitate / de qua ſuperius dictum eſt. Quandoq; uero proprium cuiuſlibet rei dicitur paſſio / ut riſibile hominis / & hinnibile æqui. Produci quoq; / immo & ſuſcipere eſt quoddam pati / ſed ſunt alterius rationis a paſſione / quam diffiniuimus pauloante. Notiſſima erit huius predicamenti ordinatio / ſi ſuperiorem bene inſpexerimus.

P. Quãuis genera ſequentia ſint parui momenti / tamen pro clariori eorum notitia ſunt hic perſtringenda. B. Cap. XXVIIII.

QVando eſt reſpectus ex temporis adiacentia in re temporali derelictus / & eſt nomen indeclinabile: Species eius / ſolito in aliis ordine / exprimere / ſatis difficile / & parum utile eſſet / Hoc unum noſſe ſufficiat / omnia aduerbia temporis eſſe ſpecies huius predicamenti & prout hic ponuntur obtinẽt uim nominis: Ob interrogationem autẽ quæ fit ꝑ dictionem / Quando / tale nomen ſortiuntur: Tamen hoc genus ſic diuidi poterit.

Quando — Aliud in re temporali: / Aliud in tempore:

Deinde ſic ſubdiuidi.

Quando — Aliud preſens / Vt Nunc / Hodie: / Aliud non preſens:

Non preſens — Aliud futurum / Aliud præteritum.

P. Quæ propria ipſius: B. Nulla in eo contrarietas. Nulla comparatio ſecundum magis & minus. Proprium ſibi / eſſe in omni eo qđ incipit / Videlicet ex tempore Vel ſic Proprium ipſi quando eſt eſſe in omni re orta quia omnia hæc denotant differentias temporis / quod eſt menſura / & ipſius motus & rerum mobilium. Poteſt tamen ratio huius ge

neris extendi etiam ad ea quæ mensurantur æuo/ Vt sunt naturæ intelligentiarum/ Et forſan omnium permanentium prout permanentia ſunt/ Poteſt tandem extendi ad æternitatem aliquo modo/ Licet ualde improprie/ Sed hic non ſunt hæc diſcutienda.

P. Sic de predicamento Vbi breuiter eſt dicendum. B. C. XXX.

Vbi eſt reſpectus ex corpore circundante & circundato proueniēs/ Sic & ipſe ob interrogationem nuncupatus. Eſt autem ipſum circundari ſeu circūſcribi ille reſpectus quem uocamus Vbi: P. Si Deū aut intelligentias poſſumus dicere alicubi eſſe: B. Vbi proprie competit/ corporibus contentis/ ſeu circūſcriptis/ Tamen aliquo modo competit & intelligentiis/ quæ ſunt in loco diffinitiue/ & Deo/ qui eſt in loco ſimplici preſentia: P. Quo pacto hæc tria Vbi ſe habēt ad inuicem: B. Quicquid in loco per circumſcriptionem eſt/ in loco etiam diffinitiue eſt/ & non ecōuerſo. Quicquid eſt in loco diffinitiue/ eſt in loco preſentialiter/ & non econuerſo: P. Circūſcribi/ refertur ad circumſcribere/ Quero illud correlatiuum in quo genere eſt: B. Non ſolum circūdari & circumſcribi ſunt Vbi/ ſed etiam ipſorum correlatiua: quæ ſunt circumſcribere & circūdare: P. Sic & Quando prout menſurat/ & mēſuratur/ Nam reſpectus temporis menſurantis etiam eſt in predicamēto Quando ſicut & res a tempore menſurata: B. Multa ſunt uerba actiua & paſſiua quæ non ſignificant aliquid de pdicamēto Actionis/ aut Paſſionis: P. Qua aduerbia loci ſunt ſpecies uel differentiæ huius pdicamēti Vt Hic/ Iſtic/ Illic/ Surſum/ Deorſum/ Ante/ Retro/ Dextrorſum/ Siniſtrorſum/ Sed quæ ſibi propria: B. Neq in ipſo cōtrarietas: Neq ſuſcipit magis aut minus: Surſum.n.& deorſum nō ſunt contraria/ Vt conſtabit Quādo/ quæ ſint proprie contraria/ oſtendetur. Ecce aliqualem arborem.




Sed hæc duo Vbi/ non ſunt limitata ſed potius tranſcendentia.

P. Perge ſi ſint alia. B. Cap. XXXI.

POſitio eſt reſpectus/ ordinem partium rei Locatæ/ ad partes loci/ & econtra exprimẽs: P. Da ſpecies. B. Huius ſpecies ſunt/ Stare/ Sedere/ Iacere/ Recũbere/ Et Similia: Neq; poſſunt ipſius primæ ſpecies adaptari: P. Da ꝓpria B. Huic ꝓpriũ aut peculiare eſt/ primo ſubſtantiæ aſſiſtere: P. Cur primo. B. Tria prima accidẽtia Videlicet Quãtitas/ Qualitas/ & Relatio dñr ſubſtantiæ inhærere. Sex poſteriora aſſiſtere/ inter quæ hoc primo/ & intimius aſſiſtere uidet᷑/ Nam Actio/ & Paſſio preſupponunt poſitionẽ/ ſeu ordinem talem. Et quia Vbi eſt cõmenſuratio totius Locati cum toto loco/ commenſuratio autem totius preſupponit aliquo modo cõmenſurationem partium: De Quãdo/ & habitu quæ ſunt multum a ſubſtãtia remota/ ſatis cõſtat. Enimuero quia traductio noua ita dicit Peculiare poſitionis eſt ꝙ inter formas extrinſecus accidentes proxime pertineat ad ſubſtantiam/ Clarius hoc proprium intelliges.

P. Da &.x. predicamentum. B. Cap. XXXII.

HAbitus eſt reſpectus quarundam rerum preſertim artificialium/ circa corpus derelictus/ Vt ueſtitus/ Precinctus/ Coronatus/ nõ ita ꝓprie Oculatus/ Dẽtatus/ Capillatus. P. Diuidatur ſi diuidi poſſit. B.

Habitus
- Alius ad ſubuentionem/ Vt indutus.
- Alius ad decorem/ Vt coronatus.

Ad ſubuentionem
- Alius totius/ Vt ueſtitus.
- Alius partis/ Vt calciatus.

Ad decorem
- Alius totius/ Vt ornatus.
- Alius partis/ Vt anulatus.

Amicire/ & amiciri/ Veſtire/ & ueſtiri/ Coronari/ Armari: & huiuſmodi reliqua in hoc ꝑdicamẽto collocantur. P. Nullum horum actionem de genere actionis/ aut paſſionẽ de genere paſſionis denotat/ Quia tunc predicamẽtum hoc non eſſet aliud ab illis: B. Si tamen homo ueſtiat hominem quia ipſum aliquomodo tranſmutat/ ueſtire erit agere/ & ueſtiri/ pati: P. Mihi ex his quæ attuliſti uidetur/ ꝙ ueſtiri prout eſt reſpectus ad ueſtem/ quæ etiam ueſtit/ & non ad eam imponentem/ eſt in hoc predicamento: B. Bene aduertiſti: P. Quid ſibi proprium: B. In hoc ſolo predicamento fit comparatio abſq; contrarietate. Dicimus. n. unum eſſe alio armatiorem: quia magis protectum uel magis offenſiuũ. Similiter & ueſtitiorem hoc eſt magis ueſtitũ: Sed hæc hactenus. P. Ponunt pleriq; .xi. predicamentum in quo entia rationis & ſecũdas intentiones reponunt: Sed quo pacto ſit ordinandum non docent. B. De minimis ars non curat: Nos

tamen alias illud ita ordinandum cenſebamus: Preſupponẽdo quippe entis rationis deſcriptionẽ, & quaſdam eiuſdem diuiſiones ſtatim coordinatio agnoſcetur: P. Diffinito igitur atq; diuidito.

## Cap. XXXIII. B.

ENs rationis hoc in loco non dicimus, eo quia ſit a ratione cõſideratum, Sic. n. Deus ipſe quo nil realius eſſet ens rationis: & alia omnia, Neq; eo quia ſit in ratione, ſeu intellectu, Vt intelligere, & cognoſcere, quæ ſunt qualitates, neq; eo quia a ratione ſola fabricatũ ut ſunt figmenta, Chimera inq; ac Tragelaphus: Sed in re noſtra ens rationis prout diſtinguitur ab ente reali eſt reſpectus qui nequit aliquid denominare, niſi ꝑ ut ipſum denominatum habet eſſe in mente, Vel ut alias dixi, eſt reſpectus a potentia cognitiua uel appetitiua circa quippiam operante derelictus. P. Non capio clare hoc. B. Ex diuiſionibus ſtatim afferendis clarius percipies.

Ens rationis — Aliud ad placitum in re cognita derelictum.
— Aliud ꝑ operationẽ potẽtiæ naturaliter cõſequẽs.

Si ad placitũ — Aut fundatũ in re nõ conſtituente orationẽ
— Aut fundatum in re orationem conſtituẽte.

Priori modo entia rationis quæ uidelicet fundantur in re orationem nõ conſtituente ſunt ſigna Tabernaꝝ, Officinarum, & Hoſpicioꝝ, Vt Circulus, Edera, Pannus rubeus uel albus, Vt imago Leonis, Vel Cerui, ſancti Marci, Vel ſancti Georgii, Et ſigna pacis & dilectionis Vt eleuatio digiti, & oſculum, inquantum eſt a nobis inſtitutum pro ſigno amoris. Alias. n. eſt ſignũ naturale, Cæremoniæ atq; ſacramẽta ueteris Legis, Vt aſperſio ſanguinis & circũciſio, Similiter ſacramenta Chriſtianæ gratiæ, Vt Baptiſmus, Cõfirmatio & reliqua omnia Quippe ſunt facta rei ſigna. Poſteriori modo quæ uidelicet fundantur in re orationem immediate conſtituente ſunt ſigna ex inſtitutione uocibus & ſcriptis attributa.

Si aũt fuerit ens rõnis ꝑ operationẽ potẽtiæ naturaliter cõſequẽs tũc — Aut ſine cõparatione
— Aut ꝑ uia cõparationis

Priora ſunt ut eſſe cognitum, Eſſe intellectum & ſcitum, atq; eſſe uolitum, dilectum & amatum, Et hæc ſolent dici entia diminuta.

Si preuia comparatione fuerint derelicta — Aut erunt fundata in ſignis
— Aut in rebus.

Si in ſignis — Aut gratia ſignificationis
— Aut grã ornatæ uel artificioſæ ꝓnunciationis.

Exempla eorum quæ fundantur in ſignis gratia ſignificationis ſunt / Vt Nomen / Verbum Pronomen / Et ſic de aliis orationis partibus / partiumq; accidentibus / Vt Genus / Maſculinum / Fœmininum / Neutrum / Caſus / Figura / Species primitiua uel deriuatiua / & cætera id genus Quæ omnia modi ſignificandi dici ſolent.

Si gratia ornatæ & artificioſæ pronuntiationis
- Aut ſolutæ
- Aut ligatæ

Si ſolutæ / ecce exempla / Exordium / Inſinuatio / Narratio / Diuiſio / Confirmatio / Confutatio / Epilogus. Si ligatæ / ecce exempla / Dactilus / Spondeus / Trocheus / & eiuſmodi. Si preuia comparatione eiuſcemodi reſpectus fundent in rebus uel in ſignis Vt res quędam ſunt dicuntur modi intelligendi / & ad hanc pertinent artem / Vt eſt Vniuerſale / & Singulare / Genus / Species / Differentia / Propriũ / Accidens / Syllogiſmus / Enunciatio.

Modorũ intelligẽdi
- qdã ĩdicibilis ut qd / Nã oẽs ɔcipiũt dicibiles / ut modus
- Quidam dicibilis / Vt quid

Dicibilis
- Alius de uno dumtaxat
- Alius de pluribus

Si de pluribus
- Aut in quid
- Aut in quale.

Proſequere ut ſupra. P. Minima ſunt iſta entia ſed ad cognoſcẽdũ nõ mediocriter utilia Da igitur predicamentum. xi. B. Cap. XXXIIII.

EX his diuiſionibus & Genera & Species huius p̄dicamenti facillime perſpicientur / Non igitur opus eſt alia ordinatione / Deficerent enim nobis forſan uocabula: Satis ſit hæc delibaſſe. P. Ex his percipio plura eſſe entia rationis q̃ illa quæ in tota Logica prout eſt cõmunis quatuor ſcientiis fuere poſita / Nam entia rationis ad placitum in re orationem non conſtituente fundata. Et entia rationis operationem potentiæ naturaliter conſequentia in nulla illarum quatuor ſcientiarum conſiderantur. B. Poſſet fieri una ſcientia tranſcendens omnia entia rationis & illa de quibus illæ quatuor tractant & omnia alia ſicut Metaphiſica tranſcendit omnia naturalia / & poſſet uocari Metalogia / & illas comprehenderet Dialecticam / Rhetoricam / Poeticam / & Grãmaticam / atq; illa alia entia / quæ ſub nulla illarum quatuor comprehenduntur. P. Nunc uideo quantum errabant illi qui primum ſubiectũ Logices noſtræ ens rationis ponebant Et illi etiam qui ens rationis & ſecundam intentionem conuerti putabant. B. Si illam ſcientiam tranſcendentem Logicam uocauiſſent recte ens rationis illi pro ſubiecto poſuiſſent. Et uerum eſt q entia rationis precipua ſunt ſecundæ intentiones / non tamẽ ens rationis / Niſi tale hoc eſt precipuum cum ſecunda intentione conuertitur / Et ita p eorũ reuerentia exponantur. P. Videntur poſſe fieri coordinationes / Priuationum / Negatio

ſium, & figmentorum. B. Decem genera ſunt ſicut decem familiæ ſeu domus, coordinatio entiū rationis eſt ueluti cōmune diuerſorium ſeu hoſpitium. Applicatur.n. rebus Reliqua ſunt ueluti quædam Xenodochia ſeu hoſpitalia Cęcorū, Claudorū, & Aridorum. Quæ non merentur predicamenti nomen. Priuationeſq; per habitus, & negationes cognoſcuntur per affirmationes. Predicamentum autem figmentorum erit entium ſecūdum quid coordinatio. P. Nulla coordinatio eſt rerum in ſe, ſed ſolum in eſſe cognitum: Omne igitur predicamentum eſt entium ſecūdum quid coordinatio. B. Licet ita ſit, differt tñ coordinatio in eſſe cognito eorū, quæ habent præter eſſe cognitum eſſe metaphiſicum & phiſicum, ab coordinatione entium, nullum eſſe extra mentem habentiū. P. Da propria huius predicamenti. Cap. XXXV. B.

PRopria huius predicamenti ſunt hæc. Primum & cōmune omnibus in coordinatis eſt nil poſſe denominare niſi prout denominatum habet eſſe cognitum. Secundum proprium non cōmune omnibus, ſed ſolum modis intelligendi, & ſecundis intentionibus eſt denominare incōmunicabiliter. Si enim denominat ſuperius propter id non denominabit inferius, aut Collaterale, aut Cōuertibile. Et econtra ſi denominat aut collaterale aut conuertibile propter id nō denominabit ſuperius aut alia. Vt ſi animal ſit genus nō ſequitur ut homo, aut rationale, aut riſile ſeu viuens ſenſibile ſit genus. Et ſi homo ſit Species & Rationale Differentia & riſile Proprium & viuens ſenſibile diffinitio, non ſequitur ut animal propter id denominetur ab aliquo illorum. Similiter ſi Cato ſit indiuiduum, non ſequitur ut aliquod illorum dicatur indiuiduum licet Cato ſit homo & animal & Rationalis & Riſibilis & viuens ſenſibile. Si tamen aliquis denominet inferius, denominabit illud & ipſius ſuperius. Vt ſi animal ſit genus, animal eſt uniuerſale. Ex quo ſequitur prout in noſtris uniuerſalibus declarauimus, q intentio ſecunda non eſt per ſe ſuperius ad uniuerſale. Nam nō ſequitur, animal eſt uniuerſale. Igitur eſt intentio ſecunda Immo neq; ens rationis. Quia & ſi animal ſit genus & uniuerſale, non tamen animal eſt ens rationis. Non habemus igitur cōceptum Generaliſſimi huius predicamenti. Illud tñ eſt cui attribui poſſet ens rationis in cōmuni. Ens rationis denominat omnia quæ nō ſunt entia realia. Et ens reale. Vt quid eſt ens rationis ut modus. Sicut & intentio prima ut quid eſt intentio ſecunda. Vt modus. Tertium In his eiſdem fit interdum. Vt ſuperius quod reſpectu ſui inferioris eſt predicatum eſſentiale predicetur denominatiue & accidentaliter de ſuo inferiori. Vt uniuerſale de genere. Nam genus reſpectu huius generis & illius ſe habet per modum uniuerſalis ſicut & homo ſeu animal. Inferius ſimiliter predicatur denominatiue & ſicut accidens de ſuo ſuperiori. Vt Genus de uniuerſali. Nam Vniuerſale comparatum ad illa quinq; habet ſe per modum generis reſpectu illorum. Item Species ſuperioris predicatur de paſſione ipſius ſuperioris denominatiue. Vt proprium quod eſt Species Vniuerſalis predicatur denominatiue de paſſione ipſius uniuerſalis. Subiectum preterea poteſt denominare accidentaliter ſuam propriam paſſionem. Nam paſſio uniuerſalis intelligitur per modum uniuerſalis. Et paſſio Proprii intelligitur per modum proprii: Et ipſum propriū predicatur de illa accidētaliter, ſicut de

piſſi uel mugili. Similiter una Species diſperata denominat accidẽtaliter alias Species diſperatas. Nam Genus, Differentia, Propriũ & Accidens ſunt Spẽs Vniuerſalis. Immo idem denominat ſeipſum accidẽtaliter. Nam Species ſe habet per modũ ſpẽi reſpectu uniuerſalis. Sicut homo reſpectu animalis. Ratio autem horum ex eo prouenit. Nam modi intelligendi ſeu ſecundæ intentiones attribuuntur rebus in eſſe cognito & aſſimilato. Et quia ipſæ poſſunt adinuicem comparari & aſſimilari ſcẽt ideo poſſunt mutuo ſic denominari: Si n. accipiantur ut quid & ſecundum ſe nulla comparatione preuia tunc nulla erit modus alterius: Si uero comparatione preuia: tunc una accipietur reſpectu alterius. Vt modus. Et ita ſuperius erit modus intelligendi inferius & econtra: Et idem erit modus intelligendi ſeipſum. Et ſic de aliis. Q uartum intentiones ſecundæ poſſunt prædicari denominatiue & accidentaliter de quocunq; ente ẽt in abſtracto ultima abſtractiones. Nam æquinitas comparata ad hãc & illam eſt Species & eſt abſtracta ab æquo. Et licet hi modi quibus concipimus res limitatas non attribuantur Deo proprie neq; n. eſt proprie Species. Quia nõ eſt cõmunicabilis pluribus numero in Deitatis natura differentibus neq; proprie indiuiduum eſt nam cõmunicabilis eſt. Attribuit tamen ſibi modus Similis Speciei & ſimilis Singulari: qui non reperitur in rebus ſed aſſimilatur ei per aliam aſſimilationem iam in rebus relictis. Exempli gratia. Comparamus primum hominem ad Catonem & Lælium: & aſſimilamus eum tanq̃ alicui formæ Vel exemplari reſpectu exemplatorum: Et quia eiuſmodi exemplaria dici ſolent Ideæ ſeu Species: ipſum exemplar uocamus Speciem. Deinde quando peruenimus ad diuina ipſum Deum aſſimilamus non Generi, non Differentiæ, non Proprio: aut Accidenti ſed Speciei. Neq; tamen eſt proprie Species. Sicut nec perſonæ ſunt proprie indiuidua.

## DE INTERROGATIONIBVS.

P. Q uæ interrogatio unicuiq; attribuitur predicamento. B. Cap. XXXVI.

S Vbſtantiæ attribuitur interrogatio Q uid. Q uamuis ea ſit in quolibet predicamento ſicut & ſubſtantia. Omne. n. ſuperius dicitur ſubſtantia hoc eſt eſſentia ſui inferioris: Q uantitati continuæ proprie conuenit interrogatio quantus. Vel quanta. Vel quantum. Q uantitati diſcretæ competit proprie Q uot. Q uanti autem improprie: Q ualitati competit interrogatio qualis quale. Et non ſolum ſibi ſed omnibus quæ prædicantur in quale & quæ ſe habent per modum qualitatis. Relationi conuenit interrogatio ad quid. Videlicet dicitur uel refertur. Q uinto uidelicet actioni conuenit in Q uid. Videlicet agens agit. Sexto. Videlicet paſſioni competit a quo. Videlicet patitur. Septimo competit Q uando. Octauo. Vbi. Nono Q ualiter. Decimo autem circa Q uid. Vndecimo. Cui. Videlicet attribuitur.

P. Q uot modis

P. Quot modis opponuntur termini. B. Cap. XXXVII.

QVattuor modis opponuntur termini. Primo contrarie: Secundo relatiue: Tertio priuatiue: Quarto contradictorie: P. Deſcribe unamquamque: B. Oppoſitio contraria eſt repugnantia duorum terminorum poſitiuorum & mutuo incompoſſibilium, ſed bene ſe mutuo circa idem ſubiectum expellentium Vt Album Et nigrum: Calidũ Et frigidum, Sanum Et egrum. Oppoſitio relatiua, eſt repugnantia duorũ terminorum poſitiuorũ & mutuo relatiuorum, Vt Pater: Filius: Dominus: Seruus: Magiſter: Et diſcipulus. Oppoſitio priuatiua eſt repugnantia duorum terminorum, quorum unus eſt poſitiuus uel tamquam habitus, Alter priuatiuus Vt uidens Et coecus: Audiẽs, Et ſurdus: Loquẽs, Et mutus. Oppoſitio contradictoria eſt repugnantia duorum terminorum, quorum unus eſt affirmatiuus, alter negatiuus, Vt eſſe: Et nõ eſſe: Roſa, Et non Noſa: albũ Et non Album: P. Terminorum qui opponuntur, aliqui quandoque mediate, quandoque immediate. Aliqui ſemper ſolum immediate, opponi dicũtur Vt contradictorii: B. Contrariorum aliqua ſunt mediata ratione ſubiecti, & immediata ratione formæ, Vt forſam Sanũ Et egrum. Nam nulla inter ea uidet forma media, Quãuis nõnulli medicorũ aliter ſentire dicnat ponentes animal quãdoque neutro modo diſpoſitũ: ſed conciliantur nã parũ ſanũ uel parũ egrotũ neutrũ uocãt. Sed nos exempla ponimus non aſſerentes ita eſſe: Sed ut deguſtẽt rem qui addiſcunt, Aliqua uero ſunt mediata ẽt ratione forme: Vt Albũ Et nigrum. Nam rubeum & uiride ſunt media inter ea. P. Relatiue & priuatiue oppoſita quo pacto mediate, uel ĩmediate opponũtur. B. Tria priora oppoſita, ſemper ſunt oppoſita mediata ratione ſubiecti. Nam aliquid eſt: quod neque eſt ſanum, neque egrorum: Vt lapis, Immo nec album aut nigrum, aut medio colore coloratũ, Vt Aer Et cœlum. Et aliquid quod nec eſt pater, neque filius Vt mons. Et aliquid quod nec eſt uidens, nec cœcũ, Vt Arbor: Sed quarta oppoſitio, uidelicet cõtradictio ſecundum ſe, hoc eſt nil aliud addendo, neutrum habet mediũ, nec formæ nec ſubiecti, Quia inter eſſe & non eſſe, nulla eſt forma media, aut ſubiectũ, Quia nihil eſt qđ non ſit homo: aut non homo: roſa aut nõ roſa. P. Quo pacto addendo, contradictio ſuſcipit medium. B. Si dixero homo eſt per ſe albus, uel homo eſt per ſe non albus: utrumque falſum eſt: Quia homo neque eſt p ſe albus, neque per ſe non albus. Similiter homo non eſt in primo modo riſilis, neque eſt in primo modo non riſilis. Sic quod illa negatio ſibi in primo modo, ſeu eſſentialiter inſit.

## DE NOMINE.

P. Quia ex nomine & uerbo potiſſimũ orõ cõſtat (cœteræ. n. partes ſunt potius adminiculatoriæ) uidẽdũ ẽ primũ qđ ſit nomẽ. Deinde qđ uerbũ. B. C. XXXVIII.

NOmen eſt terminus per ſe ſignificatiuus Sine Tẽpore, Incõplexus, Finitus, Ac rectus, Cuius nulla pars, aliquid ſeorſum poſita ſignificat. P. Cur termini

infiniti non dicuntur nomina:B. Non homo & reliqui termini infiniti/quiã nil notãt diſtincte/Perimunt.n.certum/& relinquunt incertum/nõ ſunt proprie nomina.Sed dicantur nomina infinita/& nomina ſecundum quid. Si.n.dixero non homo currit perimit̃ homo & ponit̃ ſine delectu quodcũq; aliud ſub diſiunctione/ſiue ſit Vt equus ſiue non ſit Vt uacuũ & chimera Nam nõ homo poteſt etiam cum illis ſtare.P. Cur caſus obliqui non cadunt ſub diffinitione nominis.B. Genitiuus & reliqui caſus obliqui/quia non ſunt orationis per ſe niſi ſubintellecto nominatiuo conſtitutiuæ/nõ proprie ſunt nomina/Sed dicantur caſus nominis/uel nomina obliqua/& ſecũdum quid P. Bene additũ/Vt ſint nomina ſecundum quid ne poſſit fieri conſequentia Sunt nomina obliqua uel infinita. Ergo nomina:Sed quæro an etiã nominatiuus poſſit dici caſus.B. Nominatiuus non proprie dicitur caſus/ſed obliqui tãq̃ ab eo cadentes/Niſi & illud a quo alia cadunt caſus dici poſſit Iccirco ſolus dicitur rectus: Alii obliqui.P. Cur dixiſti p ſe ſignificatiuus.B. Quia Omnis Et nullus/Aliquis/Seu quidam/qui:que:quod:non proprie ſunt nomina quia nil per ſe ſignificant:Sed priora dicuntur nomina diſtributiua/alia partitiua/reliqua uero relatiua.Et omnia nomina ſecundum qd & nõ ſimpliciter/Quia nõ p ſe ſignificant Et ſic ſeorſum nihil notat: Et nomen dictũ eſt a notamine.P. Tragelaphus & huiuſmodi figmenta/qd notant.B.Non eſt opus ut ſignificatum nominis ſit uel eſſe poſſit ſed ſat eſt ut effingi poſſit & diſtincte menti preſentari.Et ita æque ſunt nomina quibus figmẽta notamus:ſicut & rerum quæ ſint uel eſſe poſſint:Sed ſignificata non ſunt æque niſi inquantum ſignificata.P. Auget ergo Dialecticus orationis partes/quia plures ponit q̃ octo.Nam iſta/que induxiſti non eſſe nomina/non ſunt etiam ſub ulla alia orationis parte a Grãmatico poſita.B. Sed non auget Grãmaticus/q illa uocat nomina abſolute/Quãuis forſan & illi augendæ ſint.Nam omnis/& nullus nullam rem ſignificant/Neq; ſunt uerba aut pronomina/ Neq; ulla talia.Reducũtur tamẽ ad nomina.P. Quo pacto a Grãmatico eſt nomẽ diffiniendum.B. Sic Grãmaticus recte nomen diffiniet.Nomen eſt pars orationis ſolum per caſus uariabilis/& non ſupple/p tempora.Vt Verbum & participium/Neq; p modus/Vt uerbũ ſolũ/Neq; p perſonas/Vt ꝓnomẽ:P. Alii dicũt nomẽ eſſe id qd ſubſtantiã ſignificat.B. Qñ Grãmaticus dicit nomẽ ſignificare ſubſtantiã/intelligit ꝙ ſignificat rẽ aliquã p modũ ſubſiſtẽtis/& nõ fluẽtis/ſed p ſe ſtantis: Hoc ẽ ſine tp̃e/ Vñ alii dicũt nomẽ ſignificare p modũ habitus & qetis idẽ ĩſinuãtes.Sed nullũ illoꝝ ẽ ꝓprie diffinitio/qa ẽt ꝓnoĩa ſignificãt p modũ p ſe ſtãtis/& habitus/ Niſi p illa uocabula ĩtelligeremus ꝙ ſignificarẽt ñ ſolũ ſine tp̃e/ſed ẽt ſine mõ ac pſona/& ſolũ p caſus uariarent̃.P. Ergo tempus ſine tp̃e & motus ſignificat p modum quietis.B. Acute.

## DE VERBO.

P. Quid proprie eſt Verbum.B. Cap.XXXIX.

VErbum eſt terminus per ſe ſignificatiuus cum tempore/& extremorum unitiuus/incomplexus/finitus/ac rectus. Cuius nulla pars ut ipſius eſt/ aliquid ſignificat ſeorſum:P. Partes nõ ſolum uerbi/ſed ẽt nois ſeorſum

aliqd deſignãt/ Vt huius dictionis/ Domus/ Et huius Dominus/ Ac huius Reſpublica Similiter & uerbi/ Vt huius uerbi Metuo/ Nam me aliquid ſignificat/ & tuo: B. Nil ſignificant prout ſunt talis dictionis partes. P. An uerbum poſſit in qualibet perſona fieri infinitum. B. Verbũ infinitum fit aptius & cõſuetius in tertia perſona/ Vt nõ amat/ Non legit. Tamẽ nec illo eſt utendum ut ſermo ſit purior: P. An nomina & uerba differre in ſignificato oporteat: B. Nomina & uerba nominibus ſimilia non oportet differre in ſignificato/ Sed ſolum in modo ſignificandi/ Idem. n. ſignificat: Amor/ Amaris & Amo/ Amas/ Atq; Amor/ Amaris: P. An pronomina diſtinguãtur a nominibus: B. Pronomina quæ loco nominum ponuntur/ Dialecticus non diſtinguit a nominibus: P. Quid de participiis: B. Participia quamuis partem nominis/ partemq; uerbi capiant/ facilius tamen nominis rationem ſortiuntur. Fiunt. n. extrema orationis/ & ipſa nunq̃ unire ualent. Et ſæpe ipſa participia efficiuntur nomina: Si tamen quis ea reducat ad uerba/ ex eo quia cum tempore ſignificant non curamus: Sat erit ut nomen a pronomine & participium ab altero illorum non ſeiungamus: P. Quo pacto Grãmaticus uerbum diffinire debet: B. Sic Verbum eſt pars orationis/ perſonis atq; temporibus/ & non caſibus uariabilis/ Et ſic differt/ a participio/ nomine/ atq; pronomine: P. Nonnulli dicunt uerbum ſignificare actionem/ uel paſſionem. Alii per modum fluxus & fieri: B. Per illa circumloquuntur illam particulam cum tempore. Nam uerba uere neutra/ Vt Splendeo/ Gaudeo/ nullam actionem/ aut ſibi correſpondentem paſſionem deſignant: P. Quod uerbum eſt terminis rectus: B. Illud quod eſt præſentis temporis/ indicatiui modi. P. Quæ ſunt uerba obliqua: B. Verba aliorum temporum & modorum Omnia. n. alia uim capiũt a præſenti tempore indicatiui modi. Ideirco non ſic proprie uerba dicuntur/ Sed uerba obliqua/ & uerba ſecundum quid: P. Quæ ſunt uerba ſubſtantiua: B. Tria dicuntur ſubſtantiua uerba. Fio/ Exiſto/ & Sum. Omnia alia adiectiua. Tamen unicum proprie eſt uerbum ſubſtantiuum/ Sicut ſit omnino irreſolubile/ in omnibuſq; uerbis incluſum uerbũ/ Videlicet/ Sum/ Es/ Eſt: P. Sum/ Quieſco/ ac Maneo/ & Perſiſto per modum fluentis/ hoc eſt cum tempore deſignant: B. Recte.

EXPLICIT PRIMA PARS LOGICES.

# INCIPIT SECVNDA PARS LOGICAE NOSTRAE. DE ENVNCIATIONE.

P. Satis de Terminis Præceptor dixiſti. De oratione enunciatiua iam aliqua ſunt afferenda. Et primo quid ſit Enunciatio eſt dicendū. B. Cap. I.

ENunciatio eſt oratio uere/ſiue conformiter/aut falſo/ſiue difformiter ipſis rebus mediate/uel īmediate ſignificans: P. Cur dixiſti mediate/uel īmediate: B. Quia oratio mentalis dūtaxat ſignificat ipſis rebus cōformiter/uel difformiter īmediate/ Voces uero ea media & ſcripturæ utraꝙ media. Nam ea oratio quæ eſt in ſcripto/ſignificat īmediate eā in quæ uoce. Et ea quæ in uoce/eam quæ in mente: P. Alii dicunt ipſam enunciationem ſignificare uerum/aut falſum: B. Non comodo ſignificat enunciatio in mente q̄tio in uoce/& ſcripto/ Nā quia in rebus nō eſt uerum/aut falſum/ſed ſolum in mente/Oratio mentalis/non ſignificat uerum/aut falſum/ Sed ſolum uere/aut falſo. Quia uerum/aut falſum eſt in mente/non in rebus: Sed enunciatio in uoce non ſolum ſignificat uere/aut falſo/Sed & uerum/aut falſum in mente exiſtens/& oratio in ſcripto ſimiliter: Illa tamen media quæ eſt in uoce: P. Phyloſophus dicit abſolute enunciatione denotare uerum uel falſum: B. Ipſe interpetratur per ſigna exteriora ea quæ intus latent: Nam & orationem dicit eſſe uocem: P. Veritas non ſolū eſt in mente/Sed in uoce/& ſcripto/Nam omnis oratio eſt uera/aut falſa: B. Veritas & falſitas in uoce & ſcripto eſt tanq̄ in ſigno/ prout ſanitas dicitur eſſe in lotio/ſeu urina/ In mente uero eſt ſicut ſanitas in animali: Quæcunꝙ etiam orationes uere aut falſo ſignificant poſſunt dici ueræ/uel falſæ/Sicut dicuntur ueri aut falſi teſtes/ex eo quia conformiter/aut difformiter ipſis rebus teſtantur. Non dicitur ergo oratio uera/quia ſemper uerum ſignificet/Sed quando uere ſignificat/dicitur uera. P. Veritas eſt etiam in ipſis rebus & non in mente ſolum: B. Veritas quæ eſt in rebus non opponitur falſitati/ Sed idem eſt quod intelligibilitas/ſeu (ut tali uocabulo utamur) manifeſtiuitas/ Quia omne ens eſt declaratiuum ſui ipſius intellectui proportionato: B. Quid ergo eſt uerū aut falſum/quod eſt in intellectu: B. Verum quod eſt in mente eſt conformitas/ſeu adæquatio rei ad intellectum. Falſum ſimiliter in mente eſt difformitas/ſeu in adæquatio rei ad intellectum: P. In qua operatione animi eſt uerum aut falſum: B. Verum & falſum non eſt in ſimplici intelligentia proprie/neꝙ in diſcurſu/ ſed ſolum in compoſitione/& diuiſione.

P. An omnis oratio ſit enunciatio. B. Cap. II.

OMnis orō nō eſt enūciatio/ſed ea ſolū/q̄ ꝓut diximus ſignificat. P. Diffiniatur orō/& enūciatio acutius: B. Orō eſt modus intelligēdi quācūꝙ terminoꝝ cōpoſitionē ēt ſi fiat ſine uerbo Vt Hō albus & diuiſionē ſiue illa fuerit ī mēte

ſiue in uoce/aut ſcripto. Enunciatio uero eſt modus intelligendi orationem illam ſolū/ quæ uere/aut falſo ſignificat.

P. Quo melius intelligatur enunciatio/diuidenda eſſet oratio.

B. Orationum/Alia — Perfecta / Imperfecta

Perfecta eſt que ſenſum perfectum generat in animo auditoris/Vt Indicatiua/Interrogatiua/Deprecatiua/Promiſſiua/Si ſit addenda/Imperatiua/Optatiua/& Subiunctiua. Imperfecta eſt quæ generat ſenſum imperfectū in animo auditoris/Vt infinitiua/Me amare/Et cōiunctiua/Vt q̄ amem: Et famulatoria/Vt ille incipit. P. Quæ dicit' oratio ꝓmiſſiua. B. Magnus ille Grāmaticus Seruius addit modū ꝓmiſſiuū/ Videlicet futurū indicatiui modi/ Sed rationem/quæ nō ualet/inducit. Dicit.n. nō poſſe indicari niſi preterita/& preſentia. nam & futura/ille qui nouit indicare ualet. Promiſſiua tn̄ oratio dici poteſt illa in qua uerbum ꝓmitto/uel ſpondeo/uel polliceor ponitur/uel uerbum æquiualēs ꝓmiſſioni/ Vt dabo tibi/ac exaltabo te. P. Poſuiſti & alios uerborum modos preter illos quinq; conſuetos: B. Modus deprecatiuus/& modus interrogatiuus/non numerantur a Grāmatico inter modos/quia uerba ipſorum ſunt eadem quæ & modi indicatiui: Quinq; ergo ſunt modi eo pacto/hoc ē terminatione uerborū non differentes. Si dixero/Oro te Deus meus nil indico/ Vel quis es tu: ſeu interrogo/ſeu quæro ex te. Sed ſi dixero Ego exoraui/uel ille orat/uel ſcias q̄ ego oro/tunc aliquid narro/uel annūtio. Similiter ſi dixero: Ille interrogat quis ſis: & amicus dicit: Cur me dereliquiſti. Enuntio tunc. Quinq; igitur modi uerborum ſunt terminatione differentes: ſed in modo loquendi ſunt plures. uidelicet octo: Licet hæc uarietas non oriat' à principali uerbo. Nam dicēdo/ille orat/Senſus eſt/dico tibi q̄ ille orat/uel ſcito q̄ ille orat/& ille promittit/& ille interrogat: Sed oro/& ꝓmitto/& interrogo/ex ſui natura nil indicant: Non ergo ſunt indicatiui modi/ſed per quandam ſimilitudinem/Nā oratio accipit modum a uerbo principali: Vnde hæc nō eſt ſubiunctiua. Si ueneris dabo: At hæc/Si ueniſſes/dediſſem/eſt quo ad uerba/ſubiūctiui modi: ſed equiualet indicatiue: nā ſenſus eſt/Si hoc uerum fuiſſet: Tu ueniſti uerum fuiſſet ego dedi. Et omnibus aliis modis ab indicatiuo fit ſupplemētum per indicatiuum. Nam in hac oratione/Fac ignem: ſubintelligit' uerbum indicatiuum Volo ut facias ignem: Et in illa utinā amares Deū Volo ſeu cupio q̄ amares Deum. Et hæc/Si tu eſſes albus/tu eſſes coloratus/ Habet uim indicatiue: Nō ergo ſolo uerbo indicatiui modi enuntiamus/q̄uis ſemper uerbum indicatiuum ſubintelligatur: P. Tedet hunc/Piget illum/Plato incipit/non ſunt proprie enunciationes. Non ergo omnis oratio in qua ponitur uerbum indicatiui modi eſt enunciatio: B. Non quidē/quando illa non ſunt uerba principalia: Nam Tædet illum non eſt uerbum principale/ſed conſtruitur ſic/res quam tædet/eſt ille. Et ſic de reliquis. P. Videris iterum tractare de terminis/Nam omnis enunciatio eſt oratio/& omnis oratio terminus/ſumus igitur non in ſecunda ſed prima parte Logicæ.

Quod ſecunda pars huius non conincidat cum prima/bifariam declarat.

## PRIMA DECLARATIO .B. Cap.III.

QVãuis omnis enunciatio primo ſit oratio/& omnis oratio ut fertur/ſit terminus complexus/& ita omnis enunciatio ſit terminus/non tamen ex hoc ſequitur ut ſecunda pars huius artis coincidat cum prima. Non.n.inconuenit in una parte ſcientiæ tractare de cõmuniori/Vt de animali:in altera de minus cõmuni Vt de homine. Immo in una parte tractatur de cõmuniori/& de aliquibus ſub eo cõtẽtis/Vt in libro priorum de Syllogiſmo/& de nõnullis ſub eo contentis. In altera uero de minus cõmuni ut in libro poſteriorum de Syllogiſmo demonſtratiuo/Et in libro Topicorum de Syllogiſmo probabili.

## SECVNDA DECLARATIO

Nos tamen aliter tenemus & aliter declaramus/& hæc eſt ſecunda/& acutior declaratio. Terminum.n.ſolam indiuiſibilium intelligentiam denominare cẽſemus. Vnde& in Geometria/ubi primo & proprie terminus reperitur/nil dicitur terminus niſi ſit indiuiſibile/Vt punctũ.uel ea ratione qua indiuiſibile Vt Linea/Et Superficies:P. Vbi erit terminus complexus quem dixiſti eſſe orationem.B. Terminus complexus/aut oratio quæcũq́/non eſt proprie talis terminus. Nam oratio ad ſecundam animi operationem pertinet/tamen quando oratio ponitur pro extremo alicuius orationis/tunc concipitur/ut terminus:Si.n.dixero Prudentia eſt uirtus/dicit Philoſophus: Similiter Deus eſt optimus aiunt omnes/Tunc totum illud Prudentia eſt uirtus/concipitur ut unica dictio & terminus: Quãdo ergo oratio ſimplici intelligentia apprehẽditur/tũc habet rationem termini & non orationis. Immo & Syllogiſmus/Vt ſi dixero omnis homo eſt animal/tu es homo/ergo Tu es animal/eſt bonus diſcurſus. Totus ille Syllogiſmus/ſimplici concipitur intelligẽtia: Sed quia conflatur ex multis dictionibus & orationibus/dicitur terminus complexus: Quando ergo oratio ponitur pro ſubiecto aut predicato/dicitur terminus:& ut ſic/non eſt oratio:alias eſt oratio:P. Hæc eſt uera homo eſt animal/eſt oratio: Et tamen ibi/homo eſt animal/eſt ſubiectum/igitur eſt ſimul oratio & terminus:B. Primo concipimus hominem/& animal ſeorſum/poſtea illa componimus. Tertio illã cõpoſitionẽ ſimplici intelligentia cõcipimus/& diſtinguẽdo illã cõpoſitionem ab aliis operationibus/dicimus ea eẽ orationẽ/nõ tunc qñ ponit̃ ꝑ ſubiecto/Sed alias qñ dicimus:hõ eſt aĩal. In hac ergo orõne/hõ eſt aĩal/eſt oratio. Illud ſubiectũ nõ eſt orõ ꝑ tũc:ſed ſtat quaſi recitatiue ꝑ hac cõpoſitione hõ eſt aĩal:Et eſt ſenſus: Quãcũq́ aliqua ſic cõponimus/talis cõpoſitio/eſt orõ/ſed nõ ꝑ tũc:qñ dico hæc cõpoſitio ſeu cõplexio eſt orõ.P. Idẽ ergo erit orõ & terminus ſed qñ eſt orõ/tũc nõ eſt terminus/& qñ eſt terminus/tunc nõ eſt oratio:ſed iã diuidẽda eſt enunciatio.

Enunciatio multiphariam diuiditur. Cap.IIII.B.

ENunciationum



Alia una

Alia plures

Enunciatio plures/ triphariã/ Si uox fuerit æquiuoca/ Vt liber amat̃: Si orationis mul
tiplex ſenſus/ Vt Lupus eſt in fabula/ & littus aratur. Si etiam plures ponãtur/ abſolu
te/ Vt Leo rugit/ Bos mugit: P. Quot modis una: B. Alia una ſimpliciter ut cathego
rica hæc eſt predicatiua alia una coniunctione/ quæ & hyppotetica dici ſolet: P. Quæ
prior ſit/ & cur eo nomine appelletur dicito: B. Cathegorica ſic a principaliori parte
dicta eſt/ quæ conſtat ex unico ſubiecto/ & predicato/ & uerbo/ ſiue copula. P. Quid
eſt ſubiectum/ quidue predicatum: B. Subiectum eſt de quo aliquid dicit̃ Predicatum
uero id quod de altero dicitur. P. Si dixero homo currit/ ubi eſt predicatum: B. Sup
pletur/ eſt currens: P. Nouus quidam Logicus: ſed ueteranus Grãmaticus: has non
poſſe reſolui: Terra aratur/ Et Luna eclypſatur obicit: B. Si nobis eſſent participia paſ
ſiua preſentis temporis/ prout ſunt Græcis/ poſſemus quidem etiã ipſas reſoluere/ Sen
ſus tamen eſt Luna patitur eclypſim/ & ipſum arari terræ competit/ uel terra nunc eſt
arata. P. Cathegorica alia de ſecundo adiacẽte/ alia de tertio ſolet dici: B. Verbũ ſum/
es/ eſt/ ſignificat quandam compoſitionem/ quam ſine extremis non eſt intelligere ueꝝ
tunc. De ſecundo adiacente dicitur/ quando res uerbi ſubſtantiui predicatur/ Vt Deus
eſt: P. Quid eſt res uerbi. B. Res uerbi ſubſtãtiui uidelicet/ ſum/ eſt/ es: eſt ipſum eſſe
actu extra cauſas & intellectũ rõne cuius ſignificati & alioꝝ extremoꝝ quæ cõponunt̃
uerbum eſt terminus per ſe ſignificatiuus/ & cathegoricus/ Nam prout uerbum copu
lat extrema/ eſt ſyncathegoricus terminus quamobrem dicitur copula. De tertio adia
cente dicitur quando ipſi uerbo ſeu copulæ quippiam apponitur/ ut Deus eſt optimus.

## De Qualitate Enunciationis.

P. Solet enunciatio diuidi ſecundum qualitatem. B. Cap. V.

Enunciatio
- Alia affirmatiua
- Alia negatiua

P. Vtranq; deſcribito: B. Affirmatiua eſt/ quæ non aduerbio affirmandi/ aut iurandi
Sed uerbo principali unit predicatum ſubiecto/ Vt Iuſtitia eſt uirtus: Negatiua ẽ quæ
aduerbio negãdi expreſſe/ uel tacita predicatum a ſubiecto diuidit ſiue remouet/ Vt Iu
ſtitia non eſt uitium/ Et nil iuſtum eſt uitioſum: P. Vnire & affirmare idem uidentur:
B. Vnire/ Affirmare/ Dicere/ Componere/ Cõſtruere/ Significare eſſe. Synonima in
propoſito uel potius multiuoca uidentur: Diuidere econtra/ Negare/ Remouere/ De
ſtruere/ Significare/ Nõ eſſe/ idem important: P. Cur dixiſti non aduerbio affirman
di: B. Quia aduerbia affirmandi non reddunt orationem affirmatiuam. Hæc. n. De
us profecto/ non mutat̃ negatiua eſt: P. Ex dictis ſequitur/ has eſſe affirmatiuas. Pon
tifices bella nolunt/ hoc eſt reſpuunt: & tu negas ac etiam illam. Stultus ſeipſum igno
rat quia in omnibus illis predicatum coniungitur: Via adoleſcentis neſcitur eſt negati
ua/ quia remouet. Nam negatio ſuper uerbum cadit. Nam nolle bella/ nõ eſt nõ uelle
bella ſed & uelle deiicere illa: Et negare/ non eſt/ non dicere/ Sed eſt dicere non: eſt

ſeipſum ignorare/non eſt ſeipſum neſcire/ſed eſt de ſeipſo habere ignorantiam/& circa ſeipſum errare: Credit.n.ſe ſapientem/cum nõ ſit: Hæc autem/ Via adoleſcentis neſcit/ eſt negatiua/quia remouet/ Nam negatio ſuper uerbũ cadit: B. Aduerte itaq; ſi copulatur predicatum ſubiecto/uel ſi remouetur ab eo/& ex templo cognoſces qualis ſit.

## P. Eſt nec ne & alia enunciationum qualitas. B. Cap. VI.

ENunciationũ { Alia uera / Alia falſa } { Alia poſſibilis: / Alia ĩpoſſibilis } { Alia neceſſaria / Alia cõtingẽs. }

P. Conciſe declara ſingula: B. Vera eſt illa quæ ſignificat uere ſeu cõformiter & ſicuti eſt in re penes ſignificatũ primariũ/& adæquatũ: & non (ut aliqui aiunt) cuius ſignificatum primarium & adæquatum eſt uerum/Nam termini mentales ſignificant res in quibus ut patuit non eſt uerum aut falſum: Falſa uero eſt quæ ſignificat falſo ſeu diſformiter/ & ſicut non eſt in re penes ſignificatum primarium & adæquatum: Poſſibilis & neceſſaria eſt illa cuius ſignificatum primarium & adæquatum eſt tale/uel cuius complexio circa ſignificatum primarium & adæquatum eſt talis: Contingens ac etiã impoſſibilis eſt ſimiliter.illa cuius ſignificatum primarium & adæquatum eſt tale/uel cuius complexio circa ſignificatum primarium & adæquatum eſt talis: P. Primarium quid reſpicit: B. ſignificatum primarium opponitur ſecũdario/Nã hæc uox Homo/ naturam ipſam humanam iam conceptam primo denotat: ſecundario uero/animal/ & rationale/& omnia incluſa in illis. Immo & diſciplinæ capax/ac riſile/& omnia eadẽ ipſi homini: P. Adæquatum cui opponitur. B. Significatum adæquatum opponitur partiali/& eſt illud quod ex omnibus partibus orationis conſurgit & reſultat/ Exemplum/ſignificatum totale huius Roſa eſt pulcherrima florum/eſt roſam eſſe pulcherrimã florum: Partialia uero ſignificata ſunt hæc: Roſa eſt pulcherrima/ Et Roſa eſt/ Licet forſan non ſequatur ſecundum adiacens ex tertio/De quo alias: P. Veritas ergo & falſitas eſt attendenda in conformitate & diſformitate enunciationis circa ſignificata primaria & adæquata/& non illa alia: B. Sic ꝑfecto/ Nam oratio ueriſſima & neceſſaria circa ſignifata ſecũdaria/uel partialia erit falſa & impoſſibilis Et oratio falſa & impoſſibilis circa eadẽ erit uera & neceſſaria Vt patet in hac/Homo eſt bos/Nã ſi Homo uel Bos capiat̃ ꝑ animali eſt uera & neceſſaria/ Et ſi in hac Homo eſt Animal/ſtaret aĩal pro boue/falſa & impoſſibilis eſſet: P. Colligo ex iſtis preceptis hæc corolaria/Primũ eſt Si enũciatio coniungit in re coniuncta/uel diſiungit diſiuncta uera eſt: Quia cõformis rebus/Secundum ſi diſiungit coniuncta aut coniungit diſiuncta/falſa quia rebus diſformis/ Tertium ſi coniungit quæ licet non ſint coniuncta poſſunt tamen coniungi/ uel diſiungit etiam non diſiuncta quæ tamen diſiungi poſſunt eſt poſſibilis/ Quartum ſi coniungit quæ nequæunt coniungi/uel diſiungit quæ nequæunt diſiungi/ eſt impoſſibilis/ Quintum ſi coniungit neceſſario ex parte rei coniuncta/uel diſiungit neceſſario: diſiuncta eſt neceſſaria/Sextum ſi coniungit contingenter coniuncta uel diſiũ

git contingenter diſiuncta eſt contingens: B. Recte collegiſti/ Sed non eſt opus extrema illa exiſtere: ſed ſufficit ut ſint ineſſe eſſentiæ ſeu quod idem eſt ineſſe quiditatiuo ſeu predicamentali ſeu ineſſe mentali/ uidelicet in intellectu. P. Hæc oratio Tragelaphus eſt figmentum/ uera dicitur/ ſed quæ ſit in re coniunctio neſcio: B. Tragelaphus eſt uerum animal ſimile partim hirco/ partim Ceruo/ quod apud quendam amnem gigni tradunt/ Nõ eſt ergo figmentum: P. Ego per Tragelaphum concipio quoddam animal eſſentialiter compoſitum ex illis duabus ſpeciebus/ hoc autem eſt purũ figmentũ B. Eſſe purũ figmẽtũ eſt oĩno non eſſe/ qa neq; eſſe neq; poſſe eſſe/ habet tñ eſſe ſm quid in mente fingentis: Dicendo ergo eſt figmentum/ predicatum eſt coniunctum illi ſubiecto in tali eſſe: P. Omnia habent eſſe in mente: B. Quæ ſolum habent eſſe in mente non in ſe neq; in potentia ſeu in cauſis habent non eſſe ſimpliciter/ & eſſe ſecundum quid: P. Figmenta etiam quandoq; ſunt actu: Vt qñ finguntur/ Quandoq; in potentia: Vt quando fingi poſſunt: B. Acute ſatis/ ſed tam actus ille q̃ potentia ſunt ſecundum quid & in mente ſolum.

## P. De Enunciationis quantitate afferto aliquid. B. Cap. VII.

Enunciationum — Alia quanta: / Alia non quanta:

P. Deſcribe utranq;. B. Harum diffinitio poſterius clarior erit: P. Quot ſunt genera quantarum.

B. Quatuor ſunt genera quantarum — Vniuerſalis: / Particularis: / Indefinita: / Singularis:

P. Procede diffiniẽdo: B. Vniuerſalis eſt cuius ſubiectum eſt uniuerſale uniuerſaliter ſumptum/ Vt omnis homo eſt: Particularis eſt/ cuius ſubiectum ẽ uniuerſale particulariter ſumptũ/ Vt aliquis homo eſt: Indefinita eſt: cuius ſubiectum ẽ uniuerſale neutro ſigno determinatũ/ Vt homo eſt: Singularis eſt cuius ſubiectum eſt ſingulare/ nõ uagum/ aut geminatum/ ſed ſignatum/ proprium/ aut circumloqutum: P. Pone exempla: B. Signatum/ Vt hic homo loq̃t: Proprium/ Vt Gorgias loq̃t/ Circũloqutũ/ Vt filius Leontis loquitur: ſi unicus ſit ei: Singulare aũt uagũ ẽ/ ſi dixero aliqs hõ loq̃t/ Geminatũ uero: Vt hoĩes loqũt/ qa plurale nil aliud ẽ/ q̃ ſingulare geminatũ: P. Quæ ſunt non quantæ: B. Non quantæ ſunt/ Excluſiuæ/ Vt tantum homo/ eſt animal rationale: Exceptiuæ/ Vt omne animal preter hominem eſt irrationale/ De qbus poſterius fiet ſermo: P. Duplex eſt quantitas in re/ Diſcreta & Molis/ pter eã quæ uirtutis Cui iſta quam dixiſti aſſimilat̃: B. Aſſimilatur potius diſcretæ quantitati/ q̃ molis/ Vt patebit in tractatu ſuppoſitionum: P. Quomodo in his quantitas diſcreta percipit̃: B. Quando interrogamus quanta eſt: quærimus quot ſunt in ſubiecto incluſa: de

quibus dicitur/ uel negat predicatum/ & recte reſpondendo dices/ Vniuerſalis eſt/ Hoc eſt/ predicatum dicitur de omnibus ſub ſubiecto contentis: Vel dices/ Particularis eſt/ Hoc eſt/ Predicatum dicitur de unico contento ſub ſubiecto/ Sed illud non eſt exploratum: Indefinita eſt/ Hoc eſt/ Predicatum dicitur non de omnibus immediate/ neq; de uno contento ſub ſubiecto. Sed de ipſa natura quæ indefinita/ & indeterminata eſt: Singularis eſt/ Hoc eſt/ Vnicũ & certum eſt illud de quo affirmo aliquid uel nego: P. Multifariæ diuiſiones/ exquirunt multifarias interrogationes: B. Tres interrogationes ponunt/ Quæ/ Quoad ſubſtantiam/ uel eſſentiã/ Qualis: Quoad ipſius qualitates: Quanta/ Quoad quãtitatẽ/ Nã ſi dixero/ Quæ/ reſpondebis cathegorica/ uel hyppotetica: Si dixero Qualis ẽ: Reſpõdebis affirmatiua/ uel negatiua: Et interdũ Vera/ Falſa/ Neceſſaria/ Cõtingẽs/ Poſſibilis/ Impoſſibilis: Si dixero/ Quãta ẽ: Reſpõdebis/ Vniuerſalis/ Vel particularis/ Indefinita/ Vel ſingularis: Quidã eas ut picæ eo modo inculcãt/ Quæ: Ca. uel Hip. Qualis ne. Vel Aff. V. Quãta/ Par. In. Sing. P. Nõnullæ enunciationes dicuntur (a quibuſdam modis adiectis) modales: Quæ ſunt illæ/ & qui illi.

### B. De modis & Modalibus. Cap. VIII.

Enunciationum { Alia de ineſſe / Alia modalis }

P. Quæ de ineſſe. B. Quando predicatum unitur ſubiecto ſine expreſſa alicuius modi determinatione/ dicitur enunciatio de ineſſe. P. Cur dicitur de ineſſe: B. Quia predicatum ineſſe ſubiecto ſine ulla modi appoſitione enũciat. P. Ergo modalis eſt/ cuius compoſitio aliquo determinatur modo/ Sed quero/ quid eſt modus. B. Modus eſt cõpoſitionis ſpecificatio/ & quædam determinatio: P. Qui ſunt modi. B. Modi uſitatiores ſunt hi/ Poſſibile/ Impoſſibile/ Neceſſarium/ Contingẽs/ Verum & Falſum: Poſt hos ſunt hi/ Videlicet Per ſe/ Per accidẽs/ Item p ſe primo/ Hoc eſt/ Conuertibiliter. Et ſic diffinitio/ de diffinito/ & paſſio de ſubiecto predicatur. Vt omnis homo eſt rationalis/ & riſilis. Et omne rationale/ & riſile eſt homo: Per ſe non primo/ Vt Genus & differentia conſtitutiua generis de ſpecie/ & ſpecies de indiuiduo: Per ſe primo modo/ dicuntur tria prima uniuerſalia/ Videlicet Genus/ Species/ & Differẽtia. Per ſe ſecũdo modo quartum/ dũtaxat uniuerſale/ Videlicet Proprium: P. Aliqui modi dicuntur ex parte rei/ Aliqui ex parte intellectus. B. Modi ex parte intellectus ſunt eiuſmodi/ Notũ/ Scitum/ Euidens/ Ignotum/ Dubium/ Obſcurum/ Vt notum eſt Deum eſſe colendum/ Ignotum eſt aſtra eſſe paria. Dubium eſt Regem ſedere: P. Nõnulli putant ut omnia adiectiua atq; aduerbia/ faciant enunciationes modales. B. Adiectiua ſunt modi nominum ſubſtantiuorum/ & aduerbia uerborum/ nõ ſunt autem modi enunciationis/ quia non determinant/ neq; ſpecificant compoſitionem ipſius enunciationes.

P. Etiam inter Modales ponitur quædam differentia .B. Cap.IX.

Modalium — Aliæ de ſenſu compoſito:
Aliæ de ſenſu diuiſo:

P. Quo pacto id diſcernam .B. Differentia horum ex ui ſermonis, ſitu modorum (ut pleriq; opinantur) non cognoſcitur, tamen ex pacto id fiat, Vt quando modus ponitur in medio, ſit ſenſus diuiſus, Quando alibi ſit compoſitus: P. Vnde accipitur qualitas modalium .B. Modalis cenſenda eſt talis, qualis eſt modus eius, non qualis eſt uerbum dicti eius; Vnde hæc eſt affirmatiua, Poſſibile eſt te non tranſire pontem: P. Quid predicatur, quidue ſubiicitur .B. Modus eſt prædicatum. Oratio illa infinitiua, (quæ dictum uocatur) eſt ſubiectum. Hæc ergo eſt predicatio directa, Te tranſire, uel non tranſire pontem, eſt poſſibile. Illa ſuperior erat indirecta: Dictum interdum nõ eſt oratio infinitiua, ſed cõiunctiua, Vt ꝙ tu nõ pertrãſeas põtẽ eẽ poſſibile: Qn̄ ꝙ eſt enũciatio modalis, indicatiua pura, Vt Deus eſt bonus neceſſario, Quæ in ſenſu compoſito æquiualet huic. Hæc propoſitio Deus eſt bonus, eſt neceſſaria, In ſenſu uero diuiſo huic, Hoc demonſtrato Deo, eſt neceſſe eſſe: P. Ex his colligo ꝙ enunciatio de ineſſe ſit illa in qua predicatum dicitur ineſſe ſubiecto. Sed non ſpecificatur modus inhærendi, Vt homo eſt animal: Et licet ipſa neceſſaria ſit, non exprimit tamen neceſſitatem: B: Recte collegiſti.

## DE FIGVRA ORATIONVM DE INESSE MODALIVM

P. Quæ ſunt nomina enunciationum quæ figuram ingrediuntur .B. Cap.X.

Enunciationum — Aliæ in figura contrariæ:
Aliæ ſubcontrariæ:

Item — Aliæ contradictoriæ:
Aliæ ſubalternæ dici conſueuerunt:

P. In quo genere enunciationum fit figura .B. Enunciationum aliquæ in neutro extremo cõueniunt, Vt Homo currit: & Bos iacet, Aliquæ participant in altero ſolum, Vt Bos iacet, Bos comedit, Vel Bos comedit & Equus comedit. Aliquæ in utroq; extremo conueniunt: Inter duo genera priora, non fit figura, Sed ſolum inter ea quæ ſunt tertii generis, fit figura hoc modo, obſcuratis eiſdem ſubiectis, & predicatis integris ſtantibus pro eodem aut eiſdem.




P. Omnis eſt generis communis. Nullus maſculini, Nō ergo contrariari uidentur: B. Nullus ſi ſonet, nec mas, nec fœmina contrariatur omni. Si autem ſtet pro maribus dumtaxat non contrariatur: P. Quæ dicuntur contrariæ implicite. B. Contrariæ implicite ſunt eiuſmodi: Quodlibet eſt, Nihil eſt. Tota domus eſt cōſtructa, Nulla pars domus eſt conſtructa. P. Quot ſunt materiæ enunciationum.

B. Materia enūciationū ē triplex:
- Neceſſaria ſeu naturalis:
- Impoſſibilis ſeu remota:
- Contingens:

P. Dato circa hoc regulas: B. Duæ contrariæ in nulla materia poſſunt eſſe ſimul ueræ: Duæ contrariæ ſolum in materia contingenti poſſunt eſſe ſimul falſæ. Si tamen fierent indirecte, etiam in materia neceſſaria poſſunt eſſe falſe, Vt omne animal eſt homo. Nullum animal eſt homo: Duæ ſubcontrariæ nunq̄ poſſunt eſſe ſimul falſe: Poſſunt tamen in materia contingenti eſſe ſimul ueræ: Duæ cōtradictoriæ nunq̄ poſſunt

eſſe ſimul

eſſe ſimul ueræ / aut ſimul falſæ. Sed ſemper una eſt uera/altera falſa: Si ſubalternans uera/& ſubalternata/& non econuerſo: Si ſubalternata eſt falſa/& ſubalternans/& nõ econuerſo: P. Si eſſent ſingulares quomodo opponuntur: B. Singulares/utroq; termino participantes/quarum una eſſet affirmatiua/altera negatiua/mutuo ſibi contra dicunt/Vt Plato legit: & Plato non legit: P. Iam de figura modalium. B. Figura modalium fit hoc pacto.




## DE AEQVIPOLLENTIA ORATIONVM DE INESSE.

P. Quid eſt harum enunciationum æquipollentia. B. Cap. XI.

AEquipollētia eſt duarum enunciationum in figura poſitarum negationis additione æquiualentia. Hoc autem fit tali obſeruata ſententia ſeu regula. Præpone contradictoriis negationem ſigno/& toti ſubiecto: Poſtpone cõtrariis negationem ſigno & toti ſubiecto/Sed non uerbo. Præpone/atq;

poſtpone ſubalternis:P. Videtur æquiualentia ſuperior ad æquipollentiam:B. Enū
tiationes interdum æquiualent ſignis & ſignificatis omnino/Vt eadem bis pronuntia
ta uel ſcripta/Interdum ratione ſignificatorum primariorum/& non ſignorum: Vt
oratio mentalis/uocalis/& ſcripta/quando ſunt ſubordinatæ. Similiter ſi fiat de uoci
bus ſynonimis ſeu multiuocis Vt æquus eſt abſconditus/Caballus eſt occultatus. In
terdum gratia cōnexionis realis ſignificatorum/Vt homo admiratur/Et riſile admira
tur:Interdum per conſequentiam/ſiue illationē:Vt in preſenti:Formaliter igitur æqui
pollentia eſt modus intelligendi talem æquiualentiam/Aequiualentia etiam eſt in ter
minis. Sed æquipollentia ſolum in enunciationibus per conſequentiam & illationem
P. Quo pacto fit iſta illatio. B. Negationem (aiunt) tam malignæ naturæ eſſe/ꝙ
quicquid inuenit/deſtruit/& oppoſitum illius ponit:P. Cur negatio/maligna nuncu
patur. B. Negatio dicitur metaphorice maligna/quia intendit ſolum deſtruere/ꝗuis
ex conſequenti aliquid ponat. Nam negando unum contradictoriorum/reliquum af
firmari eſt neceſſe/Sicut natura eſt pia. Quia & ſi deſtruat/deſtruere tamē non inten
dit/ſed facere & generare:P. Quid deſtruit negatio:B. Negatio deſtruit qualitatem
& quantitatem/quam repperit/Hoc eſt/quæ ipſam ſequitur/non quæ precedit/& op
poſitum ex conſequenti ponit. Vnde ex affirmatiua addendo/ipſum non/facit negati
uam/& ex negatiua/affirmatiuam/& ex uniuerſali particularem/& econuerſo. P.
Quo pacto negatione affirmamus. B. Negatio in numero impari negat:in numero
pari affirmat:P. Pleriq; mirantur quomodo negatio deſtruat negationem/quom ſi
mile additum ſimili/facit magis tale. Et omnis res per quas cauſas oritur/per eaſdem
& augetur. Tenebra non aufert tenebram/Simile non deſtruit ſimile:B. Recte oīa
Iccirco diximus/hanc æquipollentiam fieri per ſequelam. Qui.n. deſtruit uniuerſalē
affirmatiuam ponit ex conſequenti particularem hoc modo/Sit unus qui dicat/Oīs
homo eſt iuſtus: Alius qui dicat/Non omnis homo eſt iuſtus. Hic deſtruit dictum
primi:Addit tertius:Non eſt ita ꝙ non omnis homo eſt iuſtus. Et hic deſtruendo di
ctum ſecundi ponit dictum primi. Et hoc modo poſſet procedi in infinitum ſi luberet
& oblectaret:P. De ſubcontrariarum æquipollentia quid dicemus:B. Addita dupli
ci negatione particulari affirmatiue: & poſtpoſita una euadet particularis negati
ua. Addita particulari negatiue altera negatione ad uerbum/uel duplici ad ſignum/
tus:B. Vbi & duplici ad uerbum/fiet affirmatiua:P. Modus loquendi erit inconſue
fieret barbariſmus/& inepta locutio/non eſt talibus utendum regulis. Ne Val
lenſes ſophiſtas/picaſq;/& coruos (pro quo tamen dicitur luiſſe poenas) nos ap
pellet. Ipſe tamen illius ſenrentiæ meminerit/Quam quiſq; artem norit/in hac ſe
exerceat:P. Hanc omnis homo non eſt iuſtus. Pleriq; non putant eſſe uniuerſalem
negatiuam/eiuſq; ſenſum talem dicunt. Aliquis homo eſt iuſtus/Aliquis uero non eſt
iuſtus:B. Si predicatum illud remoueretur/ab omni homine/ſicut prius affirmabatur
de omni homine/uniuerſalis negatiua erit/Vt eſt ibi/Omne opus ſeruile nō facietis. Et
alibi:Non fieret ſalua omnis caro.

# DE AEQVIPOLLENTIA MODALIVM.

P. Modales Quo pacto æquipollent. B. Cap. XII.

Modales, in figura ſunt eo modo quo iam diximus. Aequipollent autem hoc pacto, Amabimus, Edentuli: Iliace, Purpurea, Nam in illis quattuor dictionibus non ſunt niſi quatuor uocales. Quarum uis his uerſiculis declaratur. Destruit. V. totum, tamen: A: confirmat utrunq;. Denegat. E. dictum, denegat Iq; modum: P. Ordo eſt dandus modorum in figura. B. Modi ſunt ſic ordinandi, Poſſibile, Contingens, Impoſſibile, Neceſſe: P. Differt contingens a poſſibili. B. Contingens, & poſſibile non differunt in re noſtra. Et iccirco aduerte ꝙ prima uocali cuiuſlibet illarum quattuor dictionum notatur poſſibile, Secunda, contingens: Impoſſibile tertia Neceſſe ultima: P. Quot ſunt hic comparationes: B. Quia unuſquiſq; quattuor modorum, unicuiq; illorum quattuor modis æquiualet, ideo ſiunt ſexdecim comparationes. Nam quater quatuor faciunt ſexdecim. Aut. n. & modus, & dictum affirmatur, aut utranq; negatur, Aut modus affirmatur, & dictum negatur, Aut dictum affirmatur, & modus negatur. Et ſic regula ſuperius poſita de preponenda & poſtponenda negatione, ſimiliter in his modalibus uim habet: Negatio. n. prepoſita facit æquiualere ſuo contradictorio, Vt non poſſibile eſſe, Igit impoſſibile eſſe: Et econtra, Non impoſſibile eſſe, Igitur poſſibile eſſe. Negatio poſtpoſita facit æquipollere ſuo contrario. Vt neceſſe eſt non eſſe. Igitur impoſſibile eſſe, Et econtra, Impoſſibile non eſſe, Igit neceſſe eſſe: Negatio quoq; prepoſita & poſtpoſita, facit æquipollere ſuo ſubalterno, Vt Non neceſſe non eſſe, Igitur poſſibile eſſe, Et econtra, Non poſſibile eſt non eſſe, Igit neceſſe eſſe Similiter non impoſſibile nõ (Sed locutio eſt in conſueta) Eſſe, Igit poſſibile non eſſe, Et econtra, Non poſſibile eſt non, Non eſſe Igit impoſſibile eſſe: Hic expreſſe agnoſcitur hanc æquiualentiam fieri per illationem & conſequentiam, & non ratione ſignorum preciſe uel ſignificatorum: P. Pone figuram. B. Ecce.




## DE CONVERSIONIBVS ENVNCIATIONVM

P. Iam de conuerſionibus (preſertim enunciationum de ineſſe) aliquid afferendum. B. Cap. XIII.

CONuerſio eſt extremorum alicuius enunciationis mutua/integraq; tranpoſitio/Vt aliquis homo eſt animal. Aliquod animal eſt homo. Prior dicitur conuerſa / Altera cōuertens. Et oportet ut ex toto predicato integretur ſubiectū/ toto autem ſubiecto predicatū: P. Multipbariam conuerſio accipitur: B. Conuerſio cordis/Conuerſio panis in ſanguinem comedentis. Conuerſio panis in corpus Domini. Conuerſio terminorum/Vt hominis/&riſilis/Cōuerſio relatiuorum. Dicuntur.n. conuerſim. Sunt alterius rationis ab ea quam nunc proponimus: P. Quot ſunt ſpecies conuerſionis. B. Species conuerſionis de qua hic agitur/duas ponit Philoſophus Omnis.n. Enunciatio conuertitur uel ſimpliciter/uel per accidens. P. Quæ ſimplex: B. Conuerſio ſimplex/Eſt mutua & integra terminorum tranſpoſitio/ſeruata eadem

quantitate. Nam qualitas eadem ſemper ſeruatur: P. Quæ per accidens: B. Conuerſio per accidens eſt tranſpoſitio talis cum mutatione quantitatis / Vt ſi uniuerſalis conuertatur in particularem: P. Cur uocatur per accidens: B. Quia mutatur quantitas / quæ eſt accidens / uel per accidens / quia per aliud / hoc eſt per conuertentem alterius. Nam conuertens uniuerſalis eſt prius conuertens ſuæ particularis: Hæc. n. Aliquod animal eſt homo / eſt conuertens huius. Aliquis homo eſt animal: Et ita hæc / Omnis homo eſt animal / conuertit' per accidens / Quia per illam conuertẽtem / quæ eſt conuertens primo alterius: P. Ergo ſi uniuerſalis uniuerſaliter / aut particularis particulariter conuertatur / Vt nullus homo eſt lapis / Nullus lapis eſt homo. Aliquis homo eſt iuſtus / Aliquod iuſtum non eſt homo / dicetur conuerſio ſimplex. Verum quero quæ orationes ſimpliciter / quæue per accidens conuertuntur: B. Particularis affirmatiua / nõ poteſt conuerti niſi ſimpliciter: Vniuerſalis affirmatiua ſolum conuertitur per accidens: Vniuerſalis negatiua (aiunt Iuniores) poteſt conuerti & ſimpliciter & per accidens. Ariſtoteles autem dicit eam ſolum conuerti ſimpliciter. Et ratio eſt quia in omni conſequentia tantum ueritatis eſt inferendum quantum inferri poteſt / Vt patebit in tractatu de ſyllogiſmis: Et quia ex uniuerſali negatiua põt ſemper inferri uniuerſalis negatiua. Illa ergo inferatur / & non particularis niſi ſecundario / tanq̃ ſubalternata ex ſubalternante / Hoc pacto / Nullus homo eſt bos / inferatur primo hæc / Nullus bos eſt homo. Deinde aliquis bos nõ eſt homo. Et aduerte ꝙ omnis bona conuerſio eſt bona conſequentia. Sed non econuerſo: P. Quid de particulari negatiua: B. Particularis negatiua neutro modo (Vt aiunt) conuerti poteſt. De quo iterum dicetur.

## P. Eſt ne ne ulla alia ſpecies conuerſionis. B. Cap. XIIII.

ADdiderunt nonnulli tertiam conuerſionis ſpeciem / Quam per contrapoſitionem uocauerunt tranſponendo terminos finitos in terminos infinitos: P. Quas orationes per cõtrapoſitionem cõuertebant: B. Vniuerſalem affirmatiuam / & particularem negatiuam. Vniuerſalem hoc pacto Omnis roſa eſt flos / Omnis non flos / eſt non roſa. Particularem negatiuam conuertunt ſic. Aliqua roſa non eſt Lilium. Aliquod non Lilium (utputa) hæc roſa quæ pullulat in horto meo / non eſt non roſa: Verum quia talis tranſpoſitio non iuuat multum ad artem ſyllogizandi / & non eſt tranſpoſitio eorundem terminorum / iccirco nõ proprie eſt conuerſio: Eſt tamen quædam ſpecies conſequentiæ quæ tenet cum conſtantia terminorum. Vnde hæc Chymæra non eſt homo. Igitur non homo non eſt nõ chymera. Conſequens eſt falſum / Et conſequentia non ualet / Quia ſubiectũ antecedentis / ſtat pro nullo. De quo alias: P. De particulari negatiua quid. B. Particularem negatiuam (aiunt) non poſſe conuerti niſi per contrapoſitionem / Et quoniam contrapoſitio non ſit proprie conuerſio / per conſequens non poteſt conuerti: Nam ſi dixero Aliquod animal non eſt homo / igitur aliquis homo non eſt animal. Conſequens

falſum/& conſequentia nulla/Et ita uidetᷣ Ariſtoteli primo prioꝝ. Nobis autem uide
tur ꝙ ſicut omne coniunctum eſt ſibi coniuncto coniunctum/ita omne diuiſum/eſt a
ſe diuiſo diuiſum: Si ergo aliquod animal nõ eſt homo/nec homo eſt animal illud uni
cum pro quo ſtabat ſubiectum conuerſe. Sed abſolute non ſequitur. Et ita intelligit
Philoſophus. Quia animal in antecedente/ſtat pro unico animali determinato/licet
indeterminate. In cõſequente uero diſtributiue. Videlicet/quod homo non eſt ullum
animal/Sed cum additione/illa conſequentia eſt bona: P. Aliq dicunt eandem eſſe cõ
uerſionẽ indefinite/& ſingularis/quæ eſt ipſius particularis/Quia omnes conuertun
tur ſimpliciter. Verum ſi dixero/homo eſt animal/Igitur aliquod animal eſt homo.
Conuerſio eſt bona/Et tamẽ mutatur quantitas: Similiter/Si dixero/Callias eſt ho
mo/Igitur aliquis homo eſt Callias/Vel homo eſt Callias Mutatᷣ quantitas: Ex his
ſequi uidetur/ꝙ nõ ſemper eodem modo/Videlicet ſimpliciter cõuertuntur/iſtæ duæ:
Hoc eſt ſingularis & indefinita/ſicut particularis: B. Dicimus hãc Homo eſt animal/
Sic conuertendã/Animal eſt homo. Sic.n.tam homo/q̃ animal/ſtabunt pro natura
comuni: Addendo ſignum particulare/Stat pro uno indiuiduo uago. Et quamuis
aliquod animal ſit homo/non tamen propter id quia homo eſt animal/Sed quia Pla
to eſt homo. Qui Plato eſt aliquid animal: P. Quod de ſingulari/cuius predica
tum eſt cõe: B. Singularis de predicato cõi/non põt conuerti ſimplr/Quia ſubiectũ
conuerſe non erit ſingulare. Nec putamus eãdẽ eẽ quãtitatẽ illaꝝ triũ. Quia quatuor
ſpẽs quãtaꝝ tenemus. Niſi uelimus ex pacto noĩe particularis intelligere oẽm quantã
quæ nõ ſit uniuerſalis: P. An ſubiectũ indefinite ſtet ꝑ uno ſuppoſito: B. Subiectũ
indefinite non ſtat pro uno ſuppoſito/ſicut particularis/aut ſingularis (Vt ipſi dicunt)
ſed ꝑ natura cõi. Nec ueꝝ eſt idẽ eẽ/manere eandẽ quãtitatẽ/qđ eſt manere locutionẽ
uerã ut nõnulli dicũt/Quia tũc maneret ĩ hac eadẽ quãtitas/Oĩs hõ ẽ aĩal. Igitᷣ aliqđ
animal ẽ homo. Nec ꝑ quãtitatẽ orationũ/eſt intelligẽda ſuppoſitio. Quia ſuppoſitio
eſt ꝓprietas termini in oratione poſiti: Quantitas uero eſt cõditio ipſius ẽnũciationis:

## P. Sunt nec ne aliæ ſpecies conuerſionis. B. Cap. XV.

Apponunt poſteriores quartam ſpeciẽ conuerſionis/Videlicet preter quan
titatem/Quãdo utraq; uel altera fuerit non quanta. Exemplum primi:
Vt homo inquantum homo/eſt admiratiuus. Admiratiuum ineſt homi
ni inquantum homo. Exemplum alterius. Tãtum homo eſt riſibilis/ergo
omne riſibile eſt homo/Et econuerſo: P. Aliqui priorem illam uocant ſimplicem/quia
utraq; eſt non quanta. Poſteriorem per accidens/quia a non quanta/procedere ad quã
tam/uel econuerſo: B. Poſito hoc eſſet primum conuerſio eo modo diuidenda. Cõuer
ſio alia ſecundum quantitatem/Alia preter quantitatem. Deinde utrumq; membrum
iterum ſubdiuidendum: ꝑ conuerſionem ſimplicem/Et per accidens: P. Ex hoc uidetᷣ
qđ eſt dictu cõuerſio ſimplex. Quia cõformitas in quãtitate/Vel in nõ quãtitate/Et ꝑ
accidẽs Quia difformitas in quãtitate aut in nõ quãtitate/quæ accidunt enũciationi:

Sedquæro ex quā parte orōnis uerba adiectiua ſunt ponēda:B. Significata uerborū q̄
adiectiua dici ſolēt qa ſe tenēt ex parte predicati/ſunt integre in ſubiectū trāsferēda / Vt
ſi dixero/Petrus ē colēs Præceptorē/Trāsferēda ē ſic. Colēs/uel res colēs p̄ceptorē/eſt
Petrus :P. Nulla Ciuitas eſt in homine. Cōuerte :B. Nihil exiſtēs in hoie eſt Ciuitas
Et nō ſic/Nullus hō eſt i Ciuitate. Illa.n.cōuerſa/nō hēt p̄ predicato ſolū illā dictionē
in hoie/Sed hoc totū/Exiſtēs i hoie/Si nāq; diceres. Nulla Ciuitas ē hō ſolū Homo
eēt p̄dicatū. Sed dicēdo Eſt in hoie Res uerbi eſt pars p̄dicati/& participat de ſecūdo
adiacēte & tertio. Quia ponit exiſtētiā q̄ eſt res uerbi/Et addit hoiem/in quo exiſtere
dr̄ ipſa Ciuitas :P. Sed hāc quoq; Plato ē Cōuerte :B. Cōuerto ſic. Res exiſtens eſt
Plato. Et aliqs ſol/eſt oīs ſol. Cōuerto hoc mō Res q̄ eſt oīs ſol/eſt ſol. Tn̄ cōuerſa eſt
falſa. Niſi intelligat̄ de ſole exiſtēte. Sic/aliqs ſol/Vt iſte nr̄/eſt oīs ſol exiſtēs. Et cōuerte
tūc hoc mō illud qd̄ eſt oīs ſol exiſtēs/eſt ſol :P. Hāc/nullus hō ē oē aīal/cōuerte .B.
Nullū exn̄s oē aīal eſt hō. Verū/hāc/Tædet miſerū uitæ ſuæ/Cōuerto/Reducto p̄mū
obliquo ad rectū/Miſer ē res quā tædet uitæ ſuæ/Sic. Res quā tædet uitæ ſuæ ē miſer
Sic de ſilibus/Vt ſi dixeris Paſtori itereſt cuſtodire gregē:Aut Petro placet legere/Vel
Petrus delectat muſicā audire/Res cuius itereſt:Res cui placet:Res quā delectat. Ca
ue tibi ab aliqbus uerbis Vt Fio/Et Euado/Procedēt Hāc ēt Nullus hō ē mulier/Cō
uerte ſic/Nulla mulier ē aliqs hō. Si tn̄ pria diſtribuat̄ (Vt Grāmaticus uult) p̄ mari
bus & foeminis/falſa ē:Hāc p̄terea. Neuter hoīū loq̄t̄. Cōuerto ſic. Nihil loquēs ē aliqs
hoīū duorū. Vel ē hic/& ille:P. Hāc difficilē putāt. Hic/& Alexādriæ/uēdit̄ piper:B. Si
hoc totū/uēdit̄ piper/ſit predicatū/Sic cōuertam. Venditū piper/eſt hic & Alexādriæ:
Ita q̄ illa dictio uenditū/cōfundat illam/piper cōfuſe tm̄/Vel capiēdo uēditū p̄ partici
pio paſſiuo/preſentis tēporis more Græcorū. Vel ſic Piper res uendita eſt hic & Alexā
driæ/Tūc piper ſtat indefinite p̄ natura cui nō repugnat eē in pluribus locis ſimul/rōe
diuerſorū ſuppoſitorū: Si aūt piper ſtet ex parte ſubiecti Vt ſit ſenſus/Piper uendit̄ hic
& Alexandriæ. Conuerte/Res quæ uēditur hic/& Alexandriæ/eſt piper/Et piper ſtat
cōfuſe pro natura/Vel confuſe tantum mobiliter Si nota copulatiua habeat uim con
fundendi/& deſcēdatur diſiunctim. De quo in ſuppoſitionibus :P. Has Homo eſt ſpe
cies/Et animal eſt genus/Et ſimiles/Aiunt/nō poſſe conuerti :B. Sed nō recte dicūt/
Nam & ſpēs eſt homo/Et genus animal Quia predicabile in qd/de pluribus nume
ro dumtaxat differentibus eſt homo. Et ſpecie differentibus eſt animal. P. Conuerte
hanc Equus Epiſcopi currit. B. Res currens eſt equus Epiſcopi .P. Conuerte & hāc
Epiſcopi equus currit .B. Equus currens eſt Epiſcopi :P. Cur iſtæ conuerſiones diffe
runt :B. Quia quando rectus precedit obliquum ex utroq; aiunt/cōſtare ſubiectū.
Qn̄ uero obliquus p̄cedit/ille ſolus eſt ſubiectū :P. Puer fuit ſenex/Et aliæ ampliati
uæ/quō cōuertunt̄ :B. De ampliatiuis/& de quibuſdā modalibus poſtmodū uidebit̄.
P. Aiunt/Feci ſimpl'r/Conuertit̄ Eua parci Aſto per cōtra/Sic fit conuerſio tota .B.
Loquamur ut homines/Vniuerſalis negatiua/& particularis affirmatiua/Ac ēt parti
cularis negatiua cū additione/cōuertit̄ ſimpl'r:Vniuerſalis affirmatiua/& uniuerſalis ne
gatiua p̄ ſoquelā/conuertit̄ p̄ accidens:Vniuerſalis affirmatiua & Particularis negatiua

per contrapoſitionem :P. De hyppoteticis offert ſe locus ad tractandum/ Q uid ergo eſt enunciatio hyppotetica.

## DE HYPPOTETICIS.B. Cap.XVI.

HYppotetica eſt enunciatio coniunctione/ uel etiam forſan aduerbio una :P. Q uid eſt dictu hyppotetica :B. Ac ſi diceres ſuppoſitiua/ Nō quia una ſit in potentia ad aliam & determinabilis ab ea/ ſed quia prima ſpecies eius uidelicet conditionalis ex ſuppoſitione procedit/ & ab illa omnes aliæ dicuntur tales. Vt patebit :P. Cathegorica eſt una gratia extremorum & copulæ/ Hæc gratia coniunctionis plurium enunciationum. Sed quot ſunt eius ſpecies.

B. Tres huius ſpēs precipuæ/ & quæ difficultatē afferunt: Conditionalis. Copulatiua. Diſiunctiua.

Et ita gaudemus cum Theologis numero ternario. Aliqui grauiores/ tribus primis/ Cauſalem/ Temporalem/ & Localem apponunt/ & conficiunt exameron. Aliqui illis primis iungunt rationalem/ & cauſalem/ Et ita quinqꝫ fratribus/ neqꝫ omnibus barbatis ſunt contenti: Aliqui addunt illis tribus has duas/ Cauſalem/ cuius nota/ Q uia/ Et temporalem/ cuius nota/ Q udo/ Et totidem negatiuas. Et ſic conueniunt denario/ & eo ſunt contenti: Alii illis quinqꝫ connumerant Localem/ cuius nota Vbi/ Et expletiuā/ cuius nota Q uāq̄/ Q uāuis/ & Si/ Tametſi/ Et cōficiunt unā Teſſerā decadem: Alii item apponunt rationalem/ cuius nota/ Ergo/ Igitur/ Et affectiuam cuius nota eadem quæ & Cauſalis/ Videlicet Q uia/ Et totidē negatiuas: primum numerum perfectūm tertia uice replicantes :P. Q uomodo differt effectiua a cauſali/ quom utriuſqꝫ eadem ſit nota :B. Effectiua ab effectu (a quo & nomen ſumpſit) ad cauſam progreditur/ Vt quia luna eclypſatur/ Terra interponitur/ Et quia reſpirat/ habet pulmonem. Cauſalis (ſic a cauſa dicta) ad effectum procedit/ Vt quia ſol eſt ſuper terram/ dies eſt. Et quia dormit/ ſtertit. Vel quia terra interponitur/ Luna eclypſatur: Alii omnibus ſupradictis iungunt qualitatiuas/ Vt qualis eſt pater/ talis & filius/ Et quantitatiuas/ Vt quantus eſt hic/ Tātus eſt ille/ Ac explicatiuas/ Vt Deus eſt maximus/ hoc eſt uirtutis infinitæ/ Nec nō & aſſimilatiuas/ Vt ego quaſi uitis fructificaui & quaſi therebintus extendi ramos: Addunt & relatiuas/ Vt Petrus amat qui afficitur pontificatu/ Et hi nec uigintiquatuor/ nec uigintiduo ſeniores recipiunt: Et ita neqꝫ Iudei ſunt neqꝫ Chriſtiani: Aliqui reducunt omnes alias ad illas tres/ & conantur ponere ſufficientiam illarum trium. Q uæ/ quia parui momenti ſunt & paruæ ueritatis prætermittimus :P. breuibus Omnia aduerbia/ & uniuerſæ cōiunctiones/ Q uæ pluriū orationū cōnexionem requirunt/ uidentur mihi poſſe dici hyppoteticæ :B. Non ſatis eſt id/ nam ſi daretur oratio coniunctione una/ quæ nō eſſet enunciatio/ nec hyppotetica eſſet/ Vt utinā timerē Deū/ Et amarē ipſum: Ac fac ignē/ & abi intro :P. Si dies nobis eſſet/ Sol eſſet in noſtro hemyſperio/ Hæc licet non hēat uerbum Indicatiui modi/ Tñ qa indicare vē

hyppothetica eſt. Sed quomodo id fieri poteſt ut indicet ſine uerbo indicatiuo. B. Indicat forſan ob uerbum indicatiuũ ſubintellectum. De quo poſtmodum. P. Cathegoricæ uidentur hyppotheticas conſtituere tãq̃ partes principales. B. Non ſemper: plures cathegoricæ ſunt partes principales hyppotheticæ. Nam huius copulatiuæ. Si Cato currit Cato mouetur. Et ſi homo eſt animal. Homo eſt ſubſtantia. Partes principales ſunt duæ conditionales. P. Aliqua dicitur implicite cõditione una. B. Vt hæc. Sole ad noſtrum hemiſpherium aſcendente dies eſt. Et Deo concedente cito explebo hoc opus. Similiter Cato legit qui cenſor appellatur. Eo enim modo ſi una pars uocaretur. A. & alia. B. P. An poſſent dici quantæ. B. Hyppotheticæ non dicuntur proprie quantæ q̃uis conſtent ex quantis. quia non denominantur a ſubiectis. quibus competit quantitas. Sed a coniunctione uel aduerbio.

## De conditionali affirmatiua & negatiua. Cap. XVII.

P. Quia conditionali primo uidetur competere nomen hyppotheticæ: aliis per ipſam Iccirco ab eius diffinitione eſt incipiendum. B.

Conditionalis eſt hyppothetica. conſtans ex pluribus enũciationibus. nota cõditionis implicite. uel explicite. Seu formaliter. & uirtualiter. Seu æquiualenter coniunctis. Vt ſi Plato currit. Plato mouetur. P. Conditionalis uidetur eſſe cõſequentia. Et ita hic agitur de tertia operatione animi. B. Conditionalis non proprie infert unam enunciationem ex altera. quia tunc eſſet tertia operatio animi. Sed indicat ex una poſſe inferri ſeu ſequi alteram. Hoc modo. Si ſol eſt ſuper terram. ſi quis hanc poſuerit. Sol eſt ſuper terram. & illam Dies eſt ponere eum oportebit. Vel ſic. Suppoſita illa ponenda eſt iſta. Et ſic nõ fit diſcurſus. Deeſt. n. actus animi ad tertiam operationem neceſſarius. Vt patebit. P. Vtra illarum uocatur antecedens. B. Illa enunciatio cui preponitur nota. ſolet uocari antecedens. & altera conſequens. Nam ex illa poteſt inferri altera. Vt homo mouetur. Si homo currit. Homo currit eſt antecedens. P. Quando eſt negatiua. B. Si negatio preponatur toti. uel ſaltem ipſi notæ. negatiua eſt. Vt non ſi ſol eſt. Dies eſt. Vel dies eſt non ſi ſol eſt. Sed prior modus loquendi conſuetior eſt. P. Illa negatio quid negat. B. Varie ad hoc dicunt Authores. Alii negant ipſum non ibi eſſe aduerbium. ex quo non ſtat iuxta uerbum neq; innititur uerbo. Sed ipſo non. cum nota conditionis. circumloquimur talem aduerſatiuam. Quamuis ſol ſit ſuper terram. non tamen eſt dies. Sed hi incidunt in id quod uitare cupiunt. Illa. n. aduerſatiua talem ſenſum reddit. Non ſequitur ſi ſol eſt ſuper terram dies eſt. Et ita ibi erit uerbum cui negatio innititur. Alii aiunt naturam negationis eſſe. poſſe deſtruere. non modo uerbum ſed etiam quamcunq; coniunctionem. Et quecunq; unita ſeu coniuncta diſſoluere. Enimuero hæc ratio quamuis in propoſito aliquid apparentiæ habeat. tamen pro æquipollentiis & modalibus & terminis infinitis nil ualet. nilq; iuuat. In illis quippe nulla coniunctio eſt. P. Non paruus quoq; error eſt aliquid fateri aduerbium. Cui diffinitio aduerbii non com

petat quae dicit aduerbium ſemper innititur uerbo. B. Nobis uidetur in omnibus illis ſupplendum eſſe uerbum & ſubintelligendum. Vt non homo .i. aliquid quod non eſt homo. Non eſt omnis .i. non eſt uerum: ut omnis homo currat: Similiter non poſſibile. Nõ neceſſarium. Videlicet eſt. Similiter hic non ſequitur Si ſol eſt ſuper terram dies eſt. Aut ſic Nõ eſt uerum ut poſito illo ponatur hoc: P. Qui uolunt hyppotheticam non habere proprium uerbum incidunt in errorem quia negationem negabunt aduerbium eſſe aut aduerbium non ſemper inniti uerbo: Quorum utrumq; eſt impoſſibile: Sed quomodo Cathegorica differt ab hyppothetica, hoc eſſet uidendum: B. Non differt hyppothetica a Cathegorica per hoc ꝙ non habeat unum uerbum ſubintellectum, ſed per hoc quia plures cathegoricas coniungit: Dicendo quippe Si ſol eſt ſuper terram dies eſt. Senſus eius talis, Si ponatur haec, Sol eſt ſuper terram, Ponitur & illa Dies eſt. Et hoc eſt eſſe hyppotheticam. Negatiue nõ ſi ponitur haec: Sol eſt ſuper terram ponitur & illa Dies eſt.

De ueritate cõditionalis. Et ꝙ nota ſi nõ ſemper facit cõditionalẽ. C. XVIII.

P. De ueritate & falſitate quid. B.

Conditionalis eſt uera ſi poſito uno etiam per impoſſibile, neceſſario ponendum ſit reliquum. Vt ſi homo eſt bos: Homo eſt mugilis: Falſa tunc eſt quãdo poſito uno poteſt non poni alterum: P. Ergo aliqua conditionalis eſt uera cuius quaelibet pars eſt impoſſibilis: Vt patet in exemplo: Si homo eſt bos, Homo eſt mugilis: Et aliqua falſa cuius quaelibet pars eſt neceſſaria. Vt ſi homo eſt ſubſtantia: Homo eſt animal: B. Recte. P. Quae neceſſaria quaeue impoſſibilis: B. Omnis conditionalis uera eſt neceſſaria. Omnis falſa eſt impoſſibilis. Nulla eſt cõtingens. P. Quid de ueritate negatiuae. B. Veritas negatiuae per affirmatiuam cognoſcitur. P. Quo ſunt uerae eiuſmodi conditionales quae ſic enũciant. Niſi fueris. A. nõ eris. B. B. Verae ſunt tunc, quando remouẽdo cauſam praeciſam remouemus & effectum, Secus ſunt falſae. P. An illa nota ſi ſemper faciat conditionalem: B. Haec nota ſi non ſemper facit enunciationem conditionalem, ſed interdum abnegatiuam. Quae aliquid fieri oſtendit niſi aliquo impedimento impediatur. Vt darem operam: Litteris ſi libros haberemus. Interdum adiunctiuam, quae adiungitur uerbis ſubiunctiuis propriae cum dubitatione. Vt ſi ueneris faciam. Et ſi me fata meis paterentur ducere uitam auſpiciis: Interdũ diminutiuam. Vt ſi non potes quod uelis, Id uelis quod poſſis: P. Dicunt conditionalem nil ponere in eſſe: B. Conditionalis nihil ponit in eſſe quia non affirmat ſolem eſſe ſuper terram, neq; diem eſſe. Grãmatici hoc ſenſiſſe uidentur, Quando dicunt, Continuatiua eſt quae demonſtrat ordinem rerum in conſequentia cũ dubitatione: P. Ergo nos conditionalẽ dicimus, quã illi continuatiuam uel etiam ſubcontinuatiuam appellant. B. Ita quidẽ, Sed aduerte ꝙ quotiens nota Si coniungit terminos dr̃ cathegorica de ſubiecto uel praedicato conditionato. Vt ſi Plato ſtertit dormit: Et Plato eſt riſibilis ſi rationalis: P. De conditionali accepi dicito iam aliquid de copulatiua.

## DE COPVLATIVA.B. Cap.XIX.

COpulatiua eſt hyppothetica ex pluribus enũciationibus nota copulatiõis cõnexis conſtans, Vt Deus eſt fortis, & Deus eſt optimus : P. Quæ affirmatiua, queue negatiua : B. Affirmatiua eſt in qua negatio non cadit ſuper notam Vt Cato non currit, & Cato non dormit. Negatiua eſt in qua negatur nota, & uerbũ ſubintellectum, & ponitur elegantius in principio, Vt non tu es homo, & tu es lapis. Et eſt ſenſus, Hæ duæ cathegoricæ, non ſtant ſimul, Tu es homo, Et tu es lapis, Talẽ complexionem uocamus hyppotheticam & non cathegoricam : P. Non eſt certo intelligibile Vt negetur non uerbum, & ut detur enunciatio ſine uerbo ſuo. Omnis autẽ hyppothetica eſt enunciatio : B. Iccirco uerbum ponimus formalem notam cuiuſuis enunciationis, tam cathegoricæ q̃ hyppotheticæ. Neq; eſt oratio perfecta ſine uerbo ſuo : P. Quid requiritur ad alias eius qualitates : B. Ad ueritatem copulatiuæ requiritur ut omnes partes eius ſint ueræ : Ad falſitatem ſat eſt unam partem eſſe falſam. Falſum .n. connecti ſeu copulari uero non poteſt : Ad poſſibilitatem requiritur omnes partes eſſe poſſibiles, & nullam alteri incompoſſibilem. Vt Tu es Alexandriæ, Et tu es albus : Ad impoſſibilitatem requiritur ut uel una pars eius ſit impoſſibilis, uel una alteri incompoſſibilis, Vt homo eſt animal, & homo eſt mugilis. Tu es, Et tu non es : Ad neceſſitatem copulatiuæ requirit Vt omnes partes eius ſint neceſſariæ, Vt Deus eſt immenſus, Et homo eſt animal : Ad contingentiam, requiritur ut una ſit contingens, Altera nec impoſſibilis, nec incompoſſibilis. Vt homo currit, & leo rugit : P. Sufficit ut partes principaliores ſint ueræ, Vt ſi homo ẽ equus, Homo eſt hinnibilis, Et ſi leo uolat : leo habet alas. Vtraq; conditionalis eſt uera ex cathegoricis falſis : B. Recte. Et aduerte q ſi termini copulentur, uocabitur cathegorica de ſubiecto, aut predicato copulato, Vt Petrus & Iulius incedunt. Et pontifex noſter eſt fortis & potens : Eſt quoq; copulatum coniunctim, uel copulatim tentum, Vt Callias & Plato ſunt duo, uel trahunt nauem. Et eſt copulatum diuiſim tentum, ſeu acceptum. Vt Plato & Callias eſt homo, ſeu currunt. P. Aliqui uocant terminos partes terminales, Et propoſitiones partes propoſitionales : B. Sic illi, Sed tu quanto minus poteris a latinitate declinare curabis : P. Nonnulli copulatiuam de numero hyppotheticarum excluſerunt. B. Pluſquam oportet ſapere uoluerunt : P. De diſiunctiua quid ſit noſſe cupio.

## DE DISIVNCTIVA.B. Cap.XX.

DIſiunctiua eſt hyppothetica ex pluribus enunciationibus nota coniunctionis conſtans : P. Cur diſiunctiua dicitur quum coniungat. B. Diuidit namq; ſenſum, Coniungit uerba, Hoc eſt (in re noſtra) plures enunciationes : P. De ueritate diſiunctiuæ : & falſitate contendunt uetuſtiores, & iuniores Ea propter Vt id oſtendas uellem : B. Vetuſtiores aiunt requiri

ſemper ut una pars ipſius ſit uera. Et ſi utraq; ſit uera, aut utraq; falſa, tota eſſet falſa. P. De poſſibilitate & neceſſitate, ac ipſis oppoſitis quid dicunt. B. Poſſibilis eſt cuius una pars poſſit eſſe uera ſine altera, Vt Cato eſt prudēs Vel Callias eſt iuſtus: Impoſſibilis eſt cuius una pars nequit eſſe uera ſine altera, Vt Lælius eſt homo. Vel Lelius eſt aīal: Neceſſaria eſt illa cuius una pars neceſſario eſt uera, Altera neceſſario falſa, Et hoc uel ex ſe, uel ex natura incōpoſſibilitatis: Exemplum prioris, Vt Iuſticia ē uirtus: Vel iuſtitia eſt uitium. Exemplum poſterioris, Vt tu es, uel tu non es: Contingens ē cuius una eſt contingenter uera, & ſtante illa ueritate, Altera ſit contingenter falſa, Vt Plato diſputat, uel ipſe currit: P. Non bene percipio iſta: B. Quia difficile eſt cognoſcere ſecundum hanc uiam, neceſſitatem, contingentiam, & impoſſibilitatem diſiunctiuarũ, iccirco appono regulas infraſcriptas. Prima eſt qui diſiungit, uel dicit eſſe diſiuncta in ueritate aut falſitate ea quæ ſunt in ueritate aut falſitate coniuncta, falſum dicit. Secunda qui dicit diſiuncta ea quæ ſunt contingenter coniuncta, dicit falſum contingens, & ſic oratio eſt falſa & cōtingens. Vt tu curris, uel tu es albus. Et tamen tu es caſu utrũq; Similiter tu ſedes, uel tu loqueris, poſito Vt neutrũ tibi inſit. Tertia qui dicit diſiuncta ea quæ neceſſario in ueritate aut falſitate ſunt coniuncta, dicit falſum impoſſibile. Et oratio erit falſa & impoſſibilis. Vt homo eſt animal, uel homo eſt ſubſtātia: Similiter homo eſt lignũ, uel homo eſt ferrũ. Quarta qui diſiungit diſiuncta, reſpectu ſubiecti Quia alterum ineſt ſubiecto, Alterum non, aut ergo diſiuncta contingenter, & erit oratio uera cōtingenter, Vt Callias currit, uel Callias loquitur: diſiungũtur contingēter quia poſſet currere ſimul & loqui, Aut diſiuncta neceſſario, & erit oratio uera & neceſſaria, Vt homo eſt animal, uel homo eſt inſenſilis. Siue diſiunctiua fuerit contingens ſiue neceſſaria: ſemper etiam poſſibilis erit: Quia omne contingens & neceſſarium, eſt poſſibile: Patet ex his quando diſiunctiua eſt uera contingenter & quando neceſſario: Similiter quando eſt falſa contingenter. Et quando eſt etiam impoſſibilis: Et hæc de diſiunctiua antiquorum: P. Quid dicunt Iuniores. B. Iuniores facile ſe expediunt, Aiunt. n. Ad ueritatem diſiunctiuæ requiritur, & ſufficit alteram partem eius eſſe ueram. Et ſi utraq; ſit uera, non minus erit uera. Ad falſitatem oportet utranq; partem eſſe falſam. Ad poſſibilitatem, alteram poſſibilem: Ad impoſſibilitatem, utranq; impoſſibilem: Ad neceſſitatem, ſat erit alteram eſſe neceſſariam. uel ꝙ partes mutuo contradicant, Vt tu es, uel tu non es: Ad contingentiam, oportet utranq; partem eſſe contingentem, & unam alteri non repugnantem: P. Quo pacto ſit negatiua: B. Negatiua ſit per negationis appoſitionem, Vt non homo eſt animal. Vel homo eſt ſubſtantia. Et eſt uera ſecundum uetuſtiores quia facit talem ſenſum: Non ſunt diſiunctæ illæ in ueritate, quia ambæ ſunt ueræ: Falſa uero eſt ſi illæ diſiunctæ ſint in re, Vt hæc, Non homo eſt animal, Vel homo eſt lapis: P. Iam noui ꝙ ſi terminos diſiungat erit cathegorica, de ſubiecto, uel prædicato diſiuncto. Vt homo eſt animal rationale, uel irrationale: Similiter Lucidus & Iulius dant operam litteris: Sed ſcire uellem Cur utraq; parte exiſtente uera diſiunctiua, non ſit uera.

Improbati

## Improbat opinionem Iuniorum excuſari & conciliari renuentium. B. Cap. XXI.

GRāmatici aiunt & Dialectici nō negant/ Diſiunctiuā idcirco dictā/ qa diſiungit ſenſum/ Et tamen eam eſſe ſpēm coniunctionis: Quia coniungit uerba/ Hoc eſt terminos uel enunciationes: Si ergo utraq; pars eius poſſit eſſe uera/ quo pacto diſiungit ſenſum? P. Ergo Iuniores errauerunt? B. In excuſationem & ipſorum cum antiquioribus conciliationem dicere poſſemus Eos diſiūgere ſenſum: Quia unā illarum eſſe ueram dicunt. De altera nil curātes qualis ſit. Vera uel falſa. Si. n. uera fuerit. Hoc accidet/ Satis eſt eis unam illarum ſine delectu eſſe ueram: Diſiungit ergo ſenſum/ quia unam determinate aſſerit ueram/ de altera nil curando. Et eo pacto ipſos excuſare/ & conciliare conati ſumus. P. Benigne facis eos excuſando: Enimuero ipſi diſiunctiuam eſſe omnino ueram/ Et perfectiorem etiam ſi utraq; pars ſit uera aſſerūt/ Quod et probare contendunt. Nam regula extat talis: Copulatiua/ Et diſiunctiua de partibus contradictoriis mutuo ſibi contradicunt. Vnde huic copulatiuæ/ Aliquis homo non eſt animal: Et aliquis homo non eſt ſubſtantia/ Contradicit hæc diſiunctiua/ Omnis homo eſt animal/ Vel omnis homo eſt ſubſtantia. Sed illa copulatiua eſt falſa & impoſſibilis. Ergo illa diſiunctiua uera & neceſſaria. Duorum. n. cōtradictoriorum ſi unum fuerit uerum & neceſſarium/ Alterum falſum & impoſſibile Et e conuerſo. Et ſic concludunt quod diſiunctiua illa non diuidit cathegoricas in ueritate. Et ita neq; ſenſum. B. Nobis autem uidetur utranq; illarum eſſe falſam/ Et copulatiuam/ Et diſiunctiuam/ Et ita illas non eſſe contradictorias: Regula uero dicens illas ſibi mutuo contradicere/ uera eſt. Sicut dicens ſummum bonum eſſe ſanitatem/ Contradicit dicenti ſummum bonum eſſe honorem. Illæ tamen non ſunt contradictoriæ/ Quia ſunt ambæ falſæ. Sic in propoſito. Copulans illas duas particulares negatiuas utranq; illarum aſſerit ueram: Diſiungens uero illas uniuerſales particularibus cōtradictorias/ Alteram dumtaxat aſſerit ueram. Et ita ex conſequenti/ particularem negatiuam ſibi correſpondentem/ dicit eſſe falſam: Illa ergo diſiunctiua quia infert unam partem copulatiuæ eſſe falſam/ Contradicit copulatiuæ: Perinde ac ſi unus diceret: Vterq; horum eſt albus. Vel diceret Neuter eſt niger/ oſtenſis duobus coruis. Et alius diceret/ Alter horū eſt albus/ Vel alter eſt niger. Contradicerent ſibi/ Neq; tamen ipſæ enunciationes eſſent contradictoriæ. P. Ex his ſequi uidetur/ copulatiuam & Diſiunctiuam/ habere tacite ꝓpria uerba. Dicēs. n. Homo eſt animal/ Et homo eſt riſibilis/ Dicit tacite/ Altera harum ſolū eſt uera. Non oportet igitur ut propter id quia habet uerbum/ nuncupetur cathegorica. Quia cathegorica non coniungit illo modo plures cathegoricas. Et ꝙ alteram partem dicat ueram/ Alteram falſam/ patet: Nam Diſiunctiua teſte Donato & Priſciano unam quidem rem dicit eſſe/ Alteram uero negat. Vt Dies eſt/ Vel nox eſt: Sed de regula illa Dialecticorum cupio iterum audire.

ILla regula, Copulatiua, & diſiunctiua de partibus contradictoriis, contradicunt, poſſet intelligi, quando utraq; eſſet de eiſdem partibus contradicentibus, Vt tu es, Et tu non es. Tu es, Vel tu non es. Vel ſic, Omnis hō nō eſt iuſtus, Et aliquis homo non eſt iuſtus. Omnis homo eſt iuſtus, Vel aliquis homo eſt iuſtus: P. Diſiunctiua negatiua, quid ad ſui ueritatem requirit: B. Iuniores aliqui ſibi pſis contradicunt, dicentes, q negatiua diſiunctiua ad ſui ueritatem requirit utramq; partem eſſe ueram, Nam tūc hæc erit uera, Non omnis homo eſt animal, Vel omnis homo eſt ſubſtantia: Et per conſequens ſua affirmatiua erit falſa, Quæ tamen diſiungit duas uniuerſales neceſſarias. Dicamus ergo ad ueritatem diſiunctiuæ negatiuæ requiri utramq; partem eſſe ueram uel, utramq; falſam: P. Probant & alio modo Iuniores opinionem ſuam: Aiunt.n. Ab una parte diſiunctiuæ ad totam, eſt bona conſequentia. Tunc arguam ſic. Tu ambulas, Igitur tu ambulas, uel tu moueris. Item Tu es homo, Igitur tu es homo, uel animal. Ergo conſequens eſt uerum. Igitur diſiunctiua uera, cuius utraq; pars uera: B. Dicimus a parte diſiunctiuæ ueræ fieri conſequentiā ad totā diſiunctiuā uerā, Sed non ad totā diſiunctiuā falſam, Et ſic rñdebunt antiquiores, Vel potius illam regulam negabunt, Nam ab illis intētū ē q diſiunctiuam putauerunt ueram utraq; parte exiſtente uera. Si autem teneamus excuſationem quam pro iunioribus attulimus, concedimus illam conſequentiam Quia ſequitur idem ad ſeipſum, De altera parte nil curando, ſi ſit uera, uel falſa. Sic.n. diſiunctiua illa non erit falſa. Nam dicendo, Tu es homo, Igitur Tu es homo uel animal, Senſus eſt: Ex eo quia es homo, Sequitur te eſſe hominem pro certo, De animali nil curando: Si hæc excuſatio pro illis ualet, accipiat. Si non ualet, negetur illa regula. P. An dictio, Vel, ſemper diſiungat. B. Interdum illa dictio, Vel, non diſiungit, Vt Ego tota die lego, uel ſcribo.i. nil aliud tota die facio niſi nunc legendo, nunc ſcribendo: Interdum ſtat pro ſaltem, Vt uel paululum aquæ accomoda: Interdum ſtat pro etiam. Vt uel oculum excludito: Interdum expoſitiue, Vt Paris ſeu Alexander iuit pro Helena. Et fluctus ſeu uox fluminum: Interdum pro nunc, Vt Remus expellit Remum, uel attrahit ipſum, nec quicq̄ aliud facit: Si quoq; a longe uideam hominem uenientem, & dubitem an ſit homo, & dicam homo eſt uel animal, Hoc eſt, Homo mihi uidetur eſſe. Licet non ſim certus. Tamen pro certo ex quo graditur, animal eſt: Si quoq; enumeres modos quibus aliquid fieri poſſit, non facit enunciationem diſiunctiuam, Vt ſiue quis agat cōtra charitatem, peccat mortaliter: Siue agat contra preceptum Dei peccat mortaliter: Senſus eſt, Quocunq; illorum modorum peccaueris, mortaliter peccabis: P. Diſiunctiua & Copulatiua uidentur eſſe ſicut Copulatiua & eius negatiua: B. Negatiua Copulatiuæ, & diſiunctiua factæ ex eiſdem partibus differunt, Quia negatiua ſolum negat illas coniungi in ueritate, Diſiunctiua addit unam aſſerens ueram, alterā falſam: P. De arte diuidendi iam aliquid aſſerendum. Et primo quid ſit diuiſio.

## Conſideratio de Arte diuidendi quæ ad ſecundam & tertiam Dialecticæ partem iungit hic in medio ponitur. De diffinitione ipſius & multiplici diuiſione & regulis diuidendi. B. Cap. XXIII.

Diuiſio eſt modus intelligendi ea quæ uel ex ſui natura, uel ſolamente in plura diſtingui poſſunt: P. Quot ipſius ſunt genera: B. Omnes diuiſionũ ſpecies ſecundum uarietatem ſolent reduci in duo genera. Omnis. n. diuiſio eſt ſubſtantialis, ſeu per ſe. Aut accidentalis, ſeu per accidens. Deinde diuiſio per ſe (ne tradendo a Xenophonte diuidendi ſpeciem totius in ea) bimembri diuiſione utemur. Alia totius in partes, Alia uocis in ſignificationes, ſeu ſignificata. Item diuiſio totius in partes, Alia totius uniuerſalis in partes ſubiectiuas, Alia totius compoſiti in partes componentes: P. Proſequere: B. Diuiſio totius compoſiti in partes componẽtes, Alia in partes eſſentiales, Alia in partes integrales: Diuiſio denique in partes eſſentiales: Alia in partes eſſentiales phiſicas Vt materiam & formam, Alia in partes eſſentiales metaphiſicas, Vt Genus & differentiam: P. Diuidenda eſt diuiſio per accidens: B. Diuiſio per accidẽs, Alia ſubiecti in accidentia, Vt animaliũ, Alia alba, Alia nigra, uel medio colore affecta, Alia accidentis in ſubiecta, uel in accidentia. Exemplum prioris. Alborum alia ſenſibilia, Alia inſenſibilia: Exemplũ poſterioris. Alborũ, Alia dulcia, Alia amara, uel acida: P. Quæ diuiſio eſt totius: B. Diuiſio totius in partes ſubiectiuas, eſt diuiſio ſuperioris in inferiora. Verum quia de ſingularibus non quæritur ſcientia, ut talia ſunt de diuiſione ſpeciei ſpecialiſſimæ nõ fit ſermo apud Phyloſophos: Et quia ens aliqui nõ putant eſſe uniuocum prætermittunt diuiſionem eius. Quæ tamen eſt per ens finitum, & infinitum, potius quam per quantum & nõ quantum. De quo alias: Et entis finiti in ſubſtãtiam Et accidens, ſeu in decem predicamenta. Prætermittitur ergo communiter diuiſio aliorum ſuperiorum & ſolum agitur in diuiſione generis: P. Da regulas. B. Prima regula Genus proprie diuiditur in ſpecies, non autem in differentias, quia reſpectu ſpecierum eſt totum uniuerſale non autem reſpectu differentiarum: Et quia genus predicatur in quid de ſpeciebus, non autem de differentiis (niſi per differentias in concreto ſumptas intelligeremus earum ſpecies) Vt per rationale, hominem, Et p irrationale, brutum: P. Porphirius diuidit genera per differentias. B. Hoc eſt oſtendit genera per differentias deſcẽdere in ſpẽs, & ipſa genera cum drĩis tamq̃ formi uel modis ſuperadditis cõſtituere ſpẽs. Secũda regula: Quæ diuidũt genus, & p q̃ diuidit genus, nõ dñt opponi ſolũ cõtradictorie uel priuatiue. Sed utrũq; extremũ ſit poſitiuũ oportet: Niſi penuria uocabulorum compulerit. Quare irrationale, debet accipi p aliquo poſitiuo, ſicut & iniuſtitia, & imprudẽtia. Tertia regula: Si diuidere genus p affirmationem, & negationem, aut p priuationẽ & habitũ oporteret. Affirmatio, uel habitus, primo loco ponat. Nã & priora ſunt, & ſine illis oppoſita eorũ itelligi nõ pñt. Negat. n. q nõ affirmat nemo. Quarta regula: Diuiſio generis, ñ fiat p oppoſita relatiue, niſi forſan fuerit p p̃dicamẽto relationis: Et tũc relatiua opponent̃ cõtrariæ. Quinta regula: Diuiſio generis fiat p oppoſita cõtrarie, hoc ẽ p duo poſitiua diſpata, q̃ aliquõ pñt dici cõtraria, Vt hõ, Et brutũ.

Sexta regula. Idem genus multiphariam diuidi pōt. Vt animal, Aliquod homo, Ali
quod brutū, Aliquod ratiōale, Aliquod irrationale. Aliquod itē greſſile, Aliquod uo
latile, ſeu aquatile. Septima regula: Vna queq; diuiſio generis, ī ſeipſā ſīr cōuerti debet,
ſi ſufficiens ſit, Secus non euacuaret totum diuiſum, niſi membra diuidentia conuer
terentur cum diuiſo.

## Declarat diuiſionem totius compoſiti diſtinguendo de toto.

## P. Totum compoſitū quomodo diuiditur. B. Cap. XXIIII.

DIuiſio totius compoſiti recte fit, ſi diuidatur in partes ipſum componentes:
P. De quo toto intelligis. B. Non loquimur hic de toto quantitatiuo con
tinuo, aut diſcreto. Illa. n. diuiduntur diuiſione reali, Vt linea in ſuas partes
Et numerus tam in partes aliquotas, ꝗ nō aliquotas: P. Totum integra
le diuidi debet in partes integrales. B. Sic, ſed partes integrales aliquæ ſunt principa
les, quæ competunt neceſſario toti, Ita ꝙ ſine illis eſſe non poſſit, Vt Cor, Et epar, Et
cerebrum homini: Paries, Tectum, Et pauimentum domui: Aliquæ uero ſunt ad be
ne & melius eē, Vt Naſus, Auris, Et digitus homini: Et claui, ſeu ligna aut lateres do
mui. Dicimus itaq; ꝙ diuiſio debet fieri in partes, & per partes principales: & non alias:
P. Quid de toto eſſentiali: B. Totum eſſentiale phiſicum, diuiditur in materiam, &
formam, Seu in corpus, & animam: Totum eſſentiale metaphiſicum diuiditur in ge
nus & differentiam, Vt homo in animal, & rationale: P. Quomodo fit diuiſio uocis
plura ſignificātis: B. Diuiſio uocis in ſignificata ſic fit. Canis, Alius latrabilis, Alius ma
rinus, Alius cœleſtis: Et radius, Alius ſolis, Alius rotaꝝ, Alius Philoſophorū: uel ſic
Hæc uox canis, ſignificat Interdum animal latrabile, Interdum piſcem quēdam. Inter
dum ſtellam rabidam. Similiter hæc oratio litus aratur Interdum ſignificat extrema
fluminis arari, Interdū operam amitti: P. Diuidi ſolet uox nō ſolū in ſignificata. Sed
etiam in ſignificationes: B. Diuiſio uocis in ſignificationes fit hoc modo. Infinitū alio
modo eſt in magnitudine, quia ipſa eſt diminuibilis in infinitum. Aliomodo in multi
tudine: quia ipſa eſt augmentabilis in infinitum: Similiter aliomodo ſanum eſt in uri
na, Aliomodo in dieta, Aliomodo in potione, Aliomodo in animali: P. De diuiſione
ſubiecti in accidentia, uel accidentis in ſubiecta, ſeu accidentis in accidentia: Exempla
ſunt allata ſuperius. Nec plura de illis. Sed iam diuiſionis conditiones inquiro.

## Comunes diuiſionum & ꝓprias conditiones oſtendit. B. Cap. XXV.

OMnis diuiſio & hæc ſit regula prima comunis, debet fieri per membra oppo
ſita, Hoc eſt non ſe neceſſario cōſequentia, aut includentia: Sicut ſe conſequū
tur ſuperius, & inferius, aut duo cōuertibilia: B. Omnis quoq; diuiſio: Et ſit
regula ſecūda, debet eē bimēbris, uel reduci ad illā, Excepta uoce æquiuoca, quæ in oīa

ſignificata eſt diuidenda : P. Da & tertiam regulam comunem : B. Omnis diuiſionis bonæ membra diuidẽtia debent euacuare totum diuiſum. P. Da regulas ſpeciales. B. Totum compoſitum eſt poſterius ſuis partibus / & habet ſe reſpectu illarũ ut forma: Totum uniuerſale eſt plus ſpeciebus & reſpectu differentiarum ſe habet ut materia: Diuiſioni totius ait correſpondet aliquid ex natura rei: Diuiſioni uocis correſpondet ſolum beneplacitum authorum: Tota componuntur aliquomodo ex membris diuidẽtibus / conſtat de aliis totis a genere. Sed & ipſum genus / ut totum / eſt uniuerſale / aliquomodo componitur ex ſpeciebus: Voces autem ex ſuis ſignificatis componũtur minime: Adempta parte principali / totum adimitur / Non aũt uox dempta ſignificatione uel ſignificato: Nunq̃ diuiſum per ſe / fit diuidens ſe diuidentis / niſi in diuerſo genere diuiſionum. Nam homo diuidit animal tãq̃ pars ſubiectiua / Et animal diuidit hominẽ tamq̃ pars eſſentialis: Diuiſum per accidens poteſt diuidere ſe diuidens in eodem genere diuiſionis / Nam album aliquod eſt dulce / aliquod amarum. Et dulcium aliquod eſt album / aliquod nigrum / aliquod medio colore coloratum. Et utrobiq; erit diuiſio accidentis in accidentia: Hæc breuibus perſtrinximus de arte diuidendi.

De arte diffiniendi / & primo quid ſit diffinitio / & de uariis modis eius:
P. De arte diffiniendi reſtat dicendum. B. Cap. XXVI.

DIffinitio eſt oratio longa / hoc eſt quid / & quale eſſentiale exprimẽs alicuius rei: P. Ex quibus conſtat: B. Omnis diffinitio ex genere proximo cõſtat atq; differentia ſuperaddita / ſi eis ſint nomina: P. Nonne fieri poteſt per genus remotum: B. Quandoq; diffinitio datur per genus remotum cum additione differẽtiaꝝ multarum / Vt homo eſt ſubſtantia / corporea / animata / ſenſilis / & rationalis: P. Quid deſcriptio ſit / indicare uelis: B. Si poſito genere / ꝓprium loco differentiæ poſuerimus / uocari ſolet deſcriptio Et eſt poene diffinitio Eo q̃ differẽtiæ / uel latent / uel non ſunt nominatæ: P. Aliqui diffiniunt hominem per animal bipes B. Si dixerimus homo eſt animal bipes / nomine bipedis intelligendo differentiam ultimam / locum diffinitionis teneret: Si tamen ſic dixerimus / Homo eſt animal bipes / ſine plumis / habens latas ungues / Talis oratio ſolet dici notificatio / ſeu declaratio rei per aggregationem multorum accidentium. Quare Platoni (Vt aiunt) dicenti / Homo eſt animal bipes / Quidam attulit anſerem ſeu gallum gallinaceum dicens / Ecce homo / Addidit ex tẽplo / Sine plumis: Quibus euulſis / ſubiunxit Habens Latas ungues / Et ſic ille conticuit: P. Ponitur a nonnullis diffinitio quietatiua / & per additamẽta: B. Si dixerimus / ſimum eſt naſus curuus / Tũc ſubiectum loco generis ponimus. Nam accidentia eiuſmodi / per ſubiectum diffiniuntur Et ſolet dici diffinitio per additamẽta / ſeu quietatiua ſed nõ quiditatiua: P. Da regulas circa diffinitiones obſeruandas: B. Prima regula: Genus primũ / deinde dr̃ia ponenda eſt. Nam & prius & comunius. Secũda regula: Diffinitio ẽ ꝑor & notior nã diffinito. Tertia regula: Diffinitio nõ fiat ꝑ terminos æquocos / nec extraneos / nec metaphoricos / nec ignotos / ſeu obſcuriores.

Quarta regula. Diffinitio & deſcriptio, & notificatio cum diffinito, deſcripto & notificato, cõuertant̃ opus eſt, Quãuis ut plurimũ quelibet pars in plus ſe habeat. Quinta regula. Diffinitio competit omnibus quibus & diffinitũ, Et econuerſo. Nam de quibus dicit̃ homo, & animal rationale, Et de quibus animal rationale, Et homo. Sexta regula. Nihil ſuperflue aut diminute in diffinitionibus eſt ponendum. Septima regula. Diffinitiones & ſpecies diffinibiles, dicũtur ſicut numeri. Nam in diffinitionibus ſpecierum, preſertim ſubalternarum, inferior ſemper addit differentiam aliam, quaſi unitatem quandam. Octaua regula. In additionibus differentiarum, non pceditur in infinitũ, Dandum eſt.n. primum genus Et ultima differẽtia. Nona regula. Nunq̃ duæ diffinitiones ſunt æquæ perfectæ, Sed ſemper una eſt dignior alia. Et ſic etiam ſe habẽt ſicut numeri. Decima regula. Diffinitio interdum clarior eſt, ſi loco generis ponatur diffinitio ipſius generis. Sicut congruentius quinq; uniuerſalia diffiniuntur per predicari de pluribus, q̃ p uniuerſale. Vndecima regula. Diffinitio circũſcribit diffinitum a quocũq; alio ab ipſo. Duodecima regula. Diffinitio illud cuius, eſt reddit diſtincte notum.

P. Quæ ſint diffinibilia, & per quæ, & qũo, ut ueſtigares cuperẽ. B. Cap. XXVII.

EX quo omnis diffinitio, ex genere preſertim proximo conſtat & differentia, ſequitur nil poſſe diffiniri per ſuum inferius: Nec idem per ſeipſum omnino, aut per ſynonimum, Et q; omne diffinitum eſt ſpecies: P. An generaliſſima fundamẽtaliter & p denominato ſumpta diffiniri ualeãt, Vt Subſtãtia & Qualitas a pleriſq; ambigitur: B. Si ens ſit uniuocum & cõtrahatur per differentias, illa etiam diffiniri poterunt. Et tunc ens ponetur loco generis. Et generaliſſima ſe habebunt per modum ſpeciei: Si autem ens non ſit uniuocum, uel ſi dato q; ſit uniuocum, non haberet conceptum ex parte rei, ſed ſolum in mente, Generaliſſima non proprie poſſent diffiniri niſi prout nominaliſtæ definiunt: P. Quid de indiuiduo. B. Si indiuiduum pro denominato diffiniret̃ poſſet autem forſan ſi aliq̃d eẽntiale ſibi ſoli adderet, Et tũc ẽes eẽt quaſi genus, Et indiuiduum quaſi Species, Sed de indiuiduis, ut indiuidua ſunt non curat Philoſophia: Quicquid poteſt reſolui in quid, & quale eſſentiale, ac etiam conuertibile, poteſt diffiniri ſeu deſcribi. Et ſolum illud: Species accidentium ex quo in quid, & in quale reſolui poſſunt, diffinibiles utiq; erunt. Species predicamenti ſubſtantiæ ſolæ diffiniri dicuntur eo modo quo ſubſtantia ſola Ens dici ſolet per anthonomaſiam: Nam omnia alia & profluunt & ſuſtentantur ab ea, Accidẽtia comparatiue hoc eſt ad ſubſtantiam comparata, non ſunt entia, nec diffinibilia. Tamen abſolute ſunt entia, & diffinibilia: Ex eo tamen quia comparatiue, non dicuntur talia, Interdum ſecundum quid reputantur talia: Sed tale ſecundum quid, accipitur in proprie, nõ proprie Sicut ſi diceremus ſubſtantiam creatam comparando eam ad Deum, non eſſe aliquid, ſed eſſe ſecundũ quid, Quom tamen ipſa ſit ens ſimpliciter Quia Intelligẽtia Et Coelum, ſunt abſolute entia, & ſecundum quid hoc eſt ſolum prout ſic comparantur non ſunt entia Illud ergo ſecundum quid eſt tale ſecundum quid, & non abſolute ſe

cundum quid: Relatiua quatuor Immo quinqꝫ modis diffiniri poſſunt. Vno modo ueluti & alia accidentia per ſubiectum in quo ſunt/ Ponẽdo ſubiectum/ ſeu ſubſtantiã/ loco generis/ Vt Magiſter eſt homo docens alios. Secundo modo per fundamentum Vt magiſter eſt qui doctrina ſua docet alios. Doctrina eſt fundamentum magiſterii. Ideo ubi non eſt doctrina/ nec magiſterium eſſe poteſt. Tertio modo per correlatiuum tanq̃ per illud ſine quo diffiniri non poteſt/ uel tanq̃ per illud per quod circũloquimur ipſius relatiui terminum/ Vt Magiſter eſt qui habet diſcipulum/ Hodie tamen & ſine doctrina/ & ſine diſcipulo/ fiunt miraculoſe Magiſtri: Poſſet ergo poni terminus in diffinitione/ Sic/ Magiſter eſt a quo addiſcunt alii: Addiſcere/ ſeu diſciplinã habere/ eſt fundamentum diſcipulatus: Qui ergo non addiſcit/ uel diſciplinam non habet/ non eſt diſcipulus: Quarto modo uel potius quinto/ Relatiuum poteſt diffiniri per genus & differentiã/ Vt Magiſter eſt relatiuũ principalius ſeu ſuperpoſitionis. A. relatũ ad diſcipulũ correlatiuũ ſuppoſitionis. B. Per. A. Vero intelligimus differentiam/ ꝑ quã Magiſter diſtinguitur ab aliis relatiuis ſuperpoſitionis.

P. Veſtigetur rerum diffinitio. B. Cap. XXVIII.

Diffinitio alicuius rei ueſtigari põt hoc pacto: Quod diffinire cupis/ illud rẽ aliquam eſſe preſupponis. Vtere arte diuidendi. Nam res illa aut eſt ficta & ſolum opinabilis/ dicta a reor reris. Aut uera & rata/ & uerũ ens. Deinde/ An ſit ens infinitũ. Vel finitum. Et ſi finitum/ An ſit ſubſtantia/ uel accidens. Si accidens/ An abſolutũ uel reſpectiuum/ Si abſolutum/ An profluens a materia uel a forma. Si reſpectiuũ an intrinſecus aduenięs Vt relatio/ an extrinſecus: Si extrinſecus Aut a re artificiali ꝓprie Vt habitus/ Aut naturali: Si a naturali Aut potẽtia/ Aut mẽſura: Si potẽtia/ Aut trãſmutatiua Vt actio/ Aut trãſmutabili Vt Paſſio: Si a mẽſura/ Aut ſucceſſiua Vt Qñ/ Aut ꝑmanẽte: Si ꝑmanẽte/ Aut rõne totius Vt Vbi aut ratione partium. Vt Poſitio. Et hoc modo colligit̃ numerus predicamentorum/ Deinde/ ſi ſubſtantia. Aut corporea/ Aut incorporea/ Et ꝓcede quouſqꝫ genus ꝓximũ inueneris/ Qđ cum dr̃ia ſuperaddita conuertat̃ cũ illo. Et ſic lepuſculum capies: cuius gratia uenatũ iueras. Venatio hæc procedit uia compoſitionis & diuiſionis/ non autem uia illationis. Nam ſi dixero/ Omne animal aut ẽ rationale/ aut irrationale. Sed omnis homo ẽ aĩal/ Igit̃ omnis homo eſt aĩal rationale uel irrationale: Ecce uides ꝙ nõ infert alteram partem determinate: Si ẽt ſic argumẽtabor. Omnis homo eſt aĩal rõnale uel irrationale. Sed nullus homo eſt aĩal irrationale. Igit̃ eſt rationale. Ecce nũc cernis qđ aſſumit ꝓbandum. Tamen hæc poſterior illatio/ magis ad rem accedit. Vocat̃ autem ſyllogiſmus infirmus. Quia petit qđ eſt in principio. Valet tamen uia diuiſiua/ Vt diſcernamus antecedentia ad diffinitionem/ & conſequentia & extranea.

EXPLICIT SECVNDA PARS LOGICES.

# INCIPIT TERTIA PARS LOGICES.

## P. De tertia parte inſtat tempus dicendi. B. Cap. I:

TErtia animi operatio quom e quibuſdam tacite/uel expreſſe/aliquid
inferat / & illud ſic illatum conſequens appelletur / ab ipſo ſibi conſe
quentiæ nomē ſortita uidetur: Sed antiquiores idem pœne nomine
argumentationis intelligebant: Et quia uarius modus tractandi ab
his & illis traditur/Et utriſqꝫ etiam aliquid huic arti utile deeſt/utrūqꝫ
miſcēdo & ſupplēdo/& pleraqꝫ addēdo totū negotiū aſſeqꝫ enitemur:
P. Quid nomine argumenti accipis: B. Argumentum eſt apud Philoſophos (non
fabula compoſita ad actum ſcænicum: Nec thema aliquid breui exponens: Nec ma
teria quæuis deſtinata ad ſcribendum/Nec frequētatum/aut ſollicitum opus/Sed eſt/
ratio rei dubiæ/faciens fidem: P. Quid rationis uocabulo intelligitur: B. Ratio hic
nō diffinitionem/Aut eſſentiam comunem/Aut formam/Aut animæ potentiā/Aut
proportionem/Aut rationem aliquid declarantem & oſtendētem/Sed medium quo
ex antecedente conſequens inferimus) denotat. P. Res dubia quid. B. Res dubia eſt
enunciatio dubitabilis/uel potius ſub dubio propoſita. Et uocatur queſtio: P. Quan
do illi facimus fidem: B. Tunc facimus rei dubiæ/ſeu quæſtioni propoſitæ fidem/quum
eam talem eſſe ꝓbamus. Cuius probationis uirtus in medio illo de quo poſterius agetur
conſiſtit: P. An omne argumentum faciat fidem: B. Quia ſæpius facimus diſcurſus
ꝑ quos nil ꝓbamus. non ſemper argumētum facit fidē/Sic ergo latius diffiniatur: Argu
mētū eſt rō quo extrema cōiungi ſeu uniri dicuntur: P. Quid ē argumētatio. B. Argu
mētatio ē argumēti ꝑ orōnē explicatio. Vel ſic. Argumētatio ē uirtute argumēti illatio
alicuius ex aliqbus: P. Quot ſunt argumētationis ſpecies. B. Argumētationis quat
tuor ſpecies ponuntur. Exemplum Enthimema/Inductio/& Syllogiſmus: P. Quid
eſt exemplum: B. Exemplum (Vt nomen oſtendit) eſt progreſſus ab aliquibus exē
plis ad concludendum aliquid eſſe uel fore. Puta Tarquinus ſumpſit arma contra pa
triam & periit. Catelina ſimiliter. Igitur & hic qui nunc ſumit arma cōtra patriam peri
bit. Oratoribus accomodata ratiocinatio: P. Quid eſt inductio. B. Inductio eſt pro
greſſus a ſingularibus alicuius uniuerſalis ſufficienter enumeratis ad ipſam uniuerſalē.
Vt hic ignis calefacit / Et ille / Et ille / Et ſic de aliis: Igitur omnis ignis calefacit:
P. Quid eſt enthimema: B. Enthimema eſt progreſſus feſtinus ex uno expreſ
ſe / ex alio tacite inferens unum / Vt homo currit: Igitur homo mouetur. De quo
ſubtilius poſtmodum: P. An poſſet inferri aliquid ex uno dumtaxat: B. Ex uno
termino ſolo / aut ex una propoſitione dumtaxat / nihil infertur: P. Aliqui dicunt
ꝙ aggenerare fidem / eſt aggenerare opinionem. Quid tu preceptor ſentis: B. Si
omnis argumentatio habeat argumentum ſiue medium/& ipſa argumentatio diuida
tur in quatuor ſpecies/quarum una eſt ſyllogiſmus/& ſyllogiſmus contineat demon
ſtrationē/non recte dixerunt argumentum aggenerare ſolam opinionem ex eo ꝙ dici

tur facere fidem. Nam medium demonſtrationis facit fidem, hoc eſt certitudinem. P.
Nonnulli dicunt argumentum non competere ſyllogiſmo in communi: B. Quom ar
gumentatio ſit communis omni ſyllogiſmo non recte dixerunt argumentum, & diffini
tionem eius non competere ſyllogiſmo ſimpliciter, ſeu in communi Ex eo quia non cõ
petit ei, qui ſolum penit neceſſariam illationem, abſtrahentem ab omni probatione.
Iccirco nos argumētũ latius diffiniuimus. Vt hoc euitaremus: P. Boetius Ciceronẽ.
Petrus hyſpanus Boetium. Alii Petrum ipſum ſequentes multa pinguiminerua per
tranſeunt. Sed quomodo ſe habeat argumentatio ad iſta quattuor. Et quomodo illa
inter ſe differant audire cupio.

## De differentia & conditionibus dictarum argumentationum, & quomodo argumentatio ſe habet ad illa. B. Cap. II.

ARgumentatio put eſt intentio ſecũda, eſt genus ad illa quattuor. Quia
predicatur uniuoce, & inſquid de illis. Quamuis autem aliæ tres reducã
tur ad ſyllogiſmum, tamen non impeditur propter hoc argumentationis
uniuocatio. Sicut neq; ſyllogiſmi. Quãuis duæ figuræ poſteriores redu
cantur ad primã. Sed ſi argumentatio idẽ eēt qđ ſyllogiſmus nõ eſſet ipſius genus De quo
poſtmodum: P. Interdum hæc duo uocabula confunduntur, quia argumentationẽ
communiter hodie uocant argumentum. Sed quo pacto exemplum differt ab inductio
ne. B. Exẽplum ſemper particulariter Inductio uniuerſaliter concludit. P. An exem
plum infert neceſſario. B. Exemplum pleruq; non uidetur concludere neceſſario. Ta
men ſi ad ſyllogiſmum reducitur, oportet ut neceſſario inferat concluſionem. Omnis
n. ſyllogiſmus neceſſario infert. Ergo quo ex pluribus exemplum, pcedit efficatius pbatt
P. Quã recte cõcludit exẽplũ: B. Si p exẽplũ ex ſimilibus minamur aut pollicemur,
recte ratiocinamur. Si ex diſſimilibus nõ recte nõ ſi ex diſſimilibus minoribus maiora, &
leuioribus grauiora inferre ſtuderemus. Vt ſi propter furtũ quod nõ tam grandis cul
pæ eſt, ille & ille tãta paſſus eſt. Quid fiet Blaſphemis, Periuris, Homicidis, Et parici
dis. P. Quo pacto ſcientiam inductionem aſſumere omnia ſingularia. B. Quum
ſit inductio a ſingularibus ad uniuerſalem opus eſt, aut ferre inſtãtiam de aliquo ſingu
lari aut diſcurſum cõcedere. Secus proteruiæ culpa non concedens notabit: P. Quã
do quis neſciret ferre inſtantiam ſeu exceptionem, & tamen ferri poſſet, quid iuris: B.
Tunc diſcurſus non eſt bonus. Et tamen ex quo neſcit ille dare inſtantiam, conceden
dus eſt uel dubitandus. Alioquin proteruiret. P. Ego dicerem q quando arguitur in
his quæ naturaliter inſunt, tunc inductio omnium ſingularium conceditur uirtute hu
ius in animo latitantis. Natura in ſimilibus, ſimilia agit, & operatur, ſi non fuerit impe
dita: Quare ſi aliquod reubarbarum nõ purget rubeam bilim, nec forſan purgare poſ
ſit, prouenit ex aliquo impedimento. Semper tamen eſt purgatiuum: B. Scio a quo
iſtud accepiſti: A Scoto quidem illo ſublimi. Sed ſat nobis eſt illum diſcurſum, eẽ bo
num. Licet antecedens ſæpius ſit falſum, Sicut & hic, Omnis homo eſt iuſtus. Ergo

aliquis homo eſt iuſtus. Vel peccator eſt homo. Igitur peccator eſt iuſtus: Quia ſi ſic ponitur illud ſequitur neceſſario: P. An uniuerſalis cum omnibus ſingularibus conuertatur. B. Quamuis pleriq; dicant uniuerſalem non conuerti cum omnibus ſingularibus ſufficiẽter enumeratis. Nam hic color. & ille. & ſic de reliquis poteſt huic ſuperficiei ineſſe. Ergo omnis color poteſt illi ineſſe. Nõ ſequitur aiunt. Et multa huiuſmodi inducunt. Nobis tamen uidetur ꝙ recte intelligendo. hoc eſt ſi uniuerſalis cum ſingularibus uniformiter accipiatur ita ꝙ hæc uidelicet uniuerſalis & ille. uidelicet ſingulares ſtent pro eodem inſtanti. Vel ipſa & illæ pro pluribus. Et utrobiq; procedatur collectiue. Aut utrobiq; diuiſiue. Vniuerſalis conuertitur cum ſuis ſingularibus cõplete & uniformiter enumeratis: Si uniuerſalis non conuerteretur cum ſingularibus ob aliquod impedimentum tunc non eſt uniuerſalis talium ſingularium. licet. n. ab uniuerſali ad omnes ſingulares deſcendere. Igitur & ab illis ad illam aſcendere. Quia eadem uia eſt ab Athenis ad Thebas. Et econtra.

### De ſyllogiſmi diffinitione & partibus conſtitutiuis.

P. Quid eſt ſyllogiſmus. B. Cap. III.

SYllogiſmus ſiue ratiocinatiuum pars collectiuum. eſt oratio. Hoc eſt argumentatio. Vel ponit genus remotum. Vel ſi ſyllogiſmus & argumentatio ſint idem. tunc oratio erit genus. De his poſtea. In qua quibuſdã. Hoc eſt duabus premiſſis. Poſitis. Hoc eſt recte ordinatis Aut ut alii exponũt. Cõceſſis. Neceſſe ẽ ex his. i. horum uirtute & poſitione. Aliud. i. concluſionem quæ neutra eſt premiſſarum. Accidere ſeu euenire. Seu proprie ſequi uel inferri: P. Formetur ſyllogiſmus: B. Formatur ſic. Omne animal eſt ſenſile. Omnis homo eſt animal. Igit̃ omnis homo eſt ſenſibilis: P. Quæ nomina iſtarum enunciationum: B. Prima enunciatio nocatur maior ſiue. A. Secunda minor ſiue. B. Tertia concluſio: Duæ priores dicuntur propoſitiones. Tertiã etiam quandoq; uocant propoſitionem: Nõ quia tunc ſit. Sed quia & ipſa econuerſo poteſt eſſe premiſſa. & propoſitio: Illæ duæ ſolæ priores nuncupantur premiſſæ. Quandoq; prior illarum ſola nuncupatur propoſitio. Poſterior aſſumptũ ſiue aſſumptio. Et tã propoſitio q̃ aſſumptio dici ſolent quinq; interualla Quæ quoq; uario confunduntur uſu. Et utraq; premiſſa coniunctim dicit̃ antecedens: P. Video ꝙ in illis tribus enunciationibus non ſunt niſi tres termini ſiue tria extrema differẽtia quorum unumquodq; bis ponit̃: B. Illorum ſunt nomina. Medium. Maior extremitas: Et minor extremitas: Medium is terminus eſt q bis ante concluſionẽ ponitur. eamq; ſibi nunq̃ ingredi licet: Maior extremitas eſt ille terminus qui medio in maiore premiſſa iungitur: Minor extremitas eſt ille qui medio termino in minori premiſſa copulatur: P. Cur ille dicitur medium: B. Quia medii termini uirtute cõnectuntur extremitates. Quæcunq; n. uni & eidem ſunt eadem inter ſeſe quoq; ſunt eadem Vt ait Megarenſis: B. Amicus quidam aſſimilat hæc tria aquæ farinæ atq; manui illa miſcẽti. Iudicet id pogius. Sed cur dicitur maior extremitas: B. Non dicitur maior extrem

tas. B. Non dicitur maior extremitas quia uniuerſalior, & primo intellectui occurrens. Nam non ſemper forſan prius menti occurrit. De quo alias, ſed quia in maiori premiſſa ponitur. quæ ideo maior, quia aliquo modo concipitur ut prior & in concluſione directe illata ſemper eſt prædicatum, quod eſt maius & dignius (ut omnes aiunt) ſubiecto. P. Dicunt medium ex eo dictum: quia in medio ponit: B. Nec terminus medius. Sic nominatus eſt ex eo quia in medio ponitur. Ut conſtat in ſecunda & tertia figura. Nec q ſapiat naturam extremorum. Ut patet in premiſſa negatiua: Sed quia ipſo medio extrema cōnectuntur: P. Quod paſto tertia operatio diffinitur per ſecundam, dicēdo ſyllogiſmus eſt oratio: B. Syllogiſmum Ariſto. deffinit per λωγωσ, quod uocabulū plurima denotat. Sicut Ratio apud latinos. Et uidetur p λωγωσ accipere argumētationem, diſcurſum ſiue & nō orationem: Quia ſecunda operatio animi non eſt genus tertiæ. Eſt igitur ſyllogiſmus λωγωσ ſeu Ratio, hoc eſt cōplexio talis plurium orationū. Vel eſt ratio ſeu modus intelligendi talem orationū cōnexionem: P. Aliq addūt in diffinitione ſyllogiſmi. Et conceſſis Quod certo non oportebat: Quinque intelligitur dicendo Poſitis. Vel quia non requiritur ad rationem ſyllogiſmi in comuni: B. Recte. Falſum itaq eſt non eſſe ſyllogiſmum niſi poſita ab aliquo concedantur. Satis namq eſt ut poſita ſint: Nam in poſitione illorum poni ur uirtute concluſio etiam ſi nullus concederet. P. Quomodo diſcernuntur ſyllogiſmi inter ſe: B. Tales dicuntur ſyllogiſmi, quales fuerint, eorum concluſiones. Si cōcluſio Vniuerſalis, Aut particularis, Negatiua, Aut affirmatiua, Et ſyllogiſmus.

## De figuris ſyllogiſmorum

P. Quid eſt figura ſyllogiſmorum. B. Cap. IIII.

Figura eſt medii cum extremitatibus recta congruaq diſpoſitio. Vel dicito. Figura eſt modus intelligendi talem medii cum extremitatibus diſpoſitionē. Traſumptus a figura geometrica: P. Quot ſunt ſyllogiſmorum figuræ: B. Tot ſunt figure ſyllogiſmorum, quot modis medium poteſt cum extremitatibus uariari. Veluti tot dicuntur trianguli, quot modis tres lineas coniungere licebit: P. Quot modis hæc iungi poſſunt: B. Medium, Aut iungetur extremis difformiter, Aut uniformiter: Si difformiter, Aut in una premiſſa ſe habebit ut materia, ſiue ſubiectum In altera ut forma ſeu predicatum, Et illam dicimus primam & perfectam figuram, Si uniformiter, Aut utrobiq ſe habebit ſub ratione formæ ſeu predicati, Et erit ſecūda figura, Aut utrobiq ſub ratiōe materiæ ſeu ſubiecti Et erit tertia figura. Et quia nequit cōcipi alia uariatio ſeu coniunctio medii cum extremitatibus, tres duntaxat figuras affirmamus, Vnde ſic dici ſolet. Subicit, prædicatq prima, predicat ſolum ſecūda, Subicit duntaxat poſtrema: P. Difforme ponis prius q uniforme. B. Non ſemper uniforme eſt prius, aut perfectius: P. Quæ huius ratio: B: Cui naturaliter aliquid conuenit, illud ſibi & prius conuenire uidetur: Syllogiſmo autem tam q ex diuerſis conſtanti,

potius conuenit ſuapte natura difformitas / Veluti & toti uniuerſo cuius natura in rerũ uarietate conſiſtit. Quare prior eſt natura difformis: Quia quoq; medium in figura difformi / eſt ẽt ſitu medium. Quia inter extrema poſitum. Vt uidebit. Iccirco potior coniunctio medii potiorẽ figuram conficit: Accedit ad hæc / Quia figura difformis precellit alias uirtute inferẽdi: P. Iccirco Syllogiſmus difformis / eſt ſyllogiſmus perfectus nullius egẽs extra ſe ad hoc ut appareat in eo rectitudo diſcurſus & illationis neceſſitas. Alii omnes imperfecti. Iccirco & poſteriores / Hæc quoq; figura ſola perfecta / Quia in ea omne problematum genus Tam. A. q̃: E. Tam. I. q̃. O. Concluditur. Sed deſcribito figuras. B.

Cap. V.

PRimam figuram ex mente Ariſtotelis / ita deſcribendam cenſemus. Vt. C. ſit poſitione primus terminus. B. Vero ſit ſecundus / Et poſitione terminus medius. A. uero ſit poſitione poſtremus. Et hæc figura adaptetur ſuper Triangulum æquilaterum: Hoc modo.




Pe. Accipio per A Maiorem extremitatem: Per B Medium: Per C Minorẽ extremitatem. Beni. Licet in diuerſis figuris & modis Phyloſophus illas tres litteras uariet: Nos tamen pro euitanda confuſione & pro faciliori captu / illis tribus litteris omni in figura / omniq; in modo utemur. Pe. Accipio etiam / q; licet Minor prius pingatur & ponatur: In mẽte tamẽ Maior Priorem locum tenet. Enimuero Miror Cur Minorẽ

extremitatem

extremitatem primum terminum. Et maiore postremum. Contra communem oīum Dialecticorū opinionem posueris. Be. Sic teneo. Quia & philosophus sic tenet: Sic n. construxit que loquendo primo Priorum ipse ait. Alterum autem terminorum in toto altero esse. Et alterum predicari de omni altero idem est. Illa ergo breuiter unitur in toto esse. Et de omni predicari. Sed postremus est in toto medio. Quia predicatur de omnibus contentis sub medio. Et medium est in toto primo eadem ratione. Philosophus igitur hic non accipit. Vt communiter exponitur esse in toto. sicut est inferius in suo superiori. Sed potius sicut est superius in suo inferiori. Quia predicatur de quolibet contento sub inferiori. Prout ipsemet se declarat dicens. Esse in toto aliquo. Idem est quod de omni illo predicari. Hoc est de omni contento sub illo. Hoc etiam patet Nam posita Regula illa. Ponit exemplum: Si. n. A. de omni B. Et B. de omni. C. Necesse est p̄dicari. A. de omni. C. Vbi expresse postremum terminum uocat. A. Et primum. C. Pe. Illā regulam Quando postremus est in toto medio. ipsi sic construunt. Quando postremus hoc est. C. seu minor extremitas. est in toto medio Hoc est. Quādo C. est subiectum Et B. seu medium. predicatū. Quia secundum eos esse in toto alio. respicit subiectum: Dici autem de omni. respicit predicatum. Sed profecto decipiuntur Nam philosophus. esse in toto alio Et dici de omni. p eodem accipit. Vnde uniuersale dicimus qđ est unum in multis Et predicatur de multis Non tantum solum inferiora sunt in superioribus: Sed superiora in suis inferioribus. Neq; inferius est in toto superiori. Quia non complectitur illud. Superius autem complectit. Et est in toto inferiori. Sed p̄sequere.

## Cap. VI. B.

TRes in uno quoq; Syllogismo Terminorū coniunctiones accipiendo extensius. Quia et in Negatiua. ipsa extrema. cōiungi aliquomodo dicunt. Et illæ tres. tribus lineis designant: Protendatur igitur linea una ab A. ad B. in qua B. subiciatur. Et a predicetur: Secunda a. C. ad B. In qua C. subiciatur Et B. predicetur. Tertia a. C. ad A. In qua C. Iterum subiciatur: & A. predicetur: Tribus igit' lineis eo modo ordinatis indigemus. Et quia prima figura est perfecta. rationi consentaneum est. ut Triangulo perfecto. hoc est æquilatero describatur: Et prima linea sit super qua erigit' triangulus inter. C. & A. quæ conclusionem importat. dicētem Omne. C. est. A. Secunda inter. A. Et B: Tertia inter C. & B. Conclusio. dicit ita esse Maior Et minor rationem reddit. cur ita esse. Iccirco. n. Omne. C. est. A. Quia omne B. est A. Et omne C. est B. Et ponit Regulam Quandocumq;: A de omni B. Et B. de omni C. Et A. de omni C. dicet. P. Si primo loco A posuerimus Et postremo C. Vt Hebrei a dextra ad lævam, scriberemus Et lineas duas [illegible] & [illegible] Q in figura [illegible] non licebat [illegible] Q [illegible] terminorum ordinationes put philosophus [illegible] Errant preterea [illegible] tres terminos [illegible] A B C [illegible] lingua [illegible] Figuram [illegible] apud Græcos [illegible] Vnde etiam Argyropili descriptionibus. non est prestanda fides.

Sed iam de ſecunda & tertia dicendum. Be. Cap. VII.

SEcunda figura ēt tribus lineis obcludit̄ Q uæ admodū Iſocheliſ & ſecundi triāguli ꝯtendunt̄ Cuius duo latera ſolū ſunt æqualia Tertiū eſt inæquale utriq; O ē. n. uni æqualiū inæquale Et reliquis erit inæquale. Mediū ſeu B ponit̄ primo loco. A ſeu maior extremitas ſecundo loco & ꝓpinquiori medio: Nam ꝑ lineam inæqualem diſtant: Tertio loco C ſeu minor extremitas: Q uæ longius diſtabit a medio Et dicit ꝙ medium nō erit inter extremitates ſed extra eas: Per quæ oīa ipſe circūloquitur ſecundam figuram eſſe deſcribendam ſecundo triangulo Et medium diſtare ab A per lineam breuiorem A C autem per longiorem Pingatur ſic.




Tertiā uero oſt̄ deſcribēdā docet: Eſto mediū ultimū poſitione Maior extremitas longius diſtet Minor propius accedat Hoc eſt dictu. Pingat̄ figura tertia ſuper tertiā ſpeciē Trianguli Q uē Scalenon ſeu gradatū appellant Collocet̄ mediū loco ultimo A quo C diſtet ꝑ lineam breuiorem A uero ꝑ longiorem: Ex quo elicicmus tertiam figuram ſicut & Triangulum imperfectiorem eſſe ſecunda. Tamen inter quæcūq; ex tertia dandam eſſe lineam: Et nō eſſe collocandos terminos per lineam directam Sic A B C preut Argiropylus & nōnulli alias preſtantes uiri faciunt. Et licet forſan ēt alio modo hæ Figuræ pingi poſſent non tamē ita ſincere Neq; ſecundum Ariſtotelis præcepta. Pingatur igitur ſic.

C




## De modis figurarum.

Pe. Quid modus in propoſito. Be. Cap. VIII.

MOdus eſt premiſſarum ſyllogiſmi in quantitate & qualitate diſpoſitio. Vel ſic. Modus eſt intentio ſecunda. Seu modus intelligendi talē diſpoſitionē. Tranſlatus a modo uarietatem rerum ſignificāte. Quia uario modo fiunt ſyllogiſmi in qualibet figura. Pe. Quot modis uariatur ſyllogiſmus in prima figura. Be. Quatuor modis uariatur ſyllogiſmus in prima figura. Primus modus primæ figuræ eſt. A A A. ſeu Barbara. Secūdus. E A E. ſeu Celarent. Tertius. A I I. ſeu Darii. Quartus. E I O. ſeu Ferio. P. Quid his litteris notatur. Be. A. Denotat uniuerſalem affirmatiuam. Nam predicatum affirmatur de quolibet contento ſub ſubiecto. Seu dicitur de omni. Et eſt in toto ſubiecto. E. Vniuerſalem negatiuam. Nam predicatum negatur de quolibet contento ſub ſubiecto. Seu de nullo dicitur. Et a toto ſubiecto remouetur. I particularem affirmatiuam. O. particularem negatiuam. Vnde aiunt. Aſſerit A. negat E. Sed uniuerſaliter ambæ. Aſſerit I. negat O. Sed particulariter ambæ. Pe. Omnis concluſio aut eſt A. aut E. aut I. aut O. Poſſumus ergo in prima figura concludere omnem concluſionem. Sed quam per quam philoſophi regulam tenent hi modi. Be. Primus modus tenet per talem regulam prout ex philoſopho colligit. Quando poſtremus eſt in toto medio. Videlicet A in B. Et medium in toto primo. Hoc eſt B in C. Neceſſe eſt poſtremum eſſe in toto primo. Vt ſi oīs flos eſt pulcher. Et oīs Roſa eſt flos. Vt oīs Roſa ſit pulchra oportet. Et dr̄ regula in pdici de oī

Pe. Da & aliorum modorum regulas: Be. Secundus modus tenet per talem regulã: Quãdo poſtremus ĩ nullo medii eſt/ Vt ſi nullum B ſit A/ Et medium ſit in toto primo/ Vt omne C ſit B/ Neceſſe eſt poſtremum in nullo primi eẽ. Videlicet/ Nullũ C eſſe A/ Vt ſi nullus flos ſit turpis/ Et omnis roſa ſit flos. Nulla roſa erit turpis: Et dicitur regulari per dici de nullo. Tertius tenet tali regulã. Quando poſtremus eſt in toto medio/ Vt omne B eſt A/ Et medium in aliquo primi/ Vt aliquod C ſit B/ Poſtremũ erit neceſſario ĩ aliquo primi. Quia uidelicet aliquod C erit A/ Vt ſi omnis planeta ſit in proprio orbe Et uenus ſit planeta/ Oportet ut uenus ſit in proprio orbe: Pe. Eſſe in toto alio/ Et eſſe in aliquo illius/ idem reſpiciunt. Sed eſſe in aliquo reſpicit predicatum & non ſubiectum Vt etiam ipſi concedunt/ Medium. n. predicatur de primo. Et tamẽ dicitur eſſe in aliquo primi. Ergo quando dicitur eſſe in toto primi uel alterius/ intelligitur predicari de omni tali. Quod eſt contra illam opinionem. Sed da regulam quarti modi: Be. Quartus tenet tali regula. Quando poſtremus eſt in nullo medii/ Vt nullum B eſt A/ Et medium in aliquo primi eſt/ Vt aliquod C eſt B. Poſtremus quoq; ab aliquo primi remouebitur: Quia aliquod C non erit A/ Vt ſi nullum animal ſit lapis Et aliquod album ſit animal/ Aliquod album non erit lapis.

## De modis ſecundæ figuræ.

Pe. Dato modos ſecundæ figuræ: Be. Cap. VIIII.

Secunda figura & ipſa habet quattuor modos duntaxat/ Videlicet E A E/ ſeu Ceſare/ Et A E E/ ſeu Cameſtres/ Et E I O/ ſeu Feſtino/ Atq; A O O/ ſeu Baroco: Pe. Per quas regulas hi modi tenent: Be. Quando B remouetur a toto A/ & affirmatur de toto C/ neceſſe eſt A remoueri a toto C/ Vt ſi nullum obſcurum luceat/ Et omnis ſtella luceat/ Nulla ſtella erit obſcura. Secũdus modus tenet hac regula. Quando B eſt in toto A/ Et remouetur a toto C/ Ipſum quoq; A remouet a toto C/ Vt ſi omnis homo ſit ſenſibilis/ Et nullus lapis ſit ſenſibilis/ Nullus lapis erit homo. Tertius tenet hac regula. Quando B remouetur a toto A/ Et ipſum B ſit in aliquo C/ A quoq; remouebitur ab aliquo C/ Vt ſi nullum animal ſit lapis Et aliquod album/ ſit lapis: Igitur aliquod album non erit animal: Quartus modus tenet tali regula. Quando B eſt in toto A/ Et deinde remouetur ab aliquo C/ A quoq; neceſſe eſt ab aliquo C remoueri/ Vt ſi omne lilium ſit odorum. Et aliquis flos non ſit odorus/ Aliquis flos non eſt lilium.

## De Modis tertiæ figuræ.

Pe. Quot ſunt modi tertiæ figuræ: Be. Cap. X.

Tertia figura habet ſex modos: Videlicet A A I/ ſeu Darapti: E A O/ ſeu Felapton: I A I/ ſeu Diſamis: A I I/ ſeu Datiſi: O A O/ ſeu Bocardo: E I O/ ſeu Feriſon: Pe. Quibus regulis tenentur: Be. Regula primi eſt hæc: Quando

do A/ eſt in toto B/ Et C/ Similiter eſt in toto B/ Neceſſe eſt ut A/ ſit in aliquo C/ Vt ſi omne coelum ſit ſphericum/ Et omne coelum ſit mobile. Igitur aliquod mobile erit ſphericum. Regula ſecund. Quando A/ remouetur a toto B/ Et C/ Sit in toto B/ Oportet ut A/ remoueat̃ ab aliquo C/ Vt ſi nullum coelum ſit corruptibile/ Et oẽ coelum ſit ſphericum/ Oportet ut aliquod ſphericum non ſit corruptibile: Regula tertii. Quando A/ eſt ĩ aliquo B/ Et C. In omni B/ Neceſſe eſt Vt A/ ſit in aliquo C/ Nã ſi aliquod coelũ ſit mobile/ Et omne coelum ſit ſphericum/ Oportet ut aliquod ſphericũ ſit mobile. Regula quarti. Quando A/ eſt ĩ toto B/ Et C/ fuerit in aliquo B: Oportet ut A/ ſit in aliquo C/ Nam ſi omnis Lapis ſit durus Et aliquis lapis fuerit rubeus: Aliquod rubeum oportet ut ſit durum: Regula quinti/ Quando A/ remouetur ab aliquo B/ Et C/ Fuerit in toto B/ neceſſe eſt ut A/ remoueatur ab aliquo C/ Nã ſi aliquis Lapis eſt pretioſus/ Et omnis Lapis fuerit inanimis. Oportet aliquid inanime eſſe pretioſum. Regula ſexti modi. Quando A remouet̃ a toto B/ Et C/ fuerit in aliquo B/ neceſſe eſt ut A/ remoueatur ab aliquo C/ Nam ſi nullus lapis ſit animal. Et aliquis lapis fuerit pretioſus/ Oportet ut aliquod pretioſum non ſit animal. Pe. Philoſophus in ſecunda & tertia figura non utitur illis uocabulis Primum Et poſtremum. Be. Non inq̃. Dicit tamen primum terminum poſitione in ſecunda figura eſſe ipſum medium Et in tertia ipſum medium eſſe ultimum Quod nonnulli referunt ad dignitatem: Quia medium in ſecunda/ bis predicat̃ Et in tertia bis ſubicitur Præſtantius autẽ eſt predicari q̃ ſubici Ipſe tamen refert primitatem illam ad poſitionem/ non ad dignitatem/ Vt aliquet & nos iam declarauimus.

Oſtendit modos indirecte concludẽtes/ Et per ſequelam nõ eſſe aliis cõnumerandos. Pe. Quinq; alios modos in prima figura ponunt. Be. Cap. XI.

ADdiderunt nonnulli in prima figura quinq; modos/ Videlicet. A A I/ ſeu baralipton Et/ E A E/ ſeu celãtes: Et A I I/ ſeu dabitis. Necnõ/ A E O/ ſeu fapeſmo. Ac etiam I E O ſeu friſeſomorum. De his autem modis omnibus Carmina ſatis artificioſa extant.

Barbara/ Celarent/ Darii/ Ferio/ Baralipton.
Celantes/ Dabitis/ Fapeſmo/ Friſeſomorum/
Ceſare/ Cameſtres/ Feſtino/ Baroco/ Darapti/
Felapton/ Diſamis/ Datiſi/ Bocardo/ Feriſon.

Pe. In quo differunt illi quinq; ab aliis. B. Quia omnes alii modi cõcludunt directe Preter illos quinq; ſuperadditos: Pe. Quãdo directe cõcluditur: Be. Directe cõcluditur/ quando maior extremitas predicatur in concluſione indirecte/ quando minor Pe. Tres primos illorum quinq; accepi Theophraſtum/ & Eudemum ad inueniſſe: Be. Illorum quinq; tres primi/ omnino fruſtra appoſiti ſunt. Si namq; modi eſſent multiplicandi per ſequelas/ multo plures ponerentur/ non ſolum indirecte/ ſed directe concludentes. Nã ex A/ ſequit̃ I/ directe/ Et deinde indirecte p̃ conuerſionem ſimplicẽ:

Ex barbara.n.ſequitur I directe. Sicut ex ſubalternante ſubalternata. Et I indirecte ſeu baralip. ſequitur ex illa ſicut conuertens ipſius. & conuertens ſuæ ſubalternatæ: Ex omni quoq; uniuerſali negatiua ſequitur particularis ſubalternata. Ex etiam ſequitur uniuerſalis negatiua tanq conuertens ex conuerſa. Nihil ergo profuit illa ad inuentio: P. Quid de aliis duobus: B. Fapeſmo & friſeſom. uidentur utiliores. & reperiuntur in omni figura. Quod reperiantur in prima patet ſecūdum eos: In ſecunda. fapeſmo reperitur etiam directe. Vbicunq; .n. reperitur. A E E. ibi & . A E O. Eſt quoq; in ſecunda etiam indirecte. Nam ex E directo. Sequitur E indirectum. Videlicet conuertens. Et ad illa Sequit̃ particularis negatiua ſua ſubalternata Quæ reſpectu primæ concluſionis eſt indirecta: Verū quando A E O. eſt in ſecunda figura. nō uocabitur fapeſmo. Finge nomē prout expediens ad conuerſionem fuerit: Eſt quoq; A E O in tertia figura. Nam ſi omne B ſit A. Nullū autem B ſit C. Igit̃ aliquod A non erit C. Vt ſi omne animal ſit uiuens. Et nullum animal ſit arbor. Ergo aliquod uiuens non eſt arbor. Pe. Quid de friſeſom. Be. Similiter friſeſom. reperiri uidetur in ſecūda & tertia figura ſecundum indirectum. Nam ſi aliquod A ſit B. Et nullum C ſit B. Oportet ut aliquod A nō ſit C. Vt ſi aliquis homo ſit albus. Et nullus Aethyops ſit albus. Aliquis homo non erit Aethiops. Exemplum de tertia figura. Aliquis homo eſt albus. Nullus homo eſt lapis. Aliquod album non eſt lapis: Finge tibi nomen unum in ſecunda. Aliud in tertia ut conuertere ualeas: Pe. Videris approbare hos duos modos: Be. Non approbo equidem. Sed tollerabiliores eſſe oſtendo. Non.n. ſunt augendi figurarum modi per diſcurſus indirecte. aut per ſequelam concludentes. Sat ergo eſt ut in prima figura ſint quatuor modi ariſtotelici dumtaxat. Nec iuſtum eſt ut in illam quæ perfecta & immaculata eſt. quicq in perfectum aut inquinatum ingrediatur. Pe. Quatuor decim ergo modi principales. Fapeſmo Et friſeſom. Indirecte addi poſſunt. Sed de indirectis non curat Prætor: Be. Tres alii indirecti nullo modo ſunt directis connumerandi. Nā ex eiſdem premiſſis infertur concluſio: Ex premiſſis barbara ſequitur concluſio baralip. & prius barbari. hoc eſt particularis directa: Ex premiſſis celarent ſequitur concluſio celantes per conuerſionem. Et celaro directum & indirectum: Ex premiſſis darii. ſequit̃ concluſio dabitis Licet ſecundario.

De regulis & documentis. Cap. XII.

Pe. Apponi ſolēt nōnullæ regulæ ꝓ ampliori ſyllogiſmoꝝ cognitione. Be.

PRima regula Ex puris negatiuis. Similiter ex particularibus Indefinitis. Et ſingularibus. nil in quauis figura infertur. Secunda regula Cōcluſio premiſſæ debiliori. ſicut & effectus cauſæ tali. ſemper aſſimilat̃: Debilior eſt negatiua q̄ affirmatiua. Particularis q̄ uniuerſalis. Tertia regula Ex utraq; affirmatiua. Aut ex maiori particulari in ſecūda figura. nil recte infertur. Quarta regula Nunq̄ A. aut I poteſt inferri in ſecūda figura: Et hæc ſequit̃ ex tertia. Vñ nō ſeqt̃. Oē cœlū mouet̃. Oē aīal mouet̃. Igit̃

oē aīal eſt canis: Illud.n.mediū eſt ad illa extrema illimitatū. Quinta regula Neutra uniuerſalis pōt inferri i tertia figura. Nā ſi dixeris. Oē caelū mouet. Et oē caelū ē ſphericū Ergo oē ſphericum mouet. Cōcluſio nōn ſequitur. Quia falſa eſt Et premiſſæ ueræ: Omnis quoq; homo eſt animal. Nullus autem homo eſt bos. Igit nullus bos eſt animal. Non ſequitur. Sexta regula: Oportet ſemper in tertia figura minorem eſſe affirmatiuam & concluſionem particularem. Septima regula Maiorem primæ figuræ ſemper uniuerſalem. Et Minorem affirmatiuam eſſe oportet. Po. Indocito aliqua documenta de modis inutilibus: & ut aiunt a ſyllogiſtis. Bo. Primū eſt A E E in prima figura eſſe nōn poſſet. Quia nō ſequit. Omnis homo eſt animal. Nullus bos eſt homo. Igitur nullus bos eſt animal. Secundum A O O: non poteſt eſſe nec in prima: nec in tertia figura. Nō in prima Vt patet per priorem ſyllogiſmum faciendo minorē particularem. Nec in tertia quia nō ſequitur, Omnis homo eſt animal. Aliquis homo non eſt bos. Igitur aliquis bos non eſt animal. Sequit tamen indirecte. Quia oportet ut aliquod animal nō ſit bos. Tertium documentum A E O: non poteſt eſſe in prima figura aut tertia niſi indirecte. Quartum A I O & I E E ac etiam E I E & A I E aut A E I aut A O A. Nullibi tenent. Quod facile uideri pōt. Omnis alia combinatio ab illis quas approbauimus inutilis eſt. Quia & ſi quandoq; ſit bona non tamē ſemper. Pulchra profecto & ingenioſa Philoſophi noſtri ad inuentio. P. Ex his infero p diuiſionem huius rei ſufficientem euacuationem Sic.




Quatuor igit ſunt genera cōcluſionū & nequeūt inferri directe & imediate Niſi modis predictis. B. Recte euacuaſti. Adde hoc ſcitu dignū Vniuerſalē affirmatiuam eſſe difficillimam ad conſtruendum ſeu ad ſyllogizandum. Particularem uero negatiuā eſſe facillimam. Et faciliorem eē particularem affirmatiuam q̄ uniuerſalem negatiuā: P. Verum dicis Nam illa quæ pluribus modis fieri poſſunt facilius fieri dicūtur. Sed non uideris enumeraſſe omnes figuras.

## De Figura difformi alio modo. B. Cap. XIII.

Pleriq; afferūt aliam figurā. Quam et difformē eſſe putāt Videlicet qn̄ medium predicatur in maiori Et ſubicit in minori. Et ego olim qn̄ quæcūq; audiebā, ſari geſtiebā. Quom nec dū ad ploeanū uerba poſſem formare quicq;

modos pprios in quadã Logica illi figuræ appoſuerã. Eadē ferme tēpeſtate nõnulli in
Vrbe Pariſina oĩum chriſtianæ religionis Gymnaſiorũ Magiſtra in qua & nos ferulæ
manu ſubduximus eidē opinioni adhæſerũt. Et figuræ quartæ quatuor modos tribuũt.
Quibus & propria nomina non paruo artificio impoſuerunt. Videlicet Bamana: Ca
mene: Dimari: Fimeno. Quos ego ſic pingui Minerua expreſſeram. AEE. AAI.
IAI. EAO. IEO. Ipſi non ponebant AAI. Quia forſan ſequebatur ex Bama
na. Nos non poſuimus Bamana. Quia ſi eſſet alius modus a Barbara: ſicut ponere
oporteret ſi figura quarta diſtingueretur a prima: concluderet falſum ex ueris. Nam ex
his ueris. Omne peccatum eſt actio humana. Omnis actio humana eſt uoluntaria.
Sequitur hoc falſum. Igitur. Omne uoluntarium eſt peccatum. Illud tamen ut ego
poſui ſequitur particulariter. Aliquod uolũtarium eſt peccatum. Neq; ipſius ad Barba
ra conuerſionem ſola præmiſſarum tranſpoſitio ſufficeret. Nam concluſio quoq; eſſet
conuertenda ſimpliciter. Et ipſe modus uocaretur Bamanas. Et alii cõſimiliter Eſſet
in calce addenda littera. S. Hoc uero poſito ſequeretur: ꝙ uniuerſalis affirmatiua etiam
in terminis non conuertibilibus conuerteretur ſimpliciter. Similiter & particularis ne
gatiua ſine ulla additione. Quæ ſunt contraria huius partis præceptis. Pe. Tuam cu
pio ſententiam. Be. Quidam in iuuentute hanc quartam figuram: quæ ſi poneretur
ſecunda potius uel prima ꝗ quarta appellaretur ſe negaſſe: & in ſenectute conceſſiſſe aſ
ſerit: Ego econtrario: in iuuentute eam amplexatus ſum: In ſenectute poſt diutinam
ferme quadraginta annorum diſcuſſionē prorſus reſpuo. Eadem. n. eſt prima & quar
ta: In utraq; etenim eſt eadem habitudo medii cum extremitatibus: Præmiſſæ quippe
illum eundem ordinem in mente ſeruant. Licet minor prius ſcribatur: & quandoq; ꝓ
feratur: quo progreſſus fiat ornatior: & elegantior. Hoc patet a ſimili. Quemadmodũ
n. prædicatum præponere Et ſubiectum poſtponere uerbo interea uel in calce locato
docemur. Vt Deum Petrus amat: uel Deum amat Petrus: Animal homo eſt: Vel ani
mal eſt homo: Deus uerbum erat. Vel Deus erat uerbũ: In his ſine dubio predicatũ
eſt animal Et Deus. Nam & ſi prius proferantur & ſcribantur: In mente tamen ut po
ſteriora concipiuntur. Sic phyloſophi ſæpiſſime. Sic oratores præponunt quandoq;
etiam in pronunciando minorem ut uenuſtius & terſius concludant: Quare Sene
ca ſic arguebat Omne peccatum eſt actio humana: Omnis autem actio humana eſt
uoluntaria Omne itaq; peccatum eſt uoluntarium: Vbi expreſſe conſtat ipſum proceſ
ſiſſe per primam figuram. Licet minorem prepoſuerit Nam peccatum pro minori ex
tremitate in Cõcluſione poſuit: Similiter. Comenta. in phoemio primi phi. ita ꝓcedit.
Oĩa nãlia hñt cãs & elementa Oĩa ãt hñtia cãs & elemẽta nõ ſciunt niſi ex cognitione
cãſaꝝ & elementorum: Ergo omnia naturalia non ſciuntur niſi ex cognitione ſuarum
cauſarum & elementorum: Vbi orationem priorem uocat minorem Dicit. n. philoſo
phum ſubticuiſſe minorem. Et concludit predicatum illius quæ poſitione minor uide
batur de ſubiecto illius quæ prius ponebatur. Qui ergo eo modo arguunt: tali ſenſu
procedunt: Omne peccatum eſt actio humana Omnis autem actio humana (quod
primo loco ponendum erat) eſt uoluntaria. Igitur omne peccatum eſt uoluntarium.

Sic conſtruito etiam illam Comentatoris. Immo quandoq; primum ponitur Cõclu ſio. Deinde minor Tertio maior Sic. Omne peccatũ eſt uolũtarium: Nam omne pec catum eſt actio humana: Omnis autem actio humana eſt uoluntaria. Poſſemus & ſic procedere: Omne peccatum eſt actio humana. Igitur omne peccatum eſt uoluntariũ: Omnis quippe actio humana eſt uoluntaria. Quocunq; modo ſcripſeris uel pro nunciaueris: ſemper illa eſt maior in mente: in qua medium ſubicitur: Et minor in qua predicatur. Et concluſio in qua extremitates coniunguntur. Pe. Tranſpoſitio præmiſſarum eiuſmodi poteſt poni in qualibet figura ſeruata in mẽte præmiſſarum ſerie. In Baroco ſic: Aliquis flos non eſt odorus: Omne autem lilium eſt odoſum. Igit̃ aliquis flos non eſt lilium. Sic in aliis modis ſecundæ figuræ. Et in tertia ſimiliter: Vt in Feriſon. Aliquis lapis eſt precioſus: Nullus autem lapis eſt animal. Igit̃ aliquod pre cioſum non eſt animal. Quo dato eſſent ſex figuræ: Et cuiuſlibet figuræ modi dupli cati. Be. Bamana igit̃ eſt Barbara: Et Camene: Celarent. Et Dimari: Darii. Et Fime no tranſpoſitis præmiſſis eſt Ferio. Eſto igit̃ trina figura: Nam quartam nil iuuat eſſe. In his itaq; rationis progreſſibus Ariſtoteli addere quicq̃ potuit nemo. Cauſæ cauſa rum prototipſius ſudoribus ingentes gratiæ ſunt agendæ. Non datur alia Trianguli ſpecies ab illis quas induximus: Nec alia figura a tribus. Quando prima elegantius profertur primus terminus poſitione erit primus etiam pronũciatione: Et poſtremus ſitu: erit ultimus pronunciatione: Tam in præmiſſis q̃ in concluſione. Et medius tam ſitu q̃ pronunciatione medium locum tenebit.

P. De conuerſionibus ſyllogiſmorum imperfectorum ad primam figuram quæ ſola perfecta eſt aliquid iam dicendum. Be. Cap. XIIII.

Quia omnes ſyllogiſmi ſecũdæ & tertiæ figuræ tamq̃ imperfecti redu cunt ad primam per conuerſionem unius uel duarum enunciationũ. Et interdum per tranſpoſitionem premiſſarum. Icirco arrige aures. Pe. Audio procede: Be. Omnes modi incipiunt ab aliqua harum lit terarum: B. C. D. F. Vt capitales litteræ docent. Qui incipiunt a B. reducuntur ad Barbara. Qui a C. ad Celarent. Qui a D. ad Darii. Qui ab F. ad Ferio. Littera S. denotat ſimplicem precedentis ſyllabæ conuerſionẽ. P. uero per accidens. M. premiſſarum tranſpoſitionem. C. per impoſſibile reductionẽ. Pe. Præbe exemplum: Be. Si uis reducere Cameſtres ad Celarẽt: conuerte ſimpliciter minorem: Similiterq; & concluſionem. Deinde tranſpone premiſſas & erit Celarent ſyl logiſmus perfectus. Et ſi uelis elegantius loqui conuerte ſimpliciter minorem & con cluſionem. Dimitte præmiſſas poſitu ſicut erant. Pc. Difficultas conſiſtit in reductione Baroco: Et Bocardo ad Barbara: Be. Forma primo ipſum baroco ſic: Omnis homo eſt rationalis: Aliquis lapis non eſt rationalis: Igitur aliquis lapis non eſt homo: Accipe contradictoriam concluſionis cum maiore: Sic q; maior ſtet in loco proprio in quo erat. Oppoſitam quidem concluſionis Sit uſi ...: & infer cõtradictorium minoris: Sic.

Omnis homo eſt rationalis: Omnis lapis eſt homo: Igit omnis lapis eſt rõnalis. For
ma bocardo. Aliqua Roſa nõ eſt Lilium: Omnis Roſa eſt odora: Igitur aliquod odo
rum non eſt lilium. Accipe contradictorium concluſionis cum minori & infer oppoſi
tum maioris Sic: Omne odoꝝ eſt lilium: Omnis Roſa eſt odora: Oĩs Roſa eſt liliũ:
P. Quatuor igitur Principes erunt omnium ſyllogiſticarum ratiocinationum: B.
Quia particularis pendet ex uniuerſali. Et negatiua ex affirmatiua. Sequitur omnes
ſyllogiſmos uirtutem accipere a primo. Vnus igitur princeps in trina figura.

P. De Probationibus & notionibus rectorũ diſcurſuũ dicito aliqd. B. Cap. XV.

Omunis probatio cuiuſlibet diſcurſus neceſſarii fit his duobus modis. Prior
eſt hic. Quando nequit eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, ſeu per premiſ
ſas, quin ita ſit ſicut ſignificatur per conſequens, ſeu per concluſionem, diſcur
ſus eſt bonus: Alter eſt hic: Quotiẽs ex contradictorio cõcluſionis cum altera premiſ
ſarum poteſt inferri oppoſitum alterius premiſſæ. Diſcurſus eſt bonus. Ita ut quotiẽs
hic diſcurſus fuerit neceſſarius, totiens & prior ille bonus eſſe cenſetur: P. Quo pacto
hoc fit: B. Accipe contradictorium concluſionis Barbara cum minori, Et infer oppo
ſitum maioris Fiet Bocardo: Accipe iterum cõtradictorium concluſionis pro minori
(maiori retenta in loco ſuo) Et infer contradictorium minoris Et erit barroco: P. Sic
potero accipere contradictorium cuiuſlibet alterius modi cum maiori aut minori, Et
inferre contradictorium alterius premiſſæ: B. Hoc facilius fiet, ſi primum formaueris
illum modum quem probare uolueris: Deinde modis contradictis ex oppoſito cõclu
ſionis proceſſeris: P. Qualibet itaq; modus poterit probari per impoſſibile. Si.n. nõ
conceſſeris ſyllogiſmum formatum, deducam te ad cõcedendum impoſſibile. Nam ſi
conceſſis premiſſis, concluſionis illationem negaueris, arguam ex contradictorio con
cluſionis eo modo quo dixiſti & concludam impoſſibile. Duorum autem contradicto
riorum, Si unum eſt impoſſibile: Alterum erit neceſſarium: B. Numq̃ modus ꝓbans
eſt eiuſdem figuræ cum eo qui probatur: P. Aliqui ſolos modos ſecũdæ & tertiæ figu
ræ ad illos qui primæ ſic reducunt: B. Quando reducunt, ſeu probant modos ſecun
dæ figuræ, ſeruant maiorem, & contradictorium concluſionis ponunt pro minori, Et
inferunt contradictorium minoris: Qui uero probant modos tertiæ figuræ, ſeruant
minorem, Et contradictorium concluſionis ponunt pro maiori & inferunt contradi
ctorium maioris. Vnde ſic dicunt: Seruat maiorem, uariatq; ſecũda minorem: Seruat
minorem, uariatq; tertia maiorem: Duobus modis reductionis ſeu per impoſſibile pro
bantibus, quos nunc attuliſti, poſſunt addi duo alii modi probandi quemcumq; ſyllo
giſmum. Vno modo ſic. Accipe cõtradictorium cõcluſionis pro maiori, Ponatur ma
ior loco minoris Et inferatur oppoſitum minoris. Altero modo ſic. Accipe minorem in
loco maioris Et contradictorium concluſionis in loco minoris. Et inferatur oppoſitum
maioris Et ita barbara probabitur per Bocardum in ſecũda figura indirecte. Et omnis
modus quattuor modis probari poterit. Qui tamen quatuor modi probandi unam

uim probationis habent. Q uia procedunt ex contradictorio concluſionis ad contradictorium alterius premiſſarum/ Licet procedant uariis modis. Sed quia hi duo modi additi interdum probant per modos indirectos: Et quandoq; inferunt non contradictorium/ ſed contrarium/ non eſt illis ita ſicut aliis duobus utendum: P. De ſyllogiſmo reſolutorio/ cuperem aliquid accipere.

## De Syllogiſmo reſolutorio. B. Cap. XVI.

OMnes Syllogiſmi predicti/ preſertim affirmatiui/ uidentur reſolui poſſe in ſyllogiſmum quendam alium ab omnibus illis diſtinctum: Q uem propter id ſyllogiſmum reſolutorium ſiue expoſitorium uocat: De quo regula Euclydis maxime uerificatur. Q uęcūq; uni & eidem ſunt eadē/ inter ſe ſunt eadem: P. Ex quibus conſtat: B. Hic ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis/ ſicut alii. Eius minor/ ſemper in recto ponitur/ Etiam maiore in alio caſu poſita: Concluſio ſemper aſſimilatur maiori Et debet equiualere particulari. Fitq; in omni figura. Sed in tertia ſuauius/ Et in nullo predictorum modorum ponitur: P. Q uem terminum pro medio habet. B. Medium eius ſingulare aut potius pronomē demonſtratiuum ſimplex. Q uod quidem demonſtret aliquid omnino tale & ſimpliciter in ſe unum: Tandem ut ualeat/ oportet premiſſas eius regulari per dici de omni. Sic ut ab ipſis ad unam de omni ſit bona conſequentia/ Vt infra patebit: P. Fornet in oī figura: B. Fit ſyllogiſmus reſolutorius in prima figura. Sic. Hoc (oſtenſo Catone) eſt homo. Et Cato eſt hoc: Igit̄ Cato eſt homo. In ſecunda figura ſic. Oſtenſo Catone dicā/ Homo eſt hoc. Et Cato eſt hoc: Igitur Cato eſt homo. In tertia figura ſic. Hoc eſt homo oſtenſo eodē. Et hoc eſt Cato/ Igitur Cato eſt homo: P. Q uomodo formatur in caſu obliquo: B. In obliquo formatur ſic. Huius eſt bos. Et Cato eſt hic. Igit̄ Catonis eſt bos: Huic placeo: Et Deus eſt hic: Igitur Deo placeo: Hunc amo. Et Deus eſt hic. Igitur Deum amo: Ab hoc accepi gratiam. Et Deus eſt hic. Igit̄ a Deo accepi gratiam: Sic facito in ſecunda & in tertia figura in obliquis: P. Aliquando talis diſcurſus nō ualet: B. Hoc modo non ualet/ Hoc eſt homo/ oſtenſo animali in communi/ Et hoc eſt bos/ Igit̄ bos/ uel aliquis bos eſt homo. Nō ſequitur Q uia medium nō eſt in ſe unum/ Nec premiſſe regulant̄ per dici de omni: Non. n. omne hoc oſtenſum/ eſt homo uel bos: Hoc modo etiam non ualet in prima. Hoc eſt animal/ oſtenſo Callia/ & bos non eſt homo/ Igitur bos non eſt animal. Et hoc idcirco/ quia maior extremitas in maiori non diſtribuitur: Et in concluſione diſtribuitur. Tamen indirecte ualeret capiendo maiorem extremitatem particulariter: Similiter etiam in tertia figura non ualet/ Non. n. ſequit̄ Hoc eſt animal/ Oſtenſo Callia/ Et hoc non eſt bos: Igitur bos nō eſt animal. Sequitur tamen indirecte particulariter. Eodemmodo in ſecunda figura in tali oſtenſione non ſequitur cōcluſio/ niſi indirecte & particulariter. Non. n. ſequitur Animal eſt hoc/ oſtenſo homine: Et bos non eſt hoc/ Igitur bos non eſt animal. Sed bene ſequitur/ Igitur aliquod animal non eſt bos. P. Syllogiſmus reſolutorius affir

rmatiuus. Videtur tenere in omni figura: Negatiuus de minori in nulla directe. Negatiuus uero de maiori tenet in prima figura. Nam ſequitur hoc (oſtenſo Callia) non eſt bos. Et aliqua ſubſtantia eſt hoc. Igitur aliqua ſubſtantia non eſt bos. Negatiuus de maiori nõ tenet in ſecunda, nec in tertia. Niſi particulariter. Breuiter expediendo hic ſyllogiſmus affirmatiue tenet cum conditionibus ſuperius poſitis. Negatiue eſt dubius. Si argueret ſic. Hoc eſt animal (oſtenſo Callia) Et hoc eſt tantum homo. Quomodo concluderemus. B. Noli concludere. Igitur tantum homo eſt animal. Sed ſic. Igitur aliquid quod eſt tantum homo eſt animal: Sed de excluſiuis poſtmodum. P. Si arguã dicendo. Hoc eſt animal. Et hoc eſt nullus bos. Quo pacto inferam. B. Noli inferre. Igitur nullus bos eſt animal. Sed ſic. Igitur aliquid quod eſt nullus bos eſt animal. Vt tota minor extremitas ſit ſubiectum concluſionis. P. Similiter ſi argueretur ſic. Nihil quod generabitur eſt hoc. Oſtẽſo Platone preſente. Sed homo eſt hoc. Quomodo concludam. B. Noli inferre. Igitur homo nõ generabitur. Quia homo in concluſione ſtat ampliatiue pro eo qui eſt uel erit. Vel potius quia nõ infertur particulariter. Infer ſic. Igitur aliquis homo non generabitur. Puta hic quem oſtendi preſentem & iam genitum. P. Similiter ſi arguatur ſic in terminis ſingularibus. Lelius uel Cato eſt Lelius. Sed Cato eſt Callias uel Cato. Igitur Cato eſt Lelius. B. Non tenet. Quia a diſiunctiua aut a diſiuncto diſiunctim tento nõ licet arguere ad alteram partem determinate ſine deſtructione alterius partis. Nec arguitur in terminis ſingularibus. Quia diſiunctum non eſt proprie terminus ſingularis. P. Similiter ſi arguatur. Hoc (oſtenſa Deitate) eſt pater. Et hoc eſt filius. Igitur pater eſt filius. Vel econuerſo. B. Non ſequitur. Quia ſic ſe habet Deitas, ſiue Deus ad patrẽ & filiũ, ſicut commune utrique. Et ſimiliter tunc ad utrunque. Non enim Deus eſt proprie terminus ſingularis: quia eſt communicabilis ut quod & quo. Nec etiam eſt proprie communis. Quia eſt de ſe hic & indiuiduus. Tamen reſpectu perſonarum habet ſe per modum communis. Vel ex premiſſis identice ueris inferatur concluſio identice uera notam identitatis apponendo. Deitas namque eſt identice pater. Et eſt identice filius. Et filius eſt identice pater. Et econtra. De quo alias.

P. Multas poteſtates tribuit Philoſophus ſyllogiſmis. B. Cap. XVI.

Prima poteſtas eſt quia poſſumus ex eiſdem premiſſis plures inferre concluſiones. Vel ratione ſubalternationis. Vt ex A A poteſt inferri A. Et I ſubalternatum ipſi A. Et ex premiſſis E A primo infertur E. Deinde O ſubalternatum ipſi E. Vel ratione conuerſionis. Vt ex premiſſis A A infertur I indirecte. Et hunc modum ipſi uocabant Baralip. Ex premiſſis E A poteſt indirecte inferri E. Et hunc modum illi uocauerunt Celantes in prima figura. Quã tamen ęque bene fit in ſecunda. Vel tertio ratione ęquipollentię. Vt ſi loco huius concluſionis. Omnis homo uidet poneres hanc. Non aliquis homo non uidet. Vel quarto ratione tertii adiacentis. Vt quando ſi diceret ex tertio adiacente inferre ſecundum. Nam ubi infertur. Omnis homo currit eſt ar

bum. Videtu

bum, uidet poſſe inferri omnem hominem eſſe: Quia non poteſt eſſe quis albus, niſi
ſit: Vel quinto ratione conuertibilitatis. Vt ubi concluditur aliquid de homine, poteſt
concludi de riſibili, & aliis conuertibilibus cum homine. P. Ex his manifeſte uideo Ari
ſtotelē poſuiſſe Baralipton & Celātes, atq; Dabitis, & plures alios. Sed noluiſſe hos
eſſe diuerſos modos: ſed eoſdē: Quia modi uarii notāt uariā diſpoſitionem premiſſa
rum in quantitate, & qualitate. Hic autem ſunt eædem præmiſſæ: & eodēmodo ordi
natæ; B. Quamuis ex eiſdem premiſſis plures concluſiones inferri poſſint, & multis
uidetur eas inferri poſſe indefferenter. Nobis tamen uidetur ut primo inferatur tanta
ueritas quāta inferri poteſt, & quæ immediatius ex præmiſſis ſequitur. Deinde aliæ per
quandam ſequelam, & quodam ordine. Nam ex ſubalternante, prius inferenda eſt
ſubalternata, q̄ conuertens. Quia illa intimior eſt: Ante ergo Baralip. & Celātes, ſunt
I. & O. Subalternate. Quod Eudemus non conſiderauit.

## P. Quæ ſecunda poteſtas. B. Cap. XVIII.

SEcunda poteſtas eſt q ex falſis uerū inferri poteſt, & hoc tam ex utra
q; falſa, q̄ ex altera Vt patuit reducēdo Bocardo & Baroco ad Barba
ra. Et in aliis probationibus: Aſſumendo contradictorium concluſio
nis cum altera premiſſarum, ut oſtenſum eſt. Idcirco dicitur ex falſis
uerum, ex ueris nil niſi uerum; P. Optimus in forma (Vt barbara)
poteſt eſſe peſſimus in materia. Sed iam dato tertiam ſyllogiſmorum
poteſtatem; B. Tertia poteſtas eſt ſyllogiſmi circularis, qui rite non fit niſi in terminis
conuertibilibus. Vt homo rationale, diſciplinabile. Fiat ſic. Omnis homo eſt rationa
lis; omne diſciplinabile eſt homo. Igitur omne diſciplinabile eſt rationale. Conuerte
maiorem. Aſſume cōcluſionem in ſerm minorem. Aut accipe concluſionem pro maiori
Conuerte minorem, Infer maiorem; P. Vniuerſalis affirmatiua in terminis conuerti
bilibus, conuertitur ſimpliciter. Sed an talis Syllogiſmus fieri poſſit in terminis non
conuertibilibus. B. Videtur fieri poſſe ſyllogiſmus circularis ex duobus terminis con
uertibilibus, & tertio non conuertibili. Et poteſt fieri affirmatiue in Barbara: Et nega
tiue in Celarent. Exemplū. Omne animal rationale eſt ſubſtantia. Omnis homo eſt
animal rationale, Igitur omnis homo eſt ſubſtantia. Accipe concluſionem pro maiori,
Cōuerte minorem, Infer maiorem. Exemplum alterius. Nullum ens ab alio eſt infini
tum) Omnis creatura, uel omne contingens, eſt ens ab alio. Igitur nulla creatura, uel
nullum contingens eſt infinitum. Accipe iterum concluſionem pro maiori. Conuerte
minorem, Infer maiorem; P. Aliquid iuuat hoc noſſe; B. Cognitio ipſius ad hoc eſt
utilis, ut ſciamus demonſtrationē circularē eſſe nō poſſe ꝓprie. Quāuis Syllogiſmus
circularis eſſe poſſit; P. Quæ quarta poteſtas. B. Quarta poteſtas dicit̃ ſyllogiſmus
conuerſiuus: de quo multa ſupius ſunt allata. Fit n. qn̄ ex contradictorio, uel cōtrario
cōcluſionis cū altera ꝑmiſſarū īfert̃ cōtradictoriū, uel cōtrariū alterius ꝑmiſſæ. Qd q̄
tuor modis fieri pōt. Vt dcm̄ ē. Et ꝑ hūc cognoſcit̃ bōitas illatiōis ſyllogiſmi ꝯ cōuertiẽ.

## P. Enuclea quintam. B. Cap. XIX.

Quinta poteſtas dicitur ſyllogiſmus ad impoſſibile qui fit quando ex contradictorio concluſionis probandæ cum uno manifeſte uero infertur concluſio manifeſte falſa. Et hic eſt primus proceſſus, quem Philoſophi uocant ſyllogiſmum mendacii. Deinde fit alius proceſſus ſubiungendo. Concluſio eſt falſa. Ergo aliqua præmiſſarum. Et nõ illa quæ eſt manifeſte uera. Igitur illa alia. Fitque tertius proceſſus ſic. Et illa eſt contradictoria concluſionis. Igitur concluſio uera. Et ſic ſunt tres proceſſus. Nec ualet ſumere contrarium concluſionis. Quia duo contraria poſſunt eſſe ſimul uera. Niſi eſſet materia neceſſaria. Vtilitas huius ſyllogiſmi eſt ſcire ueritatem cõcluſionis prioris ſyllogiſmi. Et falſitatem contradictoriæ ipſius. P. Qui ſunt ſyllogiſmi oſtenſiui? B. Syllogiſmi qui abſolute inferunt, probantes concluſionem aliquam, dicuntur oſtenſiui. Hic autem dicitur ad impoſſibile, ſupple ducens. P. An uniuerſalis poſſit probari eo modo in prima figura. B. Vniuerſalis affirmatiua non poteſt probari per impoſſibile in prima figura. Nam ex particulari negatiua nihil ſequitur in prima figura. Vt patet diſcurrendo per quattuor modos primæ figuræ. Tamen uniuerſalis affirmatiua poteſt ſyllogizari per impoſſibile in prima figura. Vt quando Baroco reducitur ad Barbara. P. Qui ſunt ſyllogiſmi ex hypoteſi nuncupati? B. Quatuor ponuntur ſyllogiſmi ex hypoteſi. Primus dicitur ad impoſſibile de quo diximus. Secundus uocatur ad tranſumptum. Quando opponens ſe transfert ad probandum aliquid notius uel æque notum illi quod principaliter probare intendebat. Et ex illo deinde infert principale intentum. Et oportet ꝗ reſpondens concedat ſimilitudinem. Vt ſi uolo probare intellectum non diſtingui ab anima realiter & conceſſum ſit ꝗ ſic ſe habet intellectus ad animam ſicut unum & uerum ad ens. Tunc probato ꝗ illa non differant ab ente realiter, Concludam ꝗ nec potentiæ animæ differunt realiter ab anima. Tertius appellatur ſyllogiſmus ſecundum qualitatem in ſubiectis. Quando opponens ſe transfert ad probandum concluſionem aliquam ex qua per locum aliquem ſequatur illa quam principaliter intendebat. Vt ſi intenderet probare domificatorem eſſe bonum. Et ſe transferret ad probandum ꝗ domus eſt bona. Et ita per locum ab effectu ad cauſam inferret domificatorem eſſe bonum. Vel ſi intenderet probare nullum animal eſſe egrum, & transferret ſe ad probandum omne animal eſſe ſanum. Et ſic per locũ a contrariis immediatis inferret nullum animal eſſe egrum. Quartus ſyllogiſmus eſt ſecundum inſpectionem particularem. Et eſt poene idem cum tertio. Sed quando ex probatione particularis uel particularium infertur deinde ipſius uel ipſarum uniuerſalis. Dicitur ſpecialiter ſyllogiſmus ſecundum inſpectionem particularem. Vt ſi probare intenderet de omni homine ꝗ eſt riſibilis. Et ſe transferret ad probandum de particularibus hoc & illo. Et ſic inferret de omnibus.

## P. De Sexta poteſtate dicito. Cap. XX.

S Extra poteſtas eſt ſyllogiſmus ex oppoſitis. P. Quibus oppoſitis. B. Fit ex
oppoſitis cõtrariæ. Vel contradictoriæ. Et infertur concluſio in qua idem ne
gatur de ſeipſo. Vt omnis homo eſt animal. Aliquis homo non eſt animal
Igitur aliquis homo non eſt homo: P. Ergo datur Syllogiſmus ex duobus
terminis. B. Datur Sed utimur uno ut duobus. Vtilitas eius eſt ad cognoſcẽdum cõ
tradictoria, & contraria non poſſe eſſe ſimul uera. Nam ſi ſic tunc idem negaretur de
ſeipſo. Quo nihil eſt falſius, Sicut nil uerius illa oratione in qua idem de ſeipſo affirma
tur. P. An poſſit formari in prima figura: B. Syllogiſmus ex oppoſitis non poteſt fie
ri in prima figura: Nam ſi eſt affirmatiuus, Vt Barbara & Darii in ipſis non poſſunt
poni oppoſitæ, neq; contrariæ, neq; contradictoriæ: Si uero eſt modus negatiuus ut
Celarent & ferio. In ipſis non prædicatur neq; ſubiicitur idem in utraq; premiſſa.
Et in ſyllogiſmo ex oppoſitis idem predicatur & ſubiicitur in utraq;: Dico idem ſubiici
tur in utraq; uel formaliter uel conſecutiue, Vt hic. Omnis ſcientia eſt bona. Nulla
Geometria eſt bona: Igitur: In minori ſubiicitur ſcientia conſecutiue: quia ad Geome
triã ſequitur ſcientia: P. Formatur necne in ſecunda aut tertia: B. Syllogiſmus ex
oppoſitis fit apte: in ſecunda figura & in quolibet modo ipſius. Fit etiam ſyllogiſmus
ex oppoſitis in tertia figura in modis negatiuis ut Felapton Sic: Nulla medicina eſt
ſcientia. Omnis medicina eſt ſcientia. Aliqua igitur ſcientia non eſt ſcientia.

## De Syllogiſmis obliquis.

P. De ſyllogiſmis obliquis multa dicuntur. Sed quæro quo pacto
in prima figura formantur. B. Cap. XXI.

I N prima figura: Ex maiore in recto, & minore in obliquo. Sequitur
concluſio in obliquo: Vt omnis Grãmatica eſt diſciplina. Sed de lit
teris eſt Grãmatica. Igitur de litteris eſt diſciplina. E conuerſo quoq;
maiore in obliquo ſumpta Et minore in recto, Sequitur in eadem fi
gura concluſio in obliquo. Vt omnis qualitatis eſt diſciplina. Sed co
lor eſt qualitas. Igitur coloris eſt diſciplina. In eadem figura accipien
do utramq; premiſſam in obliquo ſequitur concluſio in obliquo & quãdoq; in recto
Vt cuiuſcunq; entis eſt ſcientia illius eſt cognitio. Sed hominis eſt ſcientia, Igitur ho
minis eſt cognitio. Item cuiuſcũq; eſt ſcientia illud eſt cognitum. Sed lapidis eſt ſcien
tia uel de lapide. Igitur lapis eſt cognitus: P. Formetur in ſecunda: B. In ſecunda figu
ra prima negatiua exiſtente de obliquo, Sequitur cõcluſio de obliquo. Vt nullius mu
tationis eſt mutatio: Generatio eſt mutatio. Igitur generationis non eſt mutatio: P.
Fiat in tertia. B. In tertia quoq; figura fit ſyllogiſmus ex obliquis. Vt omnis hominis
eſt ſentire. Omnis hominis eſt ratiocinari. Igitur alicuius ratiocinãtis eſt ſentire: P. An
liceat in quolibet obliquo ſyllogiſmum facere. B. Poteſt ſyllogizari in quolibet obli
quo. Vt cuiuſlibet dupli eſt dimidium in Genitiuo. Et cuiuſlibet ſimili eſt aliquid ſimi
le. Et omni auaro deeſt etiam quod habet, In Datiuo. Et que neq; trahit ſua uolup

ptas: In Accuſatiuo. Et a quocunq; remouetur ſuperius: etiam inferius. In Ablatiuo P. Fiunt quoq; ſyllogiſmi in obliquo cum his uerbis. Competit, conuenit, & ineſt Et huiuſmodi. Vt cui conuenit diffinitio, & diffinitum. Et cui competit inferius, & ſuperius. Et cui ineſt albedo, ineſt & color. Sed de ſyllogiſmis reduplicatiuis iam eſt dicendum.

## De Syllogiſmis reduplicatiuis. B. Cap. XXII.

QVando formantur ſyllogiſmi reduplicatiui, ipſum reduplicatum debet iungi maiori extremitati. Ita uolo ſit pars reduplicati concluſionis. In prima quidem figura Sic. Omnis homo inquantum homo, uel inquantum rationalis, eſt diſciplinabilis. Sed Plato eſt homo. Igitur Plato inquantum homo uel inquantum rationalis eſt diſciplinabilis In tertia uero figura. Formetur ſic. Omnis homo inquantum diſciplinabilis eſt admiratiuus. Omnis homo eſt rationalis. Igitur rationale inquantum diſciplinabile eſt admiratiuum. Nunq̃ reduplicatio eſt apponenda ad terminum medium Hoc modo. Omnis triangulus inquantum triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Omnis hiſocheles eſt triangulus inquantum triangulus. Igitur omnis hiſocheles habet tres angulos æquales duobus rectis. Nam maior eſt uera. Et minor falſa, & non intelligibilis. Quia innuit omnem hiſochelem, eſſe omnem triangulum. Et tunc iſte hiſocheles eſſet omnis triangulus, & ille. Et ſic de aliis. Similiter non poteſt reduplicari maior extremitas in ſe. Sic dicendo. Omnis homo eſt animal, inquantum animal. Plato eſt homo. Igitur Plato eſt animal, inquantum animal. Quia maior non eſt intelligibilis. Quia ſignificat. omnem hominem eſſe animal. Similiter concluſio eſt impoſſibilis. Quia denotat Platonẽ eſſe omne animal: De his iterum tractabitur.

## P. De Syllogiſmis mixtis ex terminis finitis & infinitis dicito. B. Cap. XXIII.

PRima regula Ex duabus negatiuis poteſt inferri concluſio negatiua in omni figura. In prima quidem figura ſic. Nullum uolatile humidum eſt animal longioris uitæ. Nullus turdus eſt non uolatile humidum. Igitur nullus turdus eſt animal longioris uitæ. P. In ſecunda figura. Forma ſic. Adde illi maiori hanc minorem. Nullus coruus eſt non animal longioris uitæ. Et conclude. Igitur nullus coruus eſt uolatile humidum. In tertia figura. Procede ſic. Maneat eadem maior. Addatur hæc minor: Nullum non uolatile humidum eſt turdus. Igitur aliquis turdus non eſt animal longioris uitæ. B. Secunda regula. Ex uniuerſali negatiua, & particulari negatiua, infert particularis negatiua eo modo quo ſupra uariato medio. Et hoc in prima & ſecunda figura dũtaxat. In prima ſic. Nullum uolatile ſiccũ eſt aĩal breuioris uitæ. Sed

aliquis Coruus non eſt uolatile ſiccum. Igit aliquis coruus non eſt aïal breuioris uitæ. In ſecunda ſic. Nullum uolatile ſiccum eſt animal breuioris uitæ. Sed aliquis turdus non eſt animal non breuioris uitæ. Igitur aliquis turdus non eſt uolatile ſiccum : P. Proſequere : B. Tertia regula. Ex utraq; affirmatiua medio ut ſupra uariato. In prima & tertia figura. Neq; infertur concluſio affirmatiua, neq; negatiua. In ſecunda infertur ſolum negatiua Sic. Omnis homo eſt ſubſtantia. Omnis albedo eſt non ſubſtantia. Igitur nulla albedo eſt homo. Quomodo autem ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuam de predicato finito ualeat uel non ualeat, conſequentia uidebitur.

P. De ſyllogiſmis inductiuis Philoſophus in fine ſecundi Priorum multa ſcitu digna affert. B. Cap. XXIIII.

QVamuis uideantur quatuor modi arguēdi, ut ſuperius diximus. Exē plum. Inductio, Enthimema & Syllogiſmus. Et ſint ſyllogiſmi demonſtratiui ac dialectici. Omne tamen genus arguendi, ſecundum Philoſophum ibi tenet uirtute trium figurarum, quas ſuperius attulimus : P. Ergo omnes modi arguendi etiam rhetorici. Vt exemplum Et Enthimema, fiunt in eiſdem figuris, neq; ſine illis quicq̄ concludūt B. Nihil profecto. Et aduerte q̄ Philoſophus loco argumentationis ſemper utitur uocabulo ſyllogiſmi. Vnde dicitur textu illo. Omnia quæ quouiſmodo etiam rhetorico & perſuaſiuo fidem faciunt : Et quæ etiā rhetorice uel poetice credimus, fiunt uel per ſyllogiſmū hoc eſt Enthimema qui eſt ſyllogiſmus rhetoricus. Vel ex inductione qui eſt ſyllogiſmus dialecticus uel per exemplum. Quod forſan eſt ſyllogiſmus poeticus. P. Quid aliud affers B. Omne quod facit fidem ſupple rei dubiæ, hoc eſt omne argumētum ſiue omne medium debet ordinari in aliqua trium figurarum. Et ſic omne medium eſt inter extremitates. Non ſitu. Sed quia eas coniungit & non eſt ſine illis alicuius ſyllogiſmi. P. Quomodo fiunt ſyllogiſmi inductiui. B. Premittenda ſunt nonnulla. Primum eſt Inductio. Sic formatur (ut ſuperius patuit) Hoc reubarbarum eſt purgatiuū coleræ. Et hoc. Et ſic de ſingulis. Igitur omne reubarbarum eſt purgatiuū coleræ. Et procedit ex notioribus nobis, infertq; notius natura. Secundum q̄ premittitur eſt hoc. Syllogiſmus inferens paſſionem de ſingularibus per medium quod eſt uniuerſale, eſt prior natura q̄ inductio. Et fit hoc modo. Omne reubarbarum eſt purgatiuum coleræ. Sed hoc & illud & illud. Et ſic de ſingulis eſt reubarbarū. Ergo hoc, & illud & illud. Et ſic de aliis eſt purgatiuum coleræ. Tertio aduerte q̄ in hoc ſyllogiſmo medium eſt reubarbarum. Et non ingreditur concluſionem. Et eſt medium cauſale & illatiuum. Cauſale quidem, quia iccirco illa paſſio purgatiuum coleræ ineſt ſingularibus. Quia primo ineſt uniuerſali hoc eſt reubarbaro. Quarto ſcito q̄ in ipſa inductione maior extremitas in cōcluſione p̄dicatꝰ de tali medio cauſali. Hoc ē cuius rōe ineſt paſſio ipis ſingularibus, & p minorē extremitatē hoc ē p ipſa ſingularia nobis notiora, quæ fuit minor extremitas ſyllogiſmi naturaliter prioris inductione, infertur

paſſio de medio / Hoc eſt de primo ſubiecto paſſionis. quod eſt medium predicti ſyllo
giſmi. Infert. n. purgatiuum coleræ de reubarbaro : Syllogiſmus ergo ille eſt prior na
tura q̃ inductio / Et inductio eſt prior quo ad nos : P. Quo pacto hẽt figuram / & uim
ſyllogiſmi ipſa inductio : B. Senſus inductionis eſt talis. Omne quod eſt hoc reubar
barum / Vel illud / uel illud / Et ſic de aliis / eſt coleræ purgatiuum. Sed omne reubarba
rum / eſt hoc uel illud / uel illud. Et ſic de aliis. Igitur omne reubarbarũ / eſt coleræ pur
gatiuũ : P. Si fieret inductio in terminis clarioribus ſic : Petrus : & Ioannes : & Iacobus /
Et ſic de aliis / Sunt riſiles / Igitur omnis homo eſt riſibilis. Poſſet fieri Syllogiſmus indu
ctiuus ſic. Omne quod eſt Petrus / Ioannes / & Iacobus / Et ſic de aliis / eſt riſibile. Sed oĩs
homo eſt Petrus / Ioannes / & Iacobus / & ſic de aliis / Igitur omnis homo eſt riſibilis : Et
hic uidetur Philoſophus innuere / ꝙ omnes ſingulares ſufficienter enumeratæ cõuer
tantur cum uniuerſali Et econtra. Sed iam dicendum eſt de ſyllogiſmo deductiuo.

## De Syllogiſmo deductiuo. B. Cap. XXV.

INductio / ſiue ſyllogiſmus inductiuus / eſt id quod diximus / Aliud ta
men ex mente Philoſophi in ſecundo priorum / eſt deductio / & ſyllo
giſmus deductiuus. Deducimus. n. Et ſyllogiſmo deductiuo tunc ꝓ
cedimus : quando propoſita maiore premiſſa per ſe nota / ſubnecti
mus minorem dubiam / Sed æquæ / aut paulo magis notam conclu
ſione / Vt ſi dixerimus / Omnis diſciplina eſt docibilis. Sed uirtus eſt
diſciplina / Igitur uirtus eſt docibilis / Maior eſt per ſe nota / Minor dubia / Quia uirtus
prout eſt ſcientia / uel cognitio / eſt diſciplina. Prout autem ad mores pertinet / non eſt di
ſciplina / Et concluſio / uel eſt æquæ dubia / quia uirtus ẽt prout eſt cognitio / forſan nõ
eſt docibilis / hoc eſt p doctrinã acqſibilis / Vt cognitio principioꝝ / Propinqor ergo cer
titudini eſt minor q̃ concluſio : Si etiam minor dubia poſſit paucioribus mediis proba
riq̃ concluſio / uel concluſio ſit probabilis / ſed nondum probata / eſt nihilominus Syl
logiſmus deductiuus / Vt dicendo / Omne æquale recte lineæ / quadrari poteſt. Sed oĩs
circulus eſt æqualis rectæ lineæ / Igitur omnis circulus quadrari poteſt. Maior eſt ma
nifeſta / Minor dubia. Sed probari poteſt unico medio. Ex eo quia portiones circuli
ſunt Lunares & illæ / ſunt æquales rectæ lineæ. Et ſic circulus etiam dabitur æqualis
alicui rectæ lineæ : Nam linea quæ eſt quarta pars circuli / erit æqualis lineæ rectæ quæ
eſt quarta pars quadrati. Concluſio uero de quadratura circuli / pluribus modis proba
tur / Vt patet primo phi. Vel eſt probabilis / necdum probata : P. Vt uideo / hic ſyllo
giſmus uocatur deductiuus / quia deducere eſt ex officio comitatum alicui preſtare. Et
eſt deorſum ducere / Trahere & tranſuertere / eſt attenuare / Hic autem maior illa præ
ſtat comitatum aliis dubiis. Et deorſum ducit / & tranſuertit. Quia de certo ad incer
tum ducit. & attenuat / ponendo per ſe notum / & addendo dubia. Verum dicito aliquid
de Syllogiſmo exemplatiuo.

## De Syllogiſmo exemplatiuo .B. Cap. XXVI.

IN exemplo/primum de medio per ſimile/uel ſimilia oſtenditur/Et illud ſimi le/uel illa ſimilia/debent eſſe notoria. Verbi gratia. Athenienſes bellum gere re contra Thebanos/malum & iniuſtum eſt. Quia Thebanos contra Pho cenenſes bella gerere/malũ & iniuſtũ eſt. Et potes addere aliquos alios uicinos ſeu cõ fines/aut confederatos/aut manifeſtos ſocios & amicos: Sicut ergo pugnare Roma nos contra Sabinos ſocios/Et Sabinos contra Volſcos confederatos/iniquum eſt: Ita & Vrbinates contra Callienſes uicinos & confederatos pugnare/iniquum eſt. Vel ſic. Quemadmodum Tarquinum ſumentem arma contra patriam oportuit perire/ Similiter & Catelinam/Sic & hunc ſumentem arma contra patriam perire oportebit P. Quo pacto fit ſyllogiſmus exẽplatiuus: B. Syllogiſmus talis fit hoc pacto. Oẽm arma contra patriam ſumentem/iniquum & morte dignum cenſemus. Quia Cateli na & Tarquinus ob id uituperantur & perierunt: Sed hic ſumit arma contra patriam/ Igitur peribit. Similiter omnes ſocios/uicinos/confederatos/bella mutuo gerere/eſt ini quum: Sed Thebani bella gerunt contra Athenienſes confines/uicinos/uel ſocios. Igi tur tale/bellum eſt iniquum: Hæc ratiocinatio tenet per locum a ſimili/uel a magis/ quoad nos euidenti: Sed ſi arguamus a ſimili particulariter/uel ſingulariter/plus huius diſcurſus ſapit ꝙ ſi uniuerſaliter procedamus. Vt dicendo. Omnes Bononienſes ſunt bellicoſi propter talem influxum cœleſtem. Igitur omnes Peruſini ſunt bellicoſi: quia habent conſimilem influxum: Non proprie ſapit naturam Exempli. P. Exemplum ergo proprie ex una particulari/ſeu ſingulari/uel ex pluribus ad particularem procedit: In ſyllogiſmo tamen exemplari/oportet ſubintelligere aliquam uniuerſalem. Quia quod iniquum eſt huic uicino inquantum uicinus eſt, iniquum eſt & aliis uicinis: Et quod non decet unum amicum/ut amicus eſt/non decet ullum amicum. Et æque le gibus ſubiectis/æque obedire oportet. Enimuero de Syllogiſmo Enthimematico aliquid afferatur.

## De Syllogiſmo Enthimematico .B. Cap. XXVII.

ENthimema non ſolum eſt Syllogiſmus feſtinatus/inferens ex uno ex preſſe/& alio tacite unũ. Sed oportet ꝙ inferat ex Iconibus & ſignis/ Et ea ratione ſpectat ad Rhetoricum. P. Quid eſt Icon: B. Icon eſt figura quædam orationis quando formæ ad formam (Vt inquit Ci cero) quadam ſimilitudine fit collatio. Aut laudis/aut uituperationis cauſa. Et Icon/latinæ poteſt dici imago: P. Declara: B. Quando ex aliquo ſimili/aliquid infertur/ex Iconibus inferri dicitur. Vt ille eſt comptus. Igitur libi dini addictus. Et ille pauet/Igitur timet: Eſt taciturnus/Igitur ſtudioſus: Non debet er go dici ex Icotibus/Sed ex Iconibus: P. Quid Icus dicitur: B. Icus cum. V. poſt. C. ab eodem Cicerone in Rhetoricis breuis complexio appellatur: Hoc autem conuenit

Enthimemati: quæ dicit feſtina illatio. Et hoc modo Enthimema eſſet Icus/quia breuis cōplexio. Et non eſſet ex Icutibus/Niſi capiendo pro antecedente/Hoc modo. Eſt ex Icutibus/Hoc eſt/Infert ex breui complexione: P. Quomodo Philoſophus intellexit: B. Philoſophus priori modo intellexit/Dicitur.n. Icon/non Icus. Et eſt propoſitio probabilis/Sicut odio habentur odientes/& amantur amantes. Mater diligit filiū/Et poeta poema ſuum: P. Enthimema ergo procedit ex probabilibus/ſeu ex Iconibus B. Sic profecto Procedit etiam ex ſignis quorum quædam ſunt neceſſaria/quædam probabilia/uel ueriſimilia: Neceſſaria ſunt ſicut ueteraſcere/& iugiter extenuari/& declinare/ſunt ſigna interitus. Et lunam ſuſcipere lumen ſpherice/& ab ea parte qua reſpicit Solem/ſunt ſigna euidentia Lunam eſſe ſphericam Et lucem ſuſcipere a ſole. Et per talia ſigna fiunt demonſtrationes. Quod nō cōuenit Dialectico/aut Rhetorico. Signa ꝓbabilia ſunt. Oſculatur/ergo amat: Iurat/ergo uerum dicit/Ex arte quoq; philiognomiæ quæ per inſpectionē formæ de natura indicat Vt capitis/Frontis/Faciei/Naſi & cæterorum membrorum/poteſt fieri Enthimema/& ſyllogiſmus Enthimematicus Quē nōnulli ſeorſum ponūt & Syllogiſmū philiognomicū appellāt: P. Inter ſigna & Icones quæ dr̄ia eſt: B. Enthimema ex ꝓbabilibus ꝓcedit. Siue illa ſint ſigna ꝓbabilia/Siue Icones. Hoc ē quæcūq; aliæ ꝓpoſitiones ꝓbabiles. Iccirco dicit Philoſophus Icon non eſt idem quod ſignum. Nam ſi Icon eſſet omnis propoſitio probabilis/tunc omne ſignum probabile/eſſet Icon. Nec tamen eſſent omnino idem. Quia in plus ſe haberet Icon q̄ ſignum probabile. Omne.n. ſignum probabile eſt Icon Et non econtra. Si autem Icon dicatur ſolum propoſitio probabilis quæ nō ſit ſignum. Tunc Icon & ſignum ſunt diuerſa: Similiter ſi capiatur ſignum in genere. Aliqua ſigna ſunt quæ non ſunt Icones/neq; propoſitiones probabiles: P. Declara huius ſyllogiſmi uirtutē B. Syllogiſmus Enthimematicus/ſi fiat ꝑ ſignum in prima figura: eſt inſolubilis/hoc eſt bene concludit ſemper/Vt omnis mulier habens lac peperit/uel uicina eſt partui. Sed hæc habet lac. Igitur. In ſecunda per ſignum fit ſyllogiſmus ſolubilis/Quia non tenet ex eo quia ꝓcedit ex duabus affirmatiuis. Sic Omnis pariēs eſt pallida. Sed hæc eſt pallida. Igitur eſt pariens/Nō ſequitur: Non fit ergo ſyllogiſmus in ſecunda figura. In tertia figura etiam non bene quadrat/Vt ſi dicerem Pytacus/hoc eſt talis Philoſophus/Vel homo eſt liberalis/Ex eo quia eſt ambitioſus/& ambitioſi ſoleant eſſe liberales/Nō.n. ſequit. Pytacus ē liberalis: Pytacus eſt ambitioſus. Igit ambitioſus eſt liberalis. Vides q̄ non bene ꝑ ſignum quod eſſe ambitioſum infertur ēt liberalem eſſe de Pytaco mitileno Qui fuit unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus/forſan ambitioſus/nec tn̄ liberalis. P. Quid uocabulo prodigium hic accipitur: B. Quando per ſignum infertur aliquid de aliquo regulariter/Vt in prima figura: Illud ſignum uocatur prodigium a Philoſopho: quia ſcire facit. Prodigium.n. indicat aliquid futurum/Sed malū Iccirco melius eſſet tale ſignum uocare oſtentum/eo q̄ oſtendat & ſignificet pro certo non ſolum malum/Sed ſiue dilectu bonum/uel malum P. Differt necne Enthimema a ſyllogiſmo. B. Quando ponit una premiſſa uocatur Enthimema/Quando utraq; ſyllogiſmus/Semper tamen concludit in quantum ſyllogiſmus: P. Vario modo ex

[illegible] ſyllogiſmus? B. Si in antecedente ponatur ſubiectum concluſionis [illegible] maior: quæ conſtituenda eſt ex medio & predicato concluſionis. Si autem in antecedente ponatur predicatum concluſionis: tunc ſupplenda eſt minor: quæ conſtituit ex medio & ſubiecto cōcluſionis: Exemplum prioris. Homo eſt animal. Igitur homo eſt ſenſibilis. [illegible] maioris ſubintellectæ. Omne animal eſt ſenſibile. Exemplum alterius. Homo eſt albus. Ergo animal ē albū. Tenet [illegible] minoris ſubintellectæ. Omnis homo eſt animal.

## De Syllogiſmo Inſtantiali. Cap. XXVIII.

[illegible] Syllogiſmo inſtantiali accipitur. B.

I[illegible] eſt [illegible] per quam [illegible] contrariæ uel cōtradictoriæ oppoſitionis [illegible] aliquid nobis aſſertum [illegible]. Syllogiſmus inſtantialis [illegible] eſt diſcurſus per quem contra aliquid nobis propoſitum [illegible]. P. Colligo quod inſtare eſt inſiſtere, urgere [illegible] opponere & obiicere & quaſi repente [illegible] oſtendere. B. Recte. Sed inſtantia [illegible] tertium eſt uniuerſalis [illegible] particularis. [illegible] contra quod fit inſtantia ſemper eſt [illegible] uniuerſalis. P. [illegible] figura huiuſmodi ſyllogiſmus formari poteſt. B. Syllogiſmus [illegible] in prima figura: [illegible] in tertia. Neque [illegible] uniuerſaliter affirmatiue [illegible] eſt eandem diſciplinam: poterimus inſtare & opponere negatiue [illegible] ſic. Nullorum oppoſitorum eſt eadem diſciplina. Sed oīa [illegible] Igitur nullorum contrariorum eſt eadem diſciplina. Contra [illegible] particulariter in tertia figura opponere ſic: Nullius gnoti & ignoti eſt eadem diſciplina. Sed notum & ignotum ſunt contraria. Igitur aliquorum contrariorum [illegible] eadem diſciplina. Si autem nobis illatum fuerit uniuerſaliter negatiuum: Nullorum [illegible] eandem diſciplinam: poterimus primo per uniuerſalem affirmatiuam [illegible] ſic. Omnium oppoſitorum eſſe eandem diſciplinam. Sed omnia [illegible] ſunt oppoſita. Igitur oīum contrariorum eſt eadem diſciplina. Contra eandem uniuerſalem negatiuam: particulariter inſiſtere poſſumus in tertia figura ſic. Cuiuſlibet [illegible] uel ſanitatis & ægritudinis eſt eadem diſciplina. Sed illæ ſunt contraria. Igitur aliquorum contrariorum eſt eadem diſciplina: P. Cur inſtantiæ non fiunt in ſecunda figura: B. In ſecunda figura quia non poteſt concludi niſi negatiua [illegible] affirmatiue. Non ergo fiunt inſtantiæ euidentes per ſecundam figuram dicit Philoſophus: P. De inſtantia ex hippoteſi: B. Fit quoq; inſtantia ex hippoteſi p locum ab oppoſitis. Vt ſi ex hoc. Omne gaudium eſt bonum. Inferrē: Omnem triſtitiam ē malam. Hoc autem eſt manifeſte falſum. Igitur: P. Per locum a ſimili fieri ſolet: B. Fit quoq; per locum a ſimili. Vt ſi propoſuerit punctum eſſe partem lineæ. Inſtabis ſic. Sicut ſe habet punctus ad lineam. Sic linea ad ſuperficiem. Sed

linea non eſt pars ſuperficiei. Igitur nec punctus lineæ. P. Fit necne & aliis modis. B. Fit quoq; inſtantia per locum ab authoritate & aliis modis. Sed ſatis ſit dictum de ſyllogiſmo inſtantiali. P. De ſyllogiſmis modalibus.

## De Syllogiſmis modalibus. Et primo de mixtis ex neceſſario & de ineſſe. B. Cap. XXIX.

Syllogiſmorũ alii de ineſſe. Alii modales. Modalium uero alii modales puri. Alii mixti. Mixtorum item alii mixti cum modo neceſſitatis. Alii cum modo contingenti. Syllogiſmi modales puri [illegible] fiunt. Reducũturq; qbus & illi de ineſſe: Syllogiſmi modales mixti cum modo neceſſitatis differunt ab illis qui ſunt [illegible] P. De mixtis cum nota neceſſitatis primo dicendum. B. De ſyllogiſmis [illegible] de neceſſario ponuntur infraſcriptæ concluſiones. Prima eſt in modis uniuerſalibus primæ figuræ. Videlicet in A A A. & in E A E. exiſtente maiore de neceſſario & minore de ineſſe. Sequitur concluſio de neceſſario: Quia ſi omne B. eſt neceſſario A. Et omne C ſit B: Omne C. eſt neceſſario A. ſit B. Coloratum ſit A. Quale ſit C. Album. Similiter. Si nullum B. eſt neceſſario A. Et omne C. ſit B. Nullum C. eſt neceſſario A. Sit B. Lapis. Sit A animal. Sit C. Saphirus. Et ſunt ſyllogiſmi perfecti qui regulantur per dici de omni & de nullo. Secunda concluſio. In eiſdem modis primæ figuræ ex maiori de ineſſe & minori de neceſſario non ſequitur concluſio de neceſſario. Ut ſi arguamus ſic. Omne animal mouetur. Omnis homo neceſſario eſt animal. Igitur omnis homo neceſſario mouetur. Similiter fieret in celarent. Tertia concluſio. In modis particularibus ſi premiſſa uniuerſalis fuerit de neceſſario. Infertur concluſio [illegible] Si uero particularis fuerit de neceſſario. non infertur concluſio de neceſſario. Pone per. A. B. C. Non. n. ſequitur in Darii. Omne B. eſt A. Aliquod C. eſt neceſſario B. Igitur aliquod C. eſt neceſſario A. Quia maior poſſet eſſe contingens. Sed ſi maior fuerit de neceſſario: tunc ſequetur. Similiter in ferio. P. Fiunt ne [illegible] ſecunda figura: Be. Quarta concluſio uel regula. In ſyllogiſmis uniuerſalibus ſecundæ figuræ. negatiua exiſtente de neceſſario. Cõcluſio erit ſimiliter de neceſſario. Si uero affirmatiua fuerit de neceſſario. Non ſequitur concluſio de neceſſario. Pone literas & uerbis. Quinta concluſio uel regula. In modis particularibus ſecundæ figuræ uniuerſali exiſtente de neceſſario. Sequitur concluſio de neceſſario: Sexta cõcluſio uel regula. In A O O. ſeu barocho. quæcunq; premiſſarum fuerit de neceſſario. Non oportet concluſionem eſſe de neceſſario. P. Si fuerit in tertia figura: B. Septima regula: Si in tertia figura. utraq; premiſſarum fuerit uniuerſalis. tunc quæcunq; illarum fuerit de neceſſario. Et concluſio erit de neceſſario: Octaua regula. In ſyllogiſmis uniuerſalibus negatiuis eiuſdem figuræ: Si negatiua fuerit de neceſſario: & concluſio erit. Si autem affirmatiua fuerit de neceſſario. Non oportet ut concluſio ſit talis. Nona regula. In modis particularibus eiuſdem prima uniuerſali exiſtente de neceſſario. concluſio erit ſimiliter de

neceſſario. Si autem premiſſa particularis fuerit talis, non oportet concluſionem eſſe talem. Decima regula. In ſyllogiſmis particularibus negatiuis: ſi uniuerſalis fuerit de neceſſario, Et concluſio. Si autem uniuerſalis affirmatiua uel particularis negatiua fuerit de neceſſario: non ſequitur concluſio de neceſſario. In bocardo igitur quæcunque fuerit de neceſſario, non oportet cõcluſionem eſſe de neceſſario. Probationes horum pretermittimus: P. Infero eiuſmodi corrolaria. Syllogiſmus nõ dicitur de ineſſe, niſi utraque premiſſarum fuerit de ineſſe. Sed erit ſyllogiſmus de neceſſario altera exiſtente tali. Si cõcluſio ſit de ineſſe, oportet ſaltẽ alterã premiſſarum eſſe talẽ. Et ſi cõcluſio fuerit de neceſſario, Oportet ſimiliter alterã premiſſarum eſſe talẽ. Cõcluſio nequit eſſe de neceſſario neutra premiſſarum exiſtẽte tali. Neque de ineſſe ſimiliter. Declarentur magis dictæ regulæ.

## Declaratio quædam circa prædictas regulas. B. Cap. XXX.

ENunciatio quædam de ineſſe ſimpliciter, cuius predicatum ſemper cõuenit ſubiecto: & eſt ſemper uera: Quædam eſt de ineſſe ut nunc, cuius predicatum aliquando conuenit ſubiecto. Vt ſunt omnes enũciationes de materia contingenti. Enunciationum modalium de neceſſario, Aliæ ſunt de ſenſu diuiſo: aliæ de ſenſu compoſito. Modales de ſenſu compoſito æquipollẽt ſingularibus. Vnde ex ipſis potius fieret ſyllogiſmos expoſitorius. Nam bene ſequitur in prima figura: Omnem hominem eſſe animal eſt neceſſe. Aliquod uerum eſt hominem eſſe animal. Igitur aliquod uerum eſt neceſſarium. Sic poteſt formari in ſecunda & tertia figura. Regulæ ſuperius poſitæ intelliguntur de modalibus de neceſſario in ſenſu diuiſo, nõ compoſito. Licet aliqui tenuerint contrarium. Regulæ item ſuperius poſitæ loquũtur indifferenter tam de illis quæ ſunt de ineſſe ſimpliciter quam de illis quæ ſunt de ineſſe ut nunc. Dũmodo ſubiecto concluſionis reſtringatur ne arguatur a minus amplo ad magis amplum: Si n. formetur talis ſyllogiſmus. Neceſſe eſt omnem hominem eſſe animal. Sed omne currẽs eſt homo: Igitur neceſſe eſt omne currẽs eſſe animal. Hic progreſſus ſi ſit de ſenſu compoſito, nõ ualet conſequentia. Si uero fuerit de ſenſu diuiſo, conſequentia erit bona. Cuius talis eſt ſenſus. Omnis homo neceſſario eſt animal. Omne currens (uidelicet ut nunc) eſt homo: Igitur omne currens uidelicet pro nunc neceſſario eſt animal.

## De diſtinctione contingentis & de conuerſione propoſitionum de contingenti. P. De contingenti cupio aliquid addiſcere: B. Cap. XXXI.

COntingens interdum conuertitur cum poſſibili. Et uocatur contingens late, ſiue commune: tam contingenti neceſſario quam non neceſſario: Et ſic etiam neceſſaria contingunt: quia neceſſaria nõ ſunt impoſſibilia: ſed poſſibilia. Interdum contingens accipitur pro eo quod neque eſt neceſſe eſſe neque impoſſibile eſſe. Et ſic eſt in uſu communi. Cõtingens

tiū ſecundo modo/ Aliud eſt contingens natū/ quia fit in pluribus Sicut hominē cane ſcere contingit. Quia licet non ſit neceſſarium/ quia neq ipſum hominem eſſe/ eſt neceſſarium: Neq ſit impoſſibile. Tamē homo eſt natus ſaltem in ſenectute ad talem cōditionem. Ideo uocatur contingens natum. Quia ad id homo ex ſui natura inclinat. Aliud eſt contingens infinitum/ hoc eſt ad neutram partem determinatum. Sed eſt indifferens ad eſſe/ uel non eſſe/ Sicut ſunt ea quæ ſubſunt ſolo imperio uoluntatis liberæ. Et ſic omnia quæ fiunt reſpectu uoluntatis diuinæ/ ſunt contingentia infinita. Ea uero quæ nos ſponte facimus/ ſunt reſpectu noſtri indeterminata/ Vt ſcribere/ uel non ſcribere. Legere/ uel non legere: Et omnia fortuita & caſualia. P. Formenſ conſequentiæ. B. Ab Enunciatione cōtingenti ſecundo modo ſumpto/ qd' neq eſt neceſſe eſſe/ nec impoſſibile eſſe. uniuerſalis affirmatiuæ/ eſt bona conſequentia/ ad uniuerſalem negatiuam in eiſdem terminis/ Et econuerſo. Vt ſi contingat omnem hominem diſputare Etiam contingit nullum hominem diſputare/ Et econuerſo. Similiter ex particulari affirmatiua infertur particularis negatiua/ Et econuerſo. Vt ſi contingat aliquem hominem diſputare/ Etiam cōtingit aliquem non diſputare Et econuerſo. P. Quomodo conuertuntur: B. Omnes propoſitiones affirmatiuæ de contingenti/ conuertuntur ſicut & illæ de ineſſe & de neceſſario. Vt omne B/ contingit eſſe A. Igitur aliquod A/ cōtingit eſſe B/ Sic particulariter. Propoſitiones negatiuæ de contingenti alto/ ſeu poſſibili/ conuertuntur ſicut & illæ de ineſſe. Et hoc capiendo contingens pro poſſibili neceſſario/ Vt ſi contingit/ hoc eſt neceſſe ſit/ nullum hominem eſſe æquum/ Etiam contingit hoc eſt neceſſe eſt/ nullum æquum eſſe hominem. P. Bifariam poteſt intelligi conuerſio modalium/ Vno modo q modus predicet de dicto/ Vt Hominem currere eſt contingēs. Et in altera dictum de modo/ Vt contingēs eſt hominem currere. Alio modo/ ut ex predicato dicti fiat ſubiectum dicti/ & ex ſubiecto predicatum: De qua conuerſione modalium hic fit ſermo. B. De altera & poſteriori conuerſione hic loquimur/ ut patuit & patebit in exemplis: P. Quid de uniuerſali negatiua & particulari: B. Vniuerſalis negatiua de contingenti ad utrumlibet/ ſiue de contingenti non neceſſario/ non cōuertitur ſimpliciter/ Sed per accidens/ uel in oppoſitam qualitatem. Sed particularis negatiua/ conuertitur in particularē negatiuam. Prior particula probatur/ Quia ſi uniuerſalis negatiua de tali contingenti/ conuerteret ſimpliciter: etiam uniuerſalis affirmatiua conuerteretur ſimpliciter. Nam a negatiua uniuerſali/ ad affirmatiuam uniuerſalem/ cum contingit/ ualet conſequentia Et econuerſo. Nam ſi ad hanc/ Nullum hominem contingit eſſe album ſequeretur hæc/ Nullum album contingit eſſe hominem: cum ex antecedente illo ſequatur hæc/ Omnem hominem contingit eſſe album: Tunc ad illam quam dicis conuertentem/ Videlicet nullum album contingit eſſe hominem/ ſequeretur hæc uniuerſalis affirmatiua/ Omne album contingit eſſe hominem/ Et ita illa affirmatiua/ Omnem hominem contingit eſſe album/ Conuerteretur in hanc/ Oē album contingit eſſe hominem: Quia illa negatiua/ Nullum hominem cōtingit eſſe album/ æquiualet huic affirmatiuæ/ Omnem hominem contingit eſſe album. Et ſic dicitur conuerti in oppoſitam qualitatem: Quia ergo uniuerſalis affirmatiua nequit

conuerti

conuerti ſimpliciter/nec illa negatiua ſibi æquiualens poterit cõuerti ſimpliciter in termi nis/Et aliqui cautius formant uniuerſales negatiuas de contingenti/Sic: Videlicet/Cõ tingit nullum A/eſſe B:ne uidea ur modus negatus/Vel ſic/Omne A/contingit non eſſe B/Senſus illius Nullnm A/ſeu hominem cõtingit eſſe B/ſeu albũ eſt talis:Si nul lus homo eſſet albus/hoc eſſet contingenter/& non neceſſario:Ergo ſi oĩs homo eſſet albus/id ẽt eſſet cõtingenter:Quia qđ cõtingenter nõ eſt/cõtingenter eſt:Et econtra P. Secundo illã uniuerſalẽ negatiuã/nõ cõuerti uniuerſaliter tranſponendo terminos ꝓbaṫ. Quia oĩs bona cõuerſio/eſt bona cõſequẽtia:Sed illa nõ eſt bona cõſequentiã/ Quia aliqd repugnat cõſequenti/qđ ſtat cũ ãtcedẽte/Huic nãq; Cõtingit nullũ albũ eſſe hominẽ Repugnat hæc Aliqđ albũ neceſſe eſt nõ eſſe hominẽ/Vt niuẽ & cignũ & unionẽ/Stãt ergo hæc ſimul/Vt nullũ hominẽ eſſe albũ/cõtingenter ſit uerũ/& tñ ꝙ aliqua alba neceſſe ſit nõ eſſe hominẽ/Vt ea quæ diximus.B. Accipe regulã. Q ñ aliqd repugnat cõſequenti/quod ſtat cũ antecedẽte/illa cõſequẽtia nõ eſt bona:P. Ter tio idẽ ꝓbat Philoſophus ſic:Ex oppoſito cõſequentis/põt inferri repugnãs antecedẽti ſed ex oppoſito talis cõſequẽtis/nõ iferṫ i cõpoſſibile illi ãtcedẽti/Probaṫ Quia ex hac q̃ eſt cõtradictoria cõſequẽtis Nõ contingit nullũ albũ eſſe hominẽ/nõ ſeqṫ oppoſitũ antecedẽtis/Puta aliquẽ hominẽ eſſe albũ/nõ cõtingit/ſed eſt neceſſe:Nã illa/Nõ cõ tingit nullũ albũ eẽ hominẽ/hẽt duas cauſas ſuæ ueritatis:Vna eſt Aliqđ albũ neceſſe eſt nõ eſſe hominẽ:Altera eſt Aliqđ albũ neceſſe eſt eẽ hominẽ:Sed a ꝓpoſitione ha bẽte plures cãs ueritatis/ad unã illarũ/cõſequentia nõ tenet.B. Infert ibi philoſophus regulã nõ reſpuẽdã huius uniuerſalis/Cõtingit oẽ album eſſe hominẽ:eſt cõtradicto ria hæc diſiunctiua. Neceſſe eſt aliquẽ hominẽ eſſe albũ. Vel neceſſe eſt aliqđ albũ non eſſe hominem/quæ diſiunctiua/includitur in illa negatiua: Non cõtingit nullum albũ eſſe hominem:Apponit & alteram non parui faciendam:Quot modis interimiṫ unũ oppoſitorum/tot modis uerificatum alterum.

De formatione Syllogiſmorum pure de contingenti in prima figura.

P. De Syllogiſmis pure de contingenti reſtat dicendum.B. Cap. XXXII.

EX utraq; uli affirmatiua de/cõtingẽti fit ſylls pfectus/iferẽdo ulẽm affirmatĩ uã de cõtingẽti:Et erit in Barbara. Si.n.oẽ B/cõtingit eẽ A/& oẽ C/cõtingit eẽ A/etiã oẽ C/cõtingit eẽ A. Silr ex uli negatiua/& uli affirmatiua in ſecũdo modo primæ figuræ/fit ſyllogiſmus pfectus:Vterq;.n.hoꝝ ſylloꝝ ordinaṫ per dici de oĩ/uel dici de nullo. Ex maiori uniuerſali affirmatiua/& minori uniuerſali negatiua/fit bonus ſyllogiſmus in tertia figura. Ex utraq; uniuerſali negatiua de contingenti/fit ſyl logiſmus uniuerſalis negatiuus de contingenti: Quia cõuerſa minore in oppoſitam qualitatem/fit ſyllogiſmus in ſecundo primæ figuræ. Et utraq; conuerſa in oppoſi tam qualitatem/fit in primo primæ. Maiore exiſtente uniuerſali & minore particulari/ ſiue utraq; ſit affirmatiua/ſiue utraq; ſit negatiua/ſiue altera affirmatiua. & altera nega tiua/fit bonus Syllogiſmus de puro contingneti Pone exemplum in A/B/C/Maiore

I

exiſtente particulari/qualitercunq; premiſſæ diſponantur penes qualitatem/non fit ſyl logiſmus ex puris de contingēti: P. Probat id Philoſophus. B. Rationes Philoſophi tres quibus id probat/pretermitto: Duo tamen corrolaria quæ infert ſupradictis regu lis addo. Vnum eſt Maiore non exiſtente particulari/ex puris propoſitionibus de con tingēti/qualitercunq; in qualitate diſpoſitis/hoc eſt uel q ambæ premiſſæ ſint affirma tiuæ/uel ambæ negatiuæ/ſemper ſequitur concluſio de contingenti in prima figura. Tamē ſi minor fuerit affirmatiua/fit Syllogiſmus perfectus: Si negatiua/imperfectus P. Ex hoc & aliis innuit Philoſophus ſyllogiſmos in tertio & quarto primæ/non eſſe omnino perfectos/Et quia negatio preſupponit affirmationē/primus modus erit abſo lute perfectus. B. Secundus erit primus in genere ſyllogiſmorum uniuerſalium nega tiuo℞. Tertius in genere particulariū affirmatiuo℞. Et quartus in genere ſyllogiſmo℞ particulariū negatiuo℞. Et ita oēs illi quatuor/poſſunt dici perfecti in genere ſuo: Com paratiue autem imperfecti. Secundū corrolarium eſt/q in ſupradictis regulis/capit con tingens pro contingenti ad utramq; partē/ſeu pro contingenti non neceſſario. P. For mentur in ſecunda figura/& tertia.

## De formatione Syllogiſmo℞ pure de cōtingenti in ſecūda figura. B. C.XXXIII.

EX utraq; de cōtingēti/ſiue fuerint affirmatiuæ/ſiue negatiuæ uniuerſa les/ſiue particulares/nō fit ſyllogiſmus in ſecunda figura. Primo quia nō poſſent reduci ad primā figurā/Nā uniuerſalis negatiua/non pōt cōuerti ſimplr. Secūdo qa inueniunt termini in qbus fierent/Vt aīal/ Hō/Albū/Et termi i qbus nō cōcluderēt Vt equus/Hō/Albū. P. Si militer ex puris uniuerſalibus de cōtingēti/nūq fit ſyllogiſmus in ſecū da figura. Quia uniuerſalis negatiua/nō pōt cōuerti in terminis/ſeu ſimplr: B. Etiā cō cluſio nō pōt inferri de ineſſe/ſi utraq; premiſſa℞ ſit de cōtingenti. Cōtingens accipit i ſecūda & tertia figura: ſicut & in prima. P: Ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis de cō tingēti/infert cōcluſio in Darapti/Nā minore cōuerſa p accidēs/erit ſyllogiſmus i tertio primæ. B. Eodēmodo ex duabus de cōtingēti/maiore uniuerſali negatiua/& minore uniuerſali affirmatiua/ſequit cōcluſio de cōtingenti in Felapton. Quia minore cōuer ſa p accidēs/erit ſyllogiſmus in Ferio. P. Ex utraq; negatiua de cōtingēti/fit bonus ſyl logiſmus/licet imperfectus/quia utriſq; cōuerſis in oppoſitā qualitatē/erit ſyllogiſmus in Darapti. Et ſi minor tm̄ cōuertat/erit ſyllogiſmus i Felapton. Ex utraq; de cōtingēti in modis particularibus ualet ſyllogiſmus/ſicut & in illis de ineſſe Intelligēdo de ſimili tudine/quoad quantitatē/nō quoad qualitatē. Quia in illis de ineſſe/minore/exiſtēte negatiua/nō fit ſyllogiſmus: Et eadē exiſtēte negatiua de cōtingenti/tenet ſyllogiſmus/ eo q pōt cōuerti i oppoſitā qualitatē: B. Ex puris negatiuis in modis particularibus hu ius tertiæ figuræ/nō fit ſyllogiſmus perfectus. Sed utraq; conuerſa/uel altera in oppoſi tam qualitatem/erit ſyllogiſmus bonus. Ex puris etiam particularibus/uel indefinitis non formatur ſyllogiſmus in omni materia tenens. P. De ſyllogiſmis mixtis.

## De formatione Syllogiſmorum mixtorum de ineſſe/& de contingenti/Et primo in prima figura.B: Cap.XXXIIII.

MAiore exiſtente de contingenti/cuius ſubiectum reſtringatur ad ſtan
dum pro his quæ ſunt/& minori de ineſſe/fit Syllogiſmus perfectus
concludens de contingenti ad utrumlibet. Maiore item exiſtente de
ineſſe ſimpliciter/& non de ineſſe ut nunc/& minore de contingenti
fit bonus Syllogiſmus/concludendo de contingenti capto pro poſſi
bili: Licet ſit imperfectus /tamen perfici poteſt.P. Cuiuſlibet bonæ
conſequentiæ/ſi antecedens eſt poſſibile/cōſequens etiā ſit poſſibile: Quia antecedens
non pōt eſſe ſine conſequente: Ex uno nihil ſequitur: Ex antecedente falſo/tñ poſſibili
nō ſequit̃ impoſſibile/Hæc colligunt̃ hic a Philoſopho. Sed ꝓſequere.B. Minore exi
ſtente negatiua de cōtingenti/uel utraq; negatiua/in prima figura fit Syllogiſmus mix
tus imperfectus/tñ perfectibilis ꝑ conuerſionem minoris in oppoſitam qualitatē. Mi
nore exiſtente negatiua de ineſſe/non format̃ ſyllogiſmus in omni materia tenens. In
modis uniuerſalibus maiore de ineſſe/& minore de contingenti/ſemper fit ſyllogiſmus
P. Similiter Maiore exiſtente uniuerſali ſiue negatiua/ſiue affirmatiua/& minore parti
culari affirmatiua de ineſſe/fit ſyllogiſmus in darii/uel in ferio.B. Maiore exiſtente uni
uerſali de ineſſe/& minore particulari de contingenti/ſiue utraq; ſit affirmatiua/ſiue utra
q; negatiua/ſiue una affirmatiua/altera negatiua fit ſyllogiſmus imperfectus/perfectibi
lis tamen. Minore exiſtente negatiua de ineſſe/uel maiore exiſtente particulari qualiter
cunq; premiſſæ diſponantur/non fit ſyllogiſmus in omni materia: P. In modis uniuer
ſalibus ſecundæ figuræ/uniuerſali exiſtente negatiua de ineſſe/& altera de contingenti.
ſequitur concluſio de contingenti. Ex utraq; negatiua altera de ineſſe/altera de contin
genti conuertendo in oppoſitam qualitatem perficitur. Ex uniuerſali negatiua de ineſſe
& particulari affirmatiua de contingenti/cōcluditur de contingenti poſſibili. Quia cō
uerſa ſimpliciter uniuerſali negatiua/fit ſyllogiſmus i ferio: B. In modis particularibus.
ſi ambæ fuerint negatiuæ/& uniuerſales fuerint de ineſſe fit ſyllogiſmus: qui per con
uerſionem illius de contingenti perficit̃: Non fit aliis modis ſillogiſmus ſic mixtus in ſe
cunda figura. In tertia figura/Ex utraq; uniuerſali affirmatiua/altera prout placuerit ex
ſtente de contingenti/concludit̃ de contingenti: quia conuertitur ad darii.P. Eodē mo
do ex utraq; uniuerſali. ſed maiore negatiua/& minore affirmatiua/altera exiſtente de
cōtingenti/ſequit̃ de contingenti/Et conuertet̃ ad ferio: B. Ex utraq; uniuerſali/mino
re negatiua de contingēti/ſiue maior fuerit affirmatiua/ſiue negatiua/fit ſyllogiſmus im
perfectus qui per conuerſionem minoris perficitur: P. Etiam ex utraq; uniuerſali & alte
ra particulari ſi utraq; fuerit affirmatiua/uel ſi uniuerſalis ſit negatiua/fit Syllogiſmus
reducibilis ad primam: B. Ex maiore particulari negatiua/& minore uniuerſali affirma
tiua/fit ſyllogiſmus. Ex una de ineſſe/& altera de contingenti/numq̃ concludit̃ de ineſſe.
Minore exiſtente negatiua de contingenti/fit Syllogiſmus in tertia figura: Quod nō
fit in illis de ineſſe. Neq; aliis modis fit talis mixtio in tertia.

## De formatione Syllogiſmorum mixtorum ex contingenti & neceſſario in tribus figuris.

P Miſceantur ſyllogiſmi de neceſſario & contingenti. B. Cap. XXXV.

IN mixtione de contingenti, & neceſſario, formatur ſyllogiſmus ſicut in mixtione de ineſſe & contingenti, Dummodo loco premiſſæ de ineſſe, ponatur illa de neceſſario. Maiore exiſtente de contingenti & minore de neceſſario, formatur ſyllogiſmus perfectus, Dummodo maior fuerit uniuerſalis, & minor non fuerit negatiua. Si utraq; premiſſarum fuerit affirmatiua concluditur de contingenti, & non de ineſſe, neq; de neceſſario. Et ſi maior fuerit affirmatiua de contingenti ad utrumlibet, concludetur de contingenti poſſibili: P. In modis negatiuis, ſi illa de neceſſario fuerit affirmatiua, concluditur de contingenti, & non de ineſſe, neq; de neceſſario. In modis negatiuis, ſi illa de neceſſario fuerit negatiua, concludi poterit de cõtingenti poſſibili. Et etiam negatiua de ineſſe. B. Ex minore negatiua de contingenti fit Syllogiſmus imperfectus, qui perficit' conuertendo eam in oppoſitam qualitatem. In modis particularibus primæ figuræ, negatiua exiſtente de neceſſario, poteſt concludi tam de ineſſe q̃ de contingenti poſſibili. P. Etiam in modis particularibus negatiuis ſi illa de neceſſario fuerit affirmatiua: & altera de contingenti ad utrumlibet: Sed ſi uniuerſalis affirmatiua fuerit de neceſſario, & particularis affirmatiua de cõtingẽti cõcludit' de cõtinẽgti. B. Oẽs cõbinationes utiles in mixtione de ineſſe & cõtingẽti, ſunt ẽt inutiles & mixtiõe de neceſſario & cõtingẽti, ſi loco illius de ineſſe (ut dictũ eſt) ponat' illa de neceſſario: Eſt tñ in hoc drĩa, q̃a ſi illa de neceſſaro fuerit negatiua, & altera de cõtingẽti affirmatiua, poterit cõcludi & negatiua de ineſſe, & negatiua de cõtingenti poſſibili Quod non fit in mixtione de ineſſe, & contingenti. Similiter, ex uniuerſali affirmatiua de contingenti, & uniuerſali negatiua de neceſſario, ſequitur in ſecunda figura. concluſio de ineſſe & de contingenti poſſibili. Necnon in modis particularibus ſecundæ figuræ, ſi maior fuerit uniuerſalis negatiua de neceſſario: & minor particularis negatiua de cõtingẽti; ſequitur cõcluſio de cõtingẽti poſſibili. Sed ex utraq; affirmatiua in tali mixtione nulla ſeq̃t' cõcluſio, Enimuero ex utraq; negatiua, Si uniuerſalis fuerit de neceſſario fit ſyllogiſmus imperfectus, q̃ p cõuerſionẽ illius de cõtingẽti in oppoſitã qualitatẽ, pficit': P. In tertia figura ex utraq; affirmatiua, ſequit' concluſio de cõtingenti tm̃, non aũt de ineſſe. Similiter ĩ modis uniuerſalibus negatiuis, qñ illa de neceſſario fuerit affirmatiua, ſequit' cõcluſio de contingẽti. Sed in modis uniuerſalibus negatiuis, ſi illa de neceſſario fuerit negatiua cõcludit' de ineſſe, & de cõtingẽti poſſibili: B. In hac figura ex tali mixtione nũq̃ infert' concluſio de neceſſario. Tñ ex minore negatiua de cõtingẽti fit ſyllogiſmus imperfectus. Sed ſi talis minor fuerit negatiua de neceſſario nõ fit ſyllogiſmus in oĩ materia. Verũ in modis pticularibus affirmatiuis ex una de neceſſario, & altera de cõtingẽti, concludit' ſolũ de cõtingẽti: P. In modis pticularibus negatiuis affirmatiua exiſtente de neceſſario, & negatiua de contingenti, concludit' ſolum de contingenti. Ad

ex eiſdem modis ſi illa de neceſſario fuerit negatiua: concluditur de ineſſe: & de contingenti poſſibili. B. Ex altera particulari & altera uniuerſali Si minor fuerit negatiua de contingenti: fit ſyllogiſmus imperfectus. Et in tali diſpoſitione ſi minor fuerit negatiua de neceſſario nihil ſequitur: Hæc breuibus (quæ Philoſophus prolixius declarat) noluimus obmittere omnino: neq; ſingula curioſius perſcrutari. Raro. n. huiuſmodi mixtionibus utimur.

## De Syllogiſmis hypotheticis & conditionalibus;

### Pe. Multa poſt Philoſophum quidam aſſerunt de Syllogiſmis hyppotheticis. Be. Cap. XXXVI.

SYllogiſmus hyppotheticus ſeu conditionalis: qui ex utraq; uel altera premiſſa hyppothetica ſeu conditionali conſtituitur dici ſolet: Sed cõditionalium aliæ dicuntur ſimplices: Aliæ compoſitæ: Pe. Quot modis formantur ſimplices: Be. Simplices quatuor modis formantur. Aut. n. utraq; cathegorica eſt affirmatiua: Vt ſi homo eſt Animal eſt: Aut prior eſt affirmatiua Et poſterior negatiua. Vt ſi aliquod animal ſit ſanum non eſt ægrum: Aut prior eſt negatiua: poſterior affirmatiua: Vt ſi non eſt ægrum Eſt ſanum: Aut utraq; negatiua: Vt ſi non eſt animal non eſt homo: Et ſic fiunt quatuor Syllogiſmi. Primus Si homo eſt animal eſt. Sed eſt homo. Igit eſt animal. Secundus Si hoc ſanũ eſt ægrum non eſt: Sed ſanum eſt. Igitur nõ ægrũ. Tertius Si hoc non eſt ſanum hoc eſt ægrum: Sed non eſt ſanum: Igitur eſt ægrum. Quartus: Si animal non eſt homo non eſt: Sed animal non eſt: Igitur homo non eſt. Pe. Poſſent ne aliter formari: Be. Alii quatuor poſſent fieri licet imperfecti per deſtructionem conſequentis. Primus ſic Si homo eſt animal eſt. Sed non eſt animal. Igitur non eſt homo. Secundus ſi hoc eſt ſanum hoc non eſt ægrum Sed hoc eſt ægrum Igitur non eſt ſanum. Tertius: Si aliquis numerus non eſt par: ille erit impar. Sed hic non eſt impar Igitur erit par: Vel ſic: Si dies non eſt nox eſt. Sed non eſt nox: Igitur erit dies. Tenet inter illa ex quorum affirmatione ſequitur aliquorum negatio & ex negatione affirmatio. Quartus Si non mouetur non currit: Sed currit: ergo mouetur: Pe. Quo pacto fiunt conditionales compoſitæ: Be. Fiunt etiam conditionales compoſitæ: quas aliqui ita formant. Si eſt homo: eſt animal Si eſt animal: eſt ſubſtantia. Vel ſic Si eſt homo eſt animal: Si eſt animal non eſt inſenſile. Aut ſic Si eſt homo non eſt brutum. Si non eſt brutum non eſt irrationale. Aut ſic Si non eſt rationale eſt irrationale. Si eſt irrationale eſt brutum. Aut ſic Si non eſt ſubſtantia: eſt accidens. Si eſt accidens non eſt per ſe ſubſiſtens. Aut ſic Si non eſt ſubſtantia non eſt per ſe ſubſiſtens: Si non eſt per ſe ſubſiſtens (& ſit) eſt alteri inhærens. Vltimo modo. Si non eſt homo non eſt admiratiuus. Si non eſt admiratiuus nõ eſt riſilis. Aliq ſic perducũt: Si ſit A cũ ſit B ẽ C. Alio mõ Si ſit A cũ ſit B nõ ẽ C. Itẽ ſi ſit A cum non ſit B eſt C. Itẽ ſi ſit A cũ nõ ſit B nõ ẽ C Quito mõ

Si non ſit A. cum ſit B. eſt C. Item ſi non ſit A. cum ſit B. non eſt C. Septimo. Si non ſit A. cum non ſit B. eſt C. Vltimo ſi non ſit A. cum non ſit B. non eſt C. Pe. Aliqui ponunt figuras plures horum ſyllogiſmorum: Be. Solent ponere tres figuras conditionalium. Primam uocant. Quando conſequens prioris non uariatum eſt antecedens conſequentis. Vt dum ſit progreſſus a poſitione primi antecedentis ad poſitionem ultimi conſequentis. Et a deſtructione ultimi conſequentis ad deſtructionem primi antecedentis. Sic & ſecundam afferunt figuram, ac tertiam pro arbitrio ſuo. Verum inuentio horum ſyllogiſmorum ſimilis eſt inuentioni trium modorum [illegible] uel quinque primae figurae. Sicut ergo Eudemus & Theophraſtus nihil illa inuentione, Sic neque Boetius & quiſquis alius fuerit hac nobis inuentione profuerint. Non ſunt niſi quatuor diſcurſus perfecti: Non ſunt utiles ſyllogiſmi niſi quatuordecim. Nemo uel in hac addidit quicquam Ariſtoteli. Quod uel in hac materia ipſe non tetigit, addere potuit nemo: Pe. Omnes ſyllogiſmi & diſcurſus, poſſunt eſſe hyppotetici. Nam primum primae figurae faciam conditionalem ſic. Si omne animal eſt ſenſile. Et omnis homo ſit animal. Omnis homo erit ſenſilis. Sic in ſecundo & aliis: uidentur omnes ſyllogiſmi conditionales. Et uidebit eos praeſupponere cathegoricos: Nec aliter fieri poſſe Hypotetica. n. componitur ex cathegoricis: Be. Diſcurſus conditionales poſuit Phyloſophus quando ſyllogiſmum diffiniuit, ut ſit oratio in qua quibuſdam poſitis oportet aliud euenire. Qui ablatiuus exponitur per ſi quando & quia. Sed conditionalis ſicut nihil ponit in eſſe ita nil affirmat determinate nilque probat: Vnde ſolent relinquere conditionem & exponere per quia. Sic. Si homo eſt. Animal eſt: Sed eſt homo igitur eſt animal: Ac ſi diceret: Non ſatis eſt ad affirmandum dicere ſi eſſe eſt. Sed oportet dicere: quia eſt A. ideo eſt B. Vnde haec. Si omne animal eſſet lapis. Omne animal eſſet ſenſile. Non poteſt exponi per quia, ſed ſolum per ſi, & quando: Diſcurſus itaque conditionales non ſunt noui. Aut alii ab illis quos diuino illo ingenio ad inuenit Ariſtoteles: Pe. Conditionalis quoque potius docet diſcurrere quam diſcurrat. Dicit. n. Si propoſueris talia ſequuntur talia. Et ſpectat potius ad ſecundam operationem animi quam ad tertiam: Be. Recte ſentis. Quare igitur illo excellenti ingenio Philoſophus non diſtinxit, neque tu diſtinguere cures: Non ſunt ergo alii diſcurſus hyppotetici a cathegoricis. Sed illi idem alio modo conſiderati: De ſyllogiſmis itaque id ſentiendum eſt quod Philoſophus ipſe ſenſit & docet. Non ſunt niſi tres figurae. Et modi quatuordecim: Pe. Vt nil huic libello deſit aliquid de ſyllogiſmo demonſtratiuo breuibus afferatur.

De ſyllogiſmo demonſtratiuo: Et primo de ipſius ac ſcientiae definitione, & uariis acceptione prioris, & cauſe. Be. Cap. XXXVII.

Emonſtratio eſt ſyllogiſmus quo non ſuſpitio non opinio aut fides, quia fides eſt cognitio certa non euidens: Sed ſcientia proprie accepta in nobis gignitur. Eſt itaque inſtrumentum & modus ſciendi proprie: Pe. Quid nomine ſcientiae hic accipitur: Be. Scientia hic (non eſt quaeuis et certa,

[illegible] ipſo lumi [illegible] quæ [illegible] & neceſſariam [illegible] huiuſcemodi [illegible] cognoſcimus: P. Ergo [illegible] contingit per effectum [illegible] cauſam & per cauſam effectum: B. Sic [illegible] per effectum [illegible] a poſteriori: & Q uia: Videlicet ex [illegible] cauſas [illegible] modus ſciendi, uidelicet [illegible] a priori [illegible] P. Omne quod ſcimus (ut mihi uidetur) a [illegible] Na [illegible] ſimpliciter. Et quandoque [illegible] & ſimpliciter notiora [illegible] quoad nos & [illegible] a priori quoad nos. [illegible] ſimpliciter a priori [illegible] a poſteriori [illegible] ſimpliciter a poſteriori & ſecundum [illegible] quid a [illegible] per [illegible] propter quid re: B. Non ſatis eſt ſcire per cauſam [illegible] ſed per neceſſarium [illegible] Igitur quando fit demonſtratio a priori [illegible] demonſtrationis [illegible] Q uando [illegible] demonſtratio a poſteriori [illegible] per effectum [illegible] ſunt uere [illegible] ſimpliciter [illegible] ad nos [illegible] Fiunt ne demonſtrationes alio modo a poſteriori q̄ per effectum: B. Fiunt interdum de [illegible] V [illegible] ſubiicibile, ex eo quia [illegible] & [illegible] quatur. Vel ſi oſtend [illegible] ſphæricam, ex eo q̄ lumen eius augetur ſphærice: uel q̄ ipſa lumen recipiat a Sole, ex eo q̄ ea parte qua [illegible] demonſtrationes [illegible] Q uia & quaſi a poſteriori & non propter quid. Si etiam fiat diſcurſus a cauſa remota ad effectum: Ut ſi oſtendamus aliquid non reſpirare ex eo q̄ non eſt animal: & non ex eo quia non habet pulmonem [illegible] demonſtratio Q uia [illegible] non propter quid. Vel nullo modo eſt demonſtratio: Q uia nō ſequitur neceſſario [illegible] animal [illegible] reſpirat. Nō ergo [illegible] non reſpirat quia non eſt animal. P. An per omne genus cauſæ poſſit fieri demonſtratio [illegible] per ſyllogiſmum perfectum [illegible]

## Cap. XXXVIII.

Q[illegible] cauſæ genere [illegible] cauſatum ſua [illegible] principia [illegible] oſtendi propriam cauſam [illegible] a priori. Et contra a poſteriori: P. Q uando [illegible] aliquid [illegible] B. Tunc effectus ſeu cauſatum perfecte [illegible] quando per [illegible] cauſam in quolibet genere oſtenditur: P. An opus ſit ſyllogiſmo ad cognoſcendum hoc per illud: B. Q ui cauſam aſſignat alicuius effectus ſyllogiſmo ſaltem tacite & implicite ſemper utitur. Nam qui dicit [illegible] Luna Eclypſatur [illegible] terra interponitur [illegible] Q uandocunque [illegible] inter Solem &

[illegible] Luna eclypſatur [illegible] cauda Draconis & Luna in oppoſito [illegible] inter Solem & Lunam [illegible] Luna eclypſatur [illegible] potiſſimum demonſtrantur. B. [illegible] demonſtratio [illegible] ſit in primo modo primae figurae [illegible] non eſſe in ſecundo modo [illegible] demonſtratio [illegible] oſtenſiuum. Ex quo ſit p ſyllogiſmum [illegible] ad [illegible] ductum eſt. R. Multi credunt ſe ſcire [illegible] habere [illegible] qua uere non [illegible] Q [illegible] ſcire. [illegible] Negationis una. Vt nil ſcire [illegible] Et [illegible] Vt de [illegible] putant ſe ſcire. A quibus [illegible] duplex [illegible] Q [illegible] ignorantia diſpoſitionis [illegible] B: Duobus. Ex ſyllogiſmo [illegible] Falligraphia [illegible] paralogiſmus [illegible] Q [illegible] illi Syllogiſmi [illegible] Si ignorantia diſpoſitionis [illegible] ſyllogiſmo falſa [illegible] [illegible] falligraphia. Si autem [illegible] ſyllogiſmo [illegible] deductio paralogiſmum quia ſyllogiſmus [illegible] & non [illegible] monſtrando eſt inſtrumentum [illegible] ſyllogiſmus [illegible]

Demonſtratio non ſit per ſyllogiſmum Circularem [illegible] accipiendum [illegible] B. Cap. XXXIX.

S [illegible] in cauſis p ſe & eſſentialiter [illegible] non [illegible] Nā ſi A. eſt cauſa B. ipſum B. Non poteſt eſſe cauſa A. in eodem genere cauſae. Neq; in infinitum [illegible] Q [illegible] non [illegible] cauſa prima [illegible] Q [illegible] Q [illegible] quia [illegible] nō eſt prima [illegible] prius [illegible] neq; in demonſtrationibus. Sed [illegible] ulterius per priora non demonſtrantur, neq; poſteriora poſſunt reſpectu eorum cu dere priora. Q [illegible] eſſentialiter & neceſſario [illegible] impoſſibile [illegible] eſſe poſteriora. Non oportet igit demonſtrare A. p B. & [illegible] ſic demonſtraremus A. per A. & idem p ſeipſum. Vt homo eſt riſibilis: Q [illegible] eſt riſibilis. Pe. Solet demonſtrari unum per aliud [illegible] igitur [illegible] in di uerſo genere cauſarum ſit demonſtratio A. per B. & B. per A. Nam ſicut deambulatio ſiue corporis exercitatio efficit ſanitatem [illegible] demonſtratur in genere cau ſae efficientis. Et ſicut ſanitas eſt cauſa finalis deambulationis [illegible] exercitatio nis. Sic deambulatio poteſt per illam demonſtrari in genere cauſae [illegible] Neq; tamē demonſtrat A. per A. quia A. reſpectu A. nullo modo eſt cauſa. Q [illegible] eodem ge nere nec in alio. Pe. Oſtendimus ſeu oſtendere ſolemus cauſam per effectum: Et con tra effectum per cauſam. Vbi etiam uidetur fieri circulus. B. Altercantur de hoc uiri Illuſtres: Nam aliqui preſupponendo [illegible] nihil poſſe demonſtrari niſi ex notioribus

ipſi demonſtranti / dicunt / ſi per effectum qui eſt notior nobis / oſtenderemus cauſam ignotiorem nobis / non poſſemus regredi ad oſtẽdendum effectum p cauſam / Quia id repugnat ipſi demonſtratiuo proceſſui / de cuius natura eſt ut procedat ex notioribus ipſi demonſtranti / Cauſa uero tunc ignotior eſſet. Aliis uidetur cõcedendum talem circulum / Quia philoſophus eum docuit / & ipſo uſus eſt / & in diuerſis ſciẽtiis & in eadẽ Non autem ueriſimile eſt q̄ tradidiſſet precepta quæ nullibi ueritatem ſortirentur / Et preſertim quia & ipſe uſus eſt eiuſcemodi preceptis. Neq; ex hoc ſequitur ut ſit demonſtratio circularis / Quia quando unus progreſſus eſt a poſteriori / alter a priori / non eſt proprie circulus / Quia non eſt uniformis regreſſus. P. Philoſophus ipſe. viii. phi. per æternitatem motus / ꝓbat a poſteriori æternitatem motoris / Et deinde in fine eiuſdem libri per æternitatem motoris / ꝓbat æternitatem motus. Et primo Po. dicit nos poſſe per non ſcintillare / demonſtrare planetas eſſe nobis propinquiores / Et iterum per hoc q̄ ſunt prope / eos non ſcintillare / & lunam eſſe ſphericam / quia ſpherice illuminatur. Deinde per id quia eſt ſpherica iccirco ſpherice ſuſcipere lumen. Et ſecundo de cœlo / per dextrum oſtendit principium motus / Et ecõtra per principium motus oſtẽdit dextrũ Sed ego tua cupio audire. B. Vtriq; ſi recte intelligantur / recte ſenciunt. Pro cuius rei intelligentia pono has concluſiones Prima eſt / Si omnis demonſtrans (ut uidet̃ dicendum) procedat ex notioribus ſibi. quando per effectum / demonſtrat cauſam / non poteſt illico regredi / ut per cauſam demonſtret effectum / Quia ꝓgrederetur ab ignotioribus ſibi. Quod diſcurſui demõſtratiuo. ſtante illo preſuppoſito / repugnat. Secũda concluſio: Si cui cauſa eſſet notior effectu / ut in Mathematicis quæ dicuntur eſſe in primo gradu certitudinis non poſſet regredi ab effectu ad cãm / ex quo eſt ſibi effectus ignotior / & opporteat ex notioribus demonſtranti procedere. Tertia concluſio: Quia viſo effectu / non ſtatim cauſam agnoſcimus / ſed admirantes per uarios progreſſus (ut ipſæ philoſophus teſtatur) eam inquirimus: & tandem inuentam multis uiis & experientiis eam eſſe illius effectus cauſam preciſam & adæquatã limpido cernimus / & tũc ab illa ad effectum optimo iure procedimus / Sicuti Chriſtiani credunt Euangelio. q̃a credunt Eccleſiæ: Deinde credunt eccleſiæ / quia Euangelio. Et ſicut Samaritani Chriſto propter uerbum mulieris: Deinde propter Chriſtũ ipſi mulieri credebant / Dicimus n. ſicut & ipſi dixerunt / etiam ſi nunq̃ uidiſſemus eclypſim tot ſunt aliæ experientiæ quibus agnoſcimus interpoſitionem eſſe cauſam / & ita regredimur. Quarta concluſio / Quia demonſtrare / non eſt per cauſam effectum eſſe oſtendere / quia ante cognitionem cauſæ / noueramus effectum: Sed eſt tali effectui cauſam cur ſit aſſignare: Et hoc eſt per cauſam ſcire / quod eſt cauſam effectus habere / non curãdo ſi notior ſit nobis / uel ignotior / modo ſit cauſa euidenter certa / & adæquata / Qua poſita ponatur effectus / & remota remoueat̃ / Et affirmatio cauſæ ſit affirmatio effectus / Et negatio illius ſit negatio effectus. Quinta concluſio / Inuenta cauſa / poſſumus ſic procedere / Quandocunq; talis effectus eſt / etiam illa cauſa ut ſit oportet / Et ecõtra. Deinde alium progreſſum apponere. Licet quandocũq; eclypſis eſt / etiam interpoſitio corporis opaci ſit / Et econtra Tamen non eſt eclypſis cauſa interpoſitionis: Sed interpoſitio eſt cauſa eclypſis. Sexta

concluſio/ Poſſet aliquis prius uidere interpoſitionem q̃ eclypſim/ uel utrūq; ſimul Vt patet in quodam exemplo philoſophi/ Et neſcire alterum illorum eſſe cauſam/ alterum effectum/ & tunc non diceretur ſcire niſi progrediatur hoc effectum/ illud uero cauſam oſtendendo. Septima concluſio/ Quia licet interdum teſte Comentatore: ſecūdo Phi. cognoſcimus rem a poſteriori Vt puta/ per eclypſim/ interpoſitionem: Et deinde eandem interpoſitionem cognoſcimus a priori/ Puta interpoſitionem terræ inter ſolem & lunam/ per hoc quia ſol eſt in capite draconis/ & Luna in cauda/ Aut cōtra/ Tamen iſte non eſt proprie regreſſus: ſed forſan occaſio regrediendi/ Nam nota illa cauſa a priori/ poſſumus ab illa regredi ad effectum propter illud adminiculum appoſitum. Itaq; oſtenſa per effectum cauſa/ non poſſumus ſtatim regredi a cauſa ad effectū Sed habita de cauſa illa notitia a priori/ poterimus per eam tāq̄ iam notiorem concludere effectū. Hæc de regreſſu. P. Philoſophus ſecundo poſteriorum/ uidetur demonſtrationē circularem approbare/ ita dicendo/ Quemadmodum uidemus aliquorum eſſe generationem circularem reciprocam/ & mutuam. ita & demonſtrationem eorū oportebit reciprocam conſpicere. Quam Hermolaus obambulatoriam uocat/ quaſi remeantem/ & circulo procedētem/ In rebus autem manifeſta eſt circularis generatio. Nam depluta terra/ attolluntur uapores: qui deinde denſantur in nubem: Et illa rē ſoluitur in pluuiam: Tandem terra iterum erit depluta: Incipe a quocūq; illorum malueris/ uidebis remeationem manifeſtam/ & reciprocationem. Igiť & in eorum demonſtrationibus/ erit obambulatio & circuitus. B. Non eſt omnimode circulus/ neq; in generatione illorum/ neq; in demonſtratione. Non. n. reditur ad idem numero: Et illæ demonſtrationes ſi proceſſerint a poſteriori/ concludunt neceſſario. Nam ſi pluuia eſt/ neceſſe/ eſt nubem præfuiſſe: Si nubes eſt/ neceſſe eſt & uaporem præfuiſſe: Si uapor/ & terram deplutam: Si terra depluta/ & pluuiam: ſed non illam priorem numero. Et nubem & uaporem alium numero. Si autem proceſſus formetur a priori/ non concluditur̃ neceſſario ſemper: Sed ſolum ut plurimum/ & ſolet uocari demonſtratio phiſica: Nam ſi uapor eſt/ ut plurimum & nubes fiet: Si nubes/ & pluuia.

Medium demonſtrationis eē diffinitionē uel utriuſq; termini primi & poſtremi/ uel ſolū poſtremi/ diſtinguendo de duplici diffinitione oſtēdit. P. C. XL.

DEmonſtratio ex quo eſt Syllogiſmus/ ut ex tribus terminis conſtet opus eſt. Be. Demonſtratio non eſt ſyllogiſmus ex oppoſitis/ qui ſolus inter ſyllogiſmos ex duobus dumtaxat cōſtat terminis/ Vno tn̄ pro duobus utimur/ Ex tribus ergo. Pe. Qui ſunt illi: Be. Superius diximus/ ubi ſitu primo C/ deinde B/ Sed nō per lineam indirectum protractam: Tertio A/ per lineam directam a C/ diſtantem poſuimus Pe. Noui iſta/ ſed hi tres termini ſunt hac in materia ſingulares. Be. Si a priori procedamus medium/ quod oportet eſſe cauſam non ſolum cognoſcendi (Nam effectus eſt quandoq; cauſa/ ſua cauſam cognoſcendi) ſed etiam eſſendi. ſemper eſt cauſa/

ſeu diffinitio/C/ſiue primus terminus poſitione/eſt ipſum diffinitum/ſiue ſubiectũ con
tinens paſſionem: A/ſiue tertius terminus/quem alias poſtremum diximus/eſt ipſa
paſſio/ſeu effectus. Et hæc eſt declaratio trium terminorum in demonſtratione potiſſi
ma/& a priori ponendorum. A poſteriori uero quo pacto termini ordinãdi ſint/ſtatim
perſpicies. Medium in demonſtratione potiſſima/& a priori/eſt cauſa utroq; modo/
Q uia eſſendi & cognoſcẽdi. A poſteriori/altero ſolum: Q uia cognoſcẽdi & nõ eſſen
di. Pe. An ſemper diffinitio ſit medium in demonſtratione potiſſima: Be. Omne pro
pter quod effectus eſt/uel paſſio ineſt/ſolet uocari diffinitio/ut colligimus a Philoſo
pho ĩ Metaphiſicis Et ſic interpoſitio/eſt diffinitio eclypſis: Et ita cauſa & diffinitio idẽ
ſunt. Diffinitio ergo quædam exprimit eſſentiam/& dicit quid eſt. Q uædam ſolum
dicit propter quid eſt. Q uamobrem/ſi per animal rationale/demonſtrarem hominẽ
eſſe capacem diſcipline/Animal rationale erit diffinitio hominis/exprimens quid eſt/&
diffinitio diſciplinæ capacis dicens propter quid ineſt: Si autem per interpoſitionẽ oſtẽ
dam Eclypſim/interpoſitio erit diffinitio ſolum Eclypſis/& non ſubiecti eius: Semper
ergo medium demonſtrationis potiſſimæ/erit diffinitio. Sed interdum eſt diffinitio
utriuſq; extremitatis/ſeu utriuſq; termini primi ſitu & poſtremi/Minoris quidẽ dicens
quid: Et maioris dicens propter quid. Interdum eſt diffinitio ſolum maioris extremita
tis/ſeu poſtremi termini dicens propter quid: Pe. Propter hanc difficultatem forſan ali
qui dixerunt medium demonſtrationis eſſe diffinitionem minoris extremitatis ſeu ſu
biecti. Alii maioris/ſeu paſſionis: Be. Aſſerentes diffinitionem paſſionis eſſe medium
decepti ſunt/ex eo quia Philoſophus dixit medium eſſe diffinitionem primi termini/cre
dentes ipſum per primum terminum intelligere A/ſeu maiorem extremitatem/Cuius
oppoſitum iam probauimus: Neq; aduerterunt paſſiones quaſdam eſſe omnino ſim
plices: & ita indiffinibiles diffinitione quid rei.

Q uo pacto paſſio ſe habeat ad ſubiectum & eius diffinitionem/opinio
nes inducit. P. Cap. XLI.

SI medium eſt cauſa/& cauſa ſit illud ad quod ſequitur aliud/paſſio erit
alia res a ſubiecto. Be. Propter hoc alii ponunt paſſionem eſſe aliam
rem a ſubiecto. Alii partes eſſentiales ponũt aliam rem a diffinito/ſeu
ſubiecto/& paſſione. Licet paſſio & ſubiectum/ſint idem. Alii dicunt
omnia illa/tria eſſe unam rem: & nomine cauſæ in tali demonſtratio
ne/accipi principium ſimplicis emanationis. Alii nomine cauſæ intelli
gunt aliquid neceſſario preſuppoſitum. Alii quod dicitur cauſa/Non quia ſit: ſed quia
ſi diſtincta realiter poneretur/cauſare talẽ effectum. Alii dicũt in ſubiecto eſſe cauſam
productiuam talis rei tamq̃ alterius: Sed addunt in eodem ſubiecto eſſe uim unitiuã:
Ita ut paſſio dum producitur/uniatur: & dum unitur producat: Sed prius natura pro
ducitur/& poſterius natura unit: & quaſi abſorbetur. Alii putant talem demonſtratio
nem non eſſe per cauſam efficientem/ſed quaſi formalem/Sicut Mathematici dicunt

demonſtrare p cām formalē/quia alias cauſas nō conſiderant: Sed p nunc hæc preterimus: P. Paſſio poſterior/demonſtrat̃ nec tn̄ prior eſt cā eius. Sed qa preſupponit̃ ab ea: Oē aūt neceſſario prius aliquo/& neceſſario preſuppoſitū ab illo/pōt uocari aliquo mō cā illius: B. Q n̄ ſubiectū/ut res/ſeu ens/caret diffinitione. tūc prima paſſione/ut unitate demonſtrat̃ ſecunda: Videlicet/ueritas/Et iter p ueritatē bonitas/V dī Methaphiſica. Sed de hoc alias: P. Demonſtrantē ſicut/& ſyllogizantē/oportet cōcludere cōplexū ex cōplexis. Quia tertia operatio/ſecunda preſupponit. Cōplexa uero/neceſſario preſupponunt in complexa. Quia ſecunda operatio/preſupponit primam: Anteꝗ̄ ergo demonſtremus/iam ſubiectum & paſſionem/ac diffinitionem/ſeu medium agnoſcimus: Immo anteꝗ̄ demonſtremus rem/iam eſſe talem interdum nouimus: Quid ergo eſt demonſtrare.

### Tria uel quatuor ponuntur precognita/& duo modi precognoſcendi/qui etiam uarie accipiuntur. B. Cap. XLII:

DEmonſtrare/non eſt rē eſſe talē aſſerere/Vtputa Solē/aut Lunā laborare: quia id proſpicimus/ſed proprie eſt/cur ſit res talis oſtendere: Eſt quippe demonſtrare/rem per r cauſam oſtendere: & quod illius ſit cauſa: Nec aliter ſe poſſe habere: Qui ſic oſtēdit/docet: Et qui ſic addiſcit/eſt ſcire cēſendus: Tria autem neceſſe eſt precognoſcere anī demonſtrationem. Principium primum: Subiectum & paſſionem Immo & medium. P. Verum eſt/Sed noto medio/ut medium eſt/ſtatim fit demonſtratio/Illa uero tria/longe ante præcognoſci poſſunt/Nam diu ante/Lunæ labores & Solis defectus agnoſcere ualemus & mirari: habito medio/ſeu cauſa ceſſat admiratio. Iccirco forſan philoſophus nil dixit de præcognitione medii/Poſſet tamen fieri ut medium etiam precognouiſſemus fundamentaliter/neſciendo illud eſſe medium/aut cauſam/ut iam diximus. B. Scito tn̄ duas eſſe precognitiones/uel potius duos eſſe modos/illa tria precognoſcēdi. Videlicet Quid/Et quia: P. Vtro illorum modorum precognoſcimus ſubiectum. B. Vtroq; P. Quid illis notis deſignatur. B. Quid ſubintellige per nomen importatur: uel qd eſt res talis: Eſt. n. qd nominis/& quid rei. Illa uero nota quia/trifariam ſupplet̃. Quia uidelicet eſt ens. Quia eſt uerum. Quia eſt de quo aliquid eſt demonſtrabile: P. Applica hæc ad ſubiectum: B. Subiectum precognoſcimus precognitione quid. interdū dūpliciter. Videlicet quid per nomen importatur: & quid rei/ſi poteſt diffiniri. De eodē etiam precognoſcimus quia eſt/uidelicet ens/& quia eſt de quo aliqua paſſio demōſtrari poteſt: P. Quomodo precognoſcitur paſſio: B. De paſſione precognoſcimus qd nominis ſolum/uel etiam quid rei/ſi ſit diffinibilis/diffinitione dicente quid eſt/Sēper. n. eſt diffinibilis diffinitione dicente/pp qd eſt Niſi fuerit prima paſſio ſubiecti indiffinibilis: Et quia eſt ens: Non autem quia eſt de quo aliquid eſt demonſtrabile/Sed quia ipſa de alio eſt demonſtrabilis. P. An quid rei/& quid nominis ſint idem. B. Non ſemper: Multa. n. ſunt quæ habent quid nominis/Quæ tamē carent/quid rei Vt ens/ſeu res/ac ultimæ

res: ac ultimæ differentiæ. & quæcunq; ſunt ſimpliciter ſimplicia. In habentibus tamen quid rei, idem eſt quid nominis. & quid rei. P. Iſtud multis abſurdum uidetur. Quia quærere quid per nomen importetur. Et quærere quid ſit res illa quæ per nomen importatur ſunt uariæ quæſtiones: B. Quid nominis & quid rei poſſunt accipi bifariam. Interrogatiue, put uidelicet quærunt. Et ſic ualde inter ſe differunt. Et reſponſiue. Et tunc ſunt idē. Vt ſi querenti quid nomine huius uocis Homo ſignificetur Reſpondero hæc res homo. Et ſi quæreti qd eſt Homo Reſpōdero eſt animal rationale: Ecce reſpōſiue ad quid nominis dicimus homo. Et ad quid rei dicimus animal rationale. Nunc autem homo & animal rationale ſunt idem. Patet igitur. q̄ id quod reſpondemus interrogati per quid nominis eſt idem illi quod reſpondemus interrogati p qd rei ſi def qd rei ſicut idē ſunt diffinitum fundamētaliter & diffinitio. Et quod quid eſt cum eo cuius eſt. P. Qua precognitione precognoſcitur principium. B. De principio puta de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe non precognoſcimus quid proprie niſi etiam complexa habeant quid nominis uel quid rei: Sed quid rei non habent. Eſſent enim ſpecies propriæ uel equiualēter. Neq; proprie quid nominis. Sed potius quid nōminum. Plura enim nomina & uocabula complectitur principiū. Niſi per quid nominis primum aut ſecundarium ſignificatum ipſius complexi intelligeres: Sed de principio proprie cognoſcimus quia eſt. ſupple manifeſte uerum. P. An primum principiū ingrediatur formaliter demonſtrationem.

## An primum principium ingrediatur formaliter demonſtrationem. quo nil uerius. Et de principiis comunibus & ſpecialibus. B. Cap. XLIII.

PRimum principium non ingreditur formaliter aliquam demonſtrationem oſtenſiuam. ſed ſolum ducentem ad impoſſibile. Si enim impoſſibile fuerit negare, neceſſe erit affirmare. Nam ſi unum contradictoriorum fuerit falſum, reliquum erit uerum. Et econtra Virtualiter autem ingreditur omnem. & contrahitur ad ſpeciales terminos. Pe. Aliqui dixerunt primam dignitatem, ſiue primum principium, ingredi formaliter primam demonſtrationem dumtaxat. Qua ſententia plures altercationes diſcipulis reliquerunt. Nam alii putauerunt primam demonſtrationem eſſe hanc. De quolibet dicitur eſſe uel non eſſe. Sed Deus eſt ens. Igitur Alii ſub eadem maiori ponunt hanc minorem. Sed ſubſtantia eſt ens. Et concludunt Alii ſubaſſumunt. Sed hoc ens eſt ens. Igitur. Alii autem ſic minorem formant. Sed unum eſt ens. Igitur de illo dicitur eſſe uel non eſſe. Be. Quod nullo modo eſt demonſtratio non poteſt dici prima demonſtratio. Nullus autem illorum diſcurſuum eſt proprie demonſtratio. Quia nullus habet conditiones ad demonſtrationem pertinentes. Nullus.n. eſt per cauſam ad effectum neq; econuerſo neq; ex propriis cauſis. P. An ſcientiarum ſunt principia diſtincta: B. Vnaquæq; ſcientia propria habet prin

cipia/quibus longe magis adherendum eſt/q̃ concluſioni. Nam propter quod unum
quodq; eſt tale/ipſum eſt magis tale. Vt propter quod tamq̃ finem amamus/illud ma
gis amamus: P. Quomodo illa maxima erit uera. B. Quia ueritas principiorum
eſt cauſa preciſa/& eſſentialiter ordinata/& uniuoca/ueritatis concluſionis/& ipſa ueri
tas in qua comparantur/capit intenſionem & remiſſionem: iccirco maxima illa in pro
poſito & in ſimilibus dicitur uera. P. In genere per ſe notorum quid notiſſimum: B.
Primo principio nihil omnino eſt notius/aut uerius/Et oppoſito illius/nihil ignotius/
& falſius: P. An prima principia poſſint demonſtrari: B. Primorum principiorum
non eſt demonſtratio/neq; propriæ ſciẽtia; Sed aliquid dignius/Videlicet intellectus:
P. Si omne/quod ſcitur per demonſtrationem ſcitur/Et principia non poſſint demon
ſtrari/quomodo principia dicuntur magis concluſione ſciri: B. Si accipiamus ſciẽtiam
pro omni cognitione certa & euidenti/tunc non ſolum concluſionem/ſed etiam princi
pia ſcimus/& magis ſcimus: Sed ſi accipiamus ſciẽtiam pro cognitione per demonſtra
tionem parta/tunc principia non ſciuntur/ſed intelliguntur aperte & limpide. P. Ne
mo poteſt magis adherere cõcluſioni q̃ principiis inquit philoſophus/Neq; ſciẽs/neq;
melius diſpoſitus q̃ ſciens/Quis ſit melius diſpoſitus q̃ ſciens ſcire uellem: B. Proiicit
quandoq; os Græcus ille: Nec eſt canis qui illud poſſit rodere: Tamen Doctor Angeli
cus/Intelligentem ſeu principia cognoſcentem eſſe melius diſpoſitum ipſo ſciente/ut
ſciens ſolum eſt/recte aſſerit: Et ſi ſcientem a ſapiente diſtinxeris/ut ſexto Moralium di
ſtinguitur/ſapiens qui diuina/& altiſſimas cauſas contemplatur/melius ſciente diſpo
ſitus inuenietur: Omnes aliæ expoſitiones pingui minerua procedunt/Vt illa q̃ mol
les carne nec tamen ſcientes/dicantur melius diſpoſiti ſcientibus/quom poſſint eſſe ſciẽ
tes æque molles/ac etiam carne molliores: Si itaq; dentur melius diſpoſiti q̃ ſcientes/
non ſunt alii q̃ intelligentes & ſapientes. Si uero non dentur melius diſpoſiti/philoſo
phus loquutus eſt cum conditione ſi darentur: Nam Textus ſic pronunciat: Nec ſciens
Neq; melius diſpoſitus q̃ (ſi contigerit) ſciens. Sed aduerte ad errorem paulopoſt po
ſitum. Siquidem oportet ſimpliciter ſcientem non incredibilem eſſe. Nam Faber illa
(cuius doctrinæ & probitati ſummæ afficior) ſic legit: Oportet ſimpliciter ſcientem
non mutabilem/ſeu immutabilem: non dimouibilem/uel immouibilem a ſua ſenten
tia eſſe: Qui enim ſimpliciter ſcit/aut intelligit: certus eſt & firmiter adheret. De his
autem in explanatione ipſius libri inchoata/ſed nondum perfecta latius: P. An poſ
ſimus contra negantes principia diſputare: B. Quom illa ſint tamq̃ Ianua in domo
per manifeſtiora procedere non poterimus; Quandoq; tamen ad ſcientiam commu
nem recurrimus. P. Quæ principia propria/quæue comunia dicuntur: B. Princi
pia comunia dicuntur/quæ uel omnibus ſcientiis/Vt dignitas illa/uel pluribus. Vt
omne totum eſt maius ſua parte/conueniunt. Principia propria quæ uni dumtaxat
ſcientiæ addicuntur; Vt cui competit diffinitio/& diffinitum in Logica/Licet ſit commu
ne applicatione/& uſu omnibus/Et Omne continuum eſt diuiſibile/in infinitum. In
Geometria: P. Quæ ſint premiſſarum condiciones aperito.

## De conditionibus præmiſſarum demonſtrationis/ Et noua formatione Syllogiſmi demonſtratiui. B. Cap. XLIIII.

QVoniam mutabilia & corruptibilia ſunt illa/ quæ non ſemper eodem modo/ ſed nunc taliter/ alias aliter ſe habent/ de rebus ſub tali conditione/ nulla prorſus eſt ſcientia. Eſſet. n. quandoq; cauſa ſine effectu/ uel effectus ſine cauſa: Ex quo ſequuntur hæc/ Omnis demonſtrationis premiſſæ/ oportet ut ſint neceſſariæ/ & non poſſunt aliter ſe habere. Item omnis demonſtrationis premiſſæ/ ſunt de omni/ Sic/ ut non ſolum cuilibet tali/ ſed etiam ſemper inſint. Tertio/ Omnis demonſtrationis premiſſæ/ ſi concludatur paſſio de ſubiecto per diffinitionem/ ſunt per ſe/ uel primo modo/ uel ſecundo modo/ Quandoq; tamen dicuntur eſſe p ſe etiam quarto modo. Sed non ita proprie. Nam calor calefacit per ſe illo modo/ non tamen neceſſario. Tandem omnis demonſtrationis premiſſæ/ habent predicata uniuerſalia/ quia primo inſunt: P. Quid eſt primo ineſſe. B. Primo ineſſe/ eſt conuertibiliter ineſſe/ & ſecundum quod ipſum/ & propria ratione ineſſe: P. Quæ per ſe primo modo. B. Per ſe primo modo predicantur quæ eſſentialiter predicantur. Vt genus/ Et differẽtia de ſpecie/ Et ſpecies de indiuiduo: P. Quæ ſecundo modo: B. Per ſe ſecundo modo quæ in quale accidentale conuertibile predicantur: P. Quæ tertio. B. Per ſe tertio/ idem eſt quod ſeorſum ſeu ſeparatim/ Vt Cato per ſe ambulat. Vel quando aliquid ex natura ineſt incomunicabiliter ſi talia dentur: Vt ſi homini ineſſet aliqua aptitudo ꝓpter quam diceretur ſpecies & animali propter quam diceretur genus. Talia eis ſicut incomunicabiliter/ ſic & per ſe tertio modo conuenire dicerentur. De quo alias: Pe. Quæ quarto modo: Be. Per ſe quarto modo predicatur effectus/ de cauſa per ſe/ non per accidens: cuiuſcunq; generis fuerit illa cauſa/ Vt calor calefacit effectiue/ Calore caleo/ & albedine albeo formaliter/ Sanitate deambulo/ uel uictoria gaudeo/ tamq̃ propter finẽ/ Materia uel ſubiecto trãſmutor/ tamq̃ cauſa materiali: Et ſi quid eſſet cauſa alicuius & ſubiectum per quod illud diffiniretur tunc ibi reperiretur & quarti & ſecundi modi per ſeitas: Alia tamen ratione ibi eſſet ſecundi/ Alia quarti per ſeitas. Nam perſeitas ſecundi eſt inheſionis/ ſeu predicationis/ Quarti uero cauſalitatis. P. Aliqui primum modum predicandi per ſe/ a demonſtrationibus excludunt: B. Neq; primum/ neq; ſecundum/ ſi uerba philoſophi rectè conſtruxerimus/ a demonſtratione excludemus/ prout in noſtra expoſitione dilucidauimus: textum intricatum conſtruendo. P. Ex quo ſingularia ſunt corruptibilia de eis non fit demonſtratio. B. Quamuis ſingularia prout exiſtunt/ ſint corruptibilia quando tamen pro illis fit diſtributio reſpectu predicati per ſe primo/ uel ſecundo modo/ abſtrahunt ab exiſtentia/ & omni accidente per accidens/ & ſunt neceſſe eſſe: Et ita ingrediuntur demonſtrationem. P. Ex quo paſſio non conuertitur cum ſingularibus neq; ineſt eis ſecundum quod ipſa/ hoc eſt ſecundum naturam ipſorum: & ſm rõnem ipſorum/ ut patet per Philoſophum: ſilr nec diffinitio conuertiſ cum illis. Quo ergo

demonſtrauimus dicendo. Omne animal rationale eſt diſciplinabile. Omnis homo eſt animal rationale. Igitur Omnis homo eſt diſciplinabilis. B. Ego iccirco potiſſimam demonſtrationem ſic formarem: Animal rationale eſt per ſe, & ſecundum quod ipſum diſciplinabile: Homo eſt per ſe, & ſecundũ quod ipſum animal rationale. Igitur homo per ſe, & ſecundum quod ipſum eſt diſciplinabilis: Ex his autem ſequitur diſtributio. Nam hæc, Omnis homo eſt diſciplinabilis, Eſt ſecũdario uera. Hæc autem, Homo eſt talis, primariæ per ſe, & ſecundum quod ipſum, eſt uera. P. De mutabilibus & corruptibilibus ut talia ſunt, eſt demonſtratio, & ſcientia Nam naturalis illa docet. B. Aptitudo neceſſario: & ſemper ineſt, Actus fluit, ac inſtabilis eſt, Vbi aduerte nullum actum rebus quæ ſunt ab alio neceſſario ineſſe: Poſſibile namq; abſolute eſt, deficere luminaria ſine interpoſitione, & interpoſitionem eſſe ſine defectu. Sed hæc & eiuſmodi alia, ſunt neceſſaria aptitudine: Nequit enim eſſe ullo modo, ut luminaria non ſint apta ex tali interpoſitione deficere: & quod interpoſitio non ſit cauſatiua talis defectus.

## De triplici allucinatione, q̃ poteſt accidere circa uniuerſale. P. Cap. V.

QVot modis circa uniuerſale contingit errare: B. Trifariã allucinamur uel circa id erramus. Primo modo. Si alicuius generis nõ eſſet niſi ſpecies una nobis nota, aut unius ſpeciei tantũ unum indiuiduum, poſſemus credere tale genus conuerti cum ſpecie. Et proprium generis cõuerti cum ſpecie. Vt habere tres duobus æquales cum Iſochele. Similiter, & ſpeciem atq; proprium ſpeciei, conuerti cum indiuiduo, Vt Solem cum hoc Sole. Et Phœnicem cum hac Phœnice. Et proprium ſolis, Vt eſſe maxime luminoſum, conuerti cum hoc Sole. Secundo modo. Si ſuperius cum quo uniuerſale conuertitur: & cui ſecundum quod ipſum ineſt, eſſet ignotum & innominatum, quãuis omnia inferiora eſſent nominata & nota: Vt ſi triãgulus eſſet innominatus, licet omnes ſuæ ſpecies cognoſcerentur, & crederemus ꝙ habere tres æquales duobus, conuerteretur etiam cum omnibus ſpeciebus ſimul ſumptis, erraremus: quia nõ conuertitur, niſi cum triãgulo, & illi primo, & ſecundum ipſius rationem ineſt. Tertio modo, quando uniuerſale, Videlicet paſſio aliqua pœne omnibus ſpeciebus alicuius generis, uel pœne omnibus indiuiduus alicuius ſpeciei ineſſet: & crederemus illud conuerti cum genere uel cum ſpecie, erraremus, credentes ꝙ ſicut quando parum deeſt, nihil deeſſe uidetur: ita quando paucis talibus non ineſt, ꝙ omnibus inſit. Exemplum. aptum uidere conuenit pœne omni animali. Si crederemus illud conuerti cum animali quod eſt ſicut totum, & tamen conuerteretur cum aliquo inferiori ad animal, quod eſt ſicut pars in toto. Erraremus in aſſignatione uniuerſalis: Hæc de ſyllogiſmo demonſtratiuo tetigiſſe ſufficiat. P. De inueniendo prompte concludendi medio, ſolẽt regulæ quædam dari.

De arte inueniendi prompte Medium: Et primo ponuntur octo præambula. B. Cap. XLVI.

NOn ſatis eſt ſyllogiſmos conficere noſſe/niſi eos etiam prompte/& expedite proferre ſciamus. Vt ergo id facile fiat/& cum uoluptate/de medii inuentione nõnulla conſiderabimus: & quaſi preambula premittemus: P. Dã preambula. B. Primum preambulũ. Aliqua ſunt quæ de nullo predicant/ Vt Cato/& Lælius: Et alia ſingularia ſenſibilium/ ſeu accidẽtalium/quæ & ſi dicuntur de ſingularibus ſubſtantiæ/tamẽ per accidens. Aliqua ſunt quæ de aliis quidem predicant: Sed nil de illis predicatur/niſi prout ſunt in mente & ſecundum accidens/ Vt generaliſſima/ſeu tranſcendentia/Nam in predicatis per ſe/oportet ponere ſtatum: Aliqua ſunt quæ de aliis etiam per ſe predicãtur/& alia de illis/ Vt ea quæ ſunt inter generaliſſima/ſeu tráſcendentia & indiuidua/Et ex illis quæ poſſunt ſubiici/& predicari/comuniter fit ſyllogiſmus: P. Da ſecundũ preambulũ: B. Secũdum preambulum. Data aliqua cõcluſione/cõſidera ea q̃ ſunt cõuertibilia cũ terminis ipſius Sicut ſunt diffinitiões eoꝝ/& ꝓprie paſſiones. P. Da tertiũ: B. Tertium preambulum/Diligẽter ſunt conſideranda antecedentia/& conſequentia/& extranea terminis concluſionis probandæ. Et intellige antecedentia/uel conſequentia accidentaliter/uel eſſentialiter: P. Da quartum preambulum. B. Quartum preambulum/Antecedens terminus reſpectu ſubiecti/uel predicati concluſionis/dicitur ille q̃ eſt inferior/ſeu minus comunis uel qui ſecum cõuertitur/ Vt homo reſpectu animalis/ Et riſile/ſeu animal ratiõale reſpectu hominis. Et homo reſpectu illorum: P. Intelligo ut quicquid uniuerſaliter ſubiicitur/dicat antecedens ad illud/cui ſic uniuerſaliter ſubicit Conſequens uero eſt terminus comunior/ſiue ſuperior: Et qui eſt conuertibilis/ Vt animal reſpectu hominis/Et coloratum reſpectu albi/Et riſile reſpectu hominis/uel diſciplinabilis. Quicquid. n. uniuerſaliter predicatur de aliquo/dicitur conſequens ad illud: B. Recte. P. Extraneus autem terminus nuncupatur qui ab altero extremorum concluſionis uel ab utroq; uniuerſaliter negatur/& remouetur/ Vt lignum ab homine/& riſili: ac etiam animali. Quicquid. n. uniuerſaliter remouetur ab aliquo/dicitur extraneum illi: Sed da quintum preambulum: B. Quintum preambulum Cõſiderandum eſt ſi antecedens ſit eſſentiale Sicut eſt omne per ſe inferius/ Vt roſa reſpectu floris. Vel ſi ſit accidentale/ Vt coloratum reſpectu quanti/ Vt animal reſpectu colorati/ Vel roſa reſpectu pulchri/& odori: P. Da ſextum. B. Sextum preambulum Aliqua conſequuntur/& antecedunt ſecũdum ueritatem/ Vt ea quæ diximus. Aliqua: ſecundum opinionem/ Vt ſiquis neſciens æquiuocationem putaret ſubſtantiam eſſe conſequens reſpectu quantitatis continuæ/ex eo quia ad corpus ſequitur continuum ac etiam ſubſtantia: P. Da & aliud: B. Septimum preambulum/Inuenire conſequẽs alicuius termini/eſt inuenire ſupius illius p ſe/uel p accidẽs/aut ẽt conuertibile: Inuenire autem antecedens/eſt inuenire inferius illius/p ſe/uel p accidens: ac etiam conuertibile.

P. Da octauum: B. Octauum preambulum refert Inuenire conſequens ad utramq; extremitatem, & ad alteram ſolum, Quia inuentio prior eſt utilis, poſterior inutilis. P. Da regulas.

## Hic ponuntur duæ regulæ. B. Cap. XLVII.

Prima regula. Si concludere cupias A, hoc eſt uniuerſalem affirmatiuam, cōſidera illius ſubiectum & predicatum: & reperias terminum conſequentem ad ſubiectum, qui uniuerſaliter dicatur de illo, & antecedentem ad predicatum, de quo uidelicet predicatum cōcluſionis dicatur uniuerſaliter: Vt ſi uelis concludere: ut omnis homo ſit riſilis: Accipe aliqd de quo primū dicat̄ riſile uniuerſalr̄, Puta aīal rōnale, aut diſciplinabile, aut admiratiuū, aut aptū ad ridēdū. Et deinde ut illud dicat̄ uniuerſalr̄ de homine. Similiter ſi uis cōcludere oēm hominem eſſe animal, neceſſe eſt accipere pro medio aliquid conuertibile cum animali, Vt ſenſile, uel conuertibile cum homine, Vt animal rationale, uel admiratiuum, uel aliquod quod ſit inferius ad animal, & ſuperius ad hominem. Vt bipes, uel greſſibile. Sic intellige de quocunq; alio predicato cōcluſionis quod uniuerſaliter predicatur. Aliud. n. medium inueniri non poteſt, niſi uel quod ſit conuertibile cum predicato, uel conuertibile cum ſubiecto. Vel inferius ad predicatū & ſuperius ad ſubiectum. P. Da ſecundam regulam: B. Secunda regula. Si uis cōcludere. I. hoc eſt particularem affirmatiuam, noſti iam illam poſſe concludi tripliciter in tertia figura. Et unice in prima. Si ergo in Darapti: Accipe pro medio antecedens, tam ad ſubiectum, q̄ ad predicatum. Hoc eſt ut uel ſit conuertibile cum utroq;, uel inferius ad utrumq;. Vt ſi probare uelis aliquem hominem eſſe riſilem, Accipe hominis diffinitionem, aut aliam paſſionem ꝑ medio. De quo prius dicatur riſile uniuerſaliter, deinde homo: Si autem probare uelis aliquod animal eſſe uiuens, accipe minus comune ad utrumq;, Vt hominem de quo uniuerſaliter dicatur uiuens, & animal, Si autem uelis inferre ex. I. A. Accipe medium quod ſubiectum antecedat. Et predicatum uel antecedat: uel conſequatur. Vt ſi uis inferre priorem concluſionem, accipe ut ſupra. Si poſteriorem, Videlicet aliquod animal eſt uiuens, Tunc etiam cōgruum eſt medium idem: Sed ſi uis facere ut medium antecedat ſubiectum, & conſequatur predicatum, oportet ſubiectū eē ſuperius p̄dicato ex ſui nā. Sit hæc cōcluſio, Aliqua ſubſtantia eſt aīal. Accipe ꝑ medio ipſum uegetatiuum Sic, Aliquod uegetatiuum eſt animal: Omne uegetatiuum eſt ſubſtantia, Igitur aliqua ſubſtantia eſt animal. Si autem uelis, concludere ex A, I, in prima figura, aut tertia, accipe medium, quod quidem ſit antecedens ad predicatum: Ad ſubiectum autem ſiue antecedens ſit, ſiue conſequens, non eſt curandum. Vt ſi uis inferre aliquod animal eſſe ſubſtantiam, potes accipere medium quod antecedat utrumq; Sic Omnis homo eſt ſubſtantia. Aliquod animal eſt homo. Et in tertia Sic. Omnis homo eſt ſubſtātia, Aliquis homo eſt animal. Et potes accipere medium quod predicatum antecedat, & ſubiectum cōſequatur, Sic, Omne uegetatiuum eſt ſub

ſtantia. Aliquod animal eſt uegetatiuum. Et in tertia Sic. Omne uiuens eſt ſubſtātia. Aliquod uiuens eſt animal: P. Da tertiam regulam.

Ponuntur duæ aliæ Regulæ. B. Cap. XLVIII.

TErtia regula. Si uis concludere E. ſeu uniuerſalem negatiuam. Aut ergo uis ex E. A. hoc eſt in Celarent. Aut in Cæſare. Accipe mediū conſequēs ad ſubiectum. Extraneum uero predicato: Vt ſi uis inferre nullam roſam eſſe lapidem. accipe aliquid ſuperius roſa. Extraneum lapidi Sic. Nullū uiuens eſt lapis. Omnis roſa eſt uiuens. Igitur nulla roſa eſt lapis. In ceſare autē Sic. Nullum uiuēs eſt lapis. Omnis ſaphyrus eſt lapis. Igitur nullus ſaphyrus eſt uiuens: Aut uis cōcludere ex A. E. Videlicet in Cameſtres. Accipe mediū extraneum ſubiecto. conſequens autem ad predicatum. Vt ſi uis eandem concluſionem inferre. Accipe aliquid ſuperius ad lapidem. & extraneum roſæ. Vt inanimatum Sic. Omnis lapis eſt inanimatus. nulla roſa eſt inanimata. Igiť nulla roſa eſt lapis. P. Da quartam regulam: B. Quarta regula. Si te oporteat inferre. O. ſeu particularem negatiuam. & directe (ſic.n. hic loquimur) noſti id fieri poſſe īmediate ſex modis. In prima quidem figura uno modo. Videlicet in Ferio. In ſecunda duobus. in Baroco. Videlicet in Feſtino. In tertia tribus: in Felapton. Bocardo. & Feriſon; Poteſt quoq; O. inferri mediante E. Vbicūq;.n. Licet inferre. E. etiam O. inferre liceť: Accipe igitur medium cōſequens ad ſubiectum. extraneum uero predicato. Vt ſi uis concludere aliquam roſam nō eſſe lapidem. Sit tibi medium ſuperius roſa. Extraneum uero lapidi. ita ut in prima figura lapis uniuerſaliter negetur de medio. Et mediū affirmetť de roſa. In ſecūdo uero. hoc eſt in Feſtino. medium in maiori uniuerſaliter negetur de maiori extremitate. & affirmetur de minori. In Baroco. medium uniuerſaliter dicatur de predicato concluſionis. Et particulariter negetur de ſubiecto. In Felapton autem. predicatum concluſionis uniuerſaliter dicatur de medio. & de eodem ſubiectum uniuerſaliter negeť. In Bocardo autem. predicatum negetur de medio particulariter. & ſubiectum affirmetur uniuerſaliter. In feriſon predicatum ſit extraneum medio: & ſubiectum de illo affirmetur particulariter: P. Da quintam regulam.

Ponuntur ſex Regulæ. B. Cap. XLVII.

ADuerte adhuc quædam quæ reſtant dicenda: Et ſit hæc quinta regula. Quotiēs medium eſt conſequens. tam ad ſubiectum. q̄ ad predicatum cōcluſionis. Totiens medium eſt inutile. Ex talibus.n. nequit formari ſyllogiſmus affirmatiuus. Nec negatiuus Nō affirmatiuus. Quia tūc in ſecunda figura diſcurremus. ex affirmatiuis. dicēdo (ut habeas exemplum) Omnis homo eſt animal: Omnis bos eſt aīal. Igitur omnis bos eſt homo. Et in aliis figuris arguendo. ſemper aliqua premiſſaꝝ erit

falſa. Quomodo ergo per genus concludes unam ſpeciem de alia/quom tale medium
ſit illimitatum ad illa extrema. Et concluſio ipſa neceſſario ſit falſa/quia ſpecies ſub eodē
genere poſitæ non p̄dicant̄ de ſe mutuo. Nec etiam poteſt fieri ſyllogiſmus negatiuus.
P. Da ſextam regulam: B. Sexta regula. Quotiens medium eſt extraneum utriq; ex
tremo/totiens eſt inutile: Quomodo.n. ſeiunctum ab utroq; coniunget. Septima re
gula/Quotiens medium eſt extraneum ſubiecto/& antecedens predicatum. totiens
eſt inutile Sicut bos eſt antecedens ad animal/& aliquid extraneum homini iccirco nō
eſt medium per quod concludi poſſit hominem eſſe animal/nec etiam nō eſſe. Quia
tunc probaretur falſum. Hic autem aſſumimus media/concluſionem uere & reipſa in
ferentia: & non ſolum cum conditione falſa & impoſſibili/Ac etiam quia cum tali diſpo
ſitione procedendo/faceremus minorem negatiuam in prima figura. P. Da octauam
regulam: B. Octaua regula. Eodēmodo inuenit̄ medium in ſyllogiſmis modalibus/
Tamen in hoc differunt/quia antecedentia/& conſequentia/& extranea in illis de con
tingenti/ſumuntur non quæ inſunt/ſimiliter aut non inſunt/ſed quæ contingunt/
uel poſſunt ineſſe/ac non ineſſe. P. Da nonam regulam: B. Nona regula. Eum qui
cupit hanc artem ſyllogiſmorum faciēdorum prompte habere/opus eſt abundare ter
minis antecedentibus/conſequentibus/atq; extraneis: P. Da decimā regulam: B. De
cima regula. Alio modo ſyllogiſmum conficit qui procedit deſtructiue. Ille.n. principa
liter reſpicit extraneum ſubiecto/aut predicato. Alio modo qui procedit conſtructiue/
Reſpicit namq; primum ad antecedentia & conſequentia. Alio etiam modo accipit me
dium demonſtrator/quia uerum & neceſſariū. Alio modo Topicus/quia ſolum p̄ba
bile. P. Solent nōnulli figuram difficilem primo aſpectu pro hac materia conſcribere
quam etiam pontem aſinorum nuncupant. B. Oraculum illius puri Grāmatici Inuē
tionem inquit ineſſe natura/nullaq; arte comparari poſſe: Medii quoq; noſtri inuētio
notatis preambulis & Regulis allatis non uſquequaq; dificilis uidetur. Iccirco & artē
breuibus perſtrinximus & pontem illum nō iniuria (nolumus.n. Aſinos auditores)
prætermiſſimus. Quare hæc iam miſſa faciamus.

## Tractatus de Conſequentiis.

### De multiplici conſequentiæ ſecundum uarias opiniones/diffinitione.

P. Multa de ſyllogiſmo & argumentatione & quidem preclariſſima attuliſti de conſe
quentiis/ut aliquid afferas cuperem. B:

Cap. I.

COnſequentia quom ex aliquo/aliquid inferat/uidetur argumentatio
ni æquiualere/Verū circa eius diffinitionem turbati ſunt/atq; poſte
riores/ſeu Iuniores Philoſophi in acies diuiſi. P. Cupio ſingulas audi
re opiniones: B. Quidam conſequētiam putant ſolum eſſe quoddā
aggregatum ex inferente & illato/ut quendam aceruum. Alii a cauſa
finali diffinitionem accipientes/dicunt eam eſſe inſtrumentum diſcer
nendi uerum a falſo: Pleriq; a cauſa efficiente (aiunt) eam eſſe orationem p diſcurſum

productam. Et ita ualde inepte / Tertia operatio efficeret ſecundam: Vel ſi nomine ora
tionis argumentationem accipiunt: Aliquid a ſeipſo / uel per ſeipſum erit productum /
quia diſcurſus / & argumentatio eandem operationem animi ſignificant. Enimuero qd
ipſa ſit formaliter: Alii aliter ſentiunt. Quidam conſequentiam dicunt eſſe relationem
quæ eſt inter antecedens & conſequens. Vocatam tamen conſequentiam a conſequen
te: non autem antecedentiam ab antecedēte. Quāuis ēt ſit antecedentia quædam. Alii
inquiunt Conſequentia nil aliud eſt q̄ actio intellectus / qua e quibuſdam infert aliqd.
Nouiſſimi ſenciunt eam eſſe illationem paſſiuam / Et dicunt Cōſequentia eſt illatio cō
ſequentis ex antecedente / Ita ut ipſum inferri dicatur conſequentia: P. Quam tu pro
bas. B. Conſequentia ſi accipiatur fundamentaliter / in ipſa ſunt illa omnia quæ ipſi ua
rio modo dicunt / Ibi. n. eſt antecedens & conſequēs / tamq̄ duo correlatiua: Ibi eſt actio
intellectus principaliter inferētis / Et actio / Vt quo ipſius antecedētis / Et illatio paſſiua
conſequentis. Sed ſi eam uolueris diffinire formaliter / ita dicito: Conſequentia eſt mo
dus intelligendi tertiam operationem ad quam concurrunt antecedens / & conſequens
cum relationibus eorum. Actio intellectus / & illatio actiua antecedētis Vt quo. Et illa
tio paſſiua conſequentis. Intellectus quippe conferens tres operationes animi inter ſeſe
motus a prioritate in hac tertia operatione reperta per aſſimilationem eius ad aliqua plu
ra conſequenter in rebus poſita attribuit ei talem intentionem / & modum intelligēdi /
& eodem nomine uocat conſequentiā. Sicut. n. illis quæ precedunt notam illationis /
attribuit intentionem antecedentis / & illi orationi quæ ſequitur conſequentis / Sic toti
operationi in qua aliqua precedūnt / & aliquid ſequitur / attribuit intentionem conſequē
tiæ / quia in ea ſunt plura / quorum unum ſequitur aliud:

Improbantur duæ aliæ diffinitiones conſequentiæ. P. Cap. II.

COnſequētiam aliqui dicunt eſſe orationem hyppoteticam rationalem
Et id probare conantur. Nihil. n. eſt negandum / aut concedendū niſi
enunciatio. Sed conſequentia eſt neganda / aut concedenda: Igitur eſt
enunciatio. Deinde nulli inquiunt contradictorium aſſignat niſi enun
ciationi / Sed cōſequentiæ contradictorium aſſignatur per negationē
prepoſitam / & p aduerſatiuam ſic / Quamuis homo currat / Animal
tamen non currit. Ex his ſequitur q conſequentia eſt oratio / Et nō cathegorica: Igitur
hyppotetica / & rationalis / quia talem notam habet. B. Hi confundunt ſecundam / &
tertiam operationem animi: non ergo ſunt audiendi: P. Enunciatio conditionalis eſt
ſecundum omnes / conſequentia / B. Quemadmodum ſuperius nullam orationem
poſuimus eſſe terminum: & tamen concipiendo ipſam orationem: talem conceptum
uocauimus terminum complexum. Ita nunc dicimus conſequentiam poſſe accipi pro
pluribus enunciationibus ſic coniunctis: remota actione mentis / Et ſic eſt una enun
ciatio coniunctione: Iuncta tamen actione mentis / & illatione / fit tertia operatio / & di
ſcurſus. Quum ergo dicimus non arguendo / aut ratiocinando / ſed potius componen

Interdum ꝓ eo ꝙ eſt neceſſarium ex ſui natura. Vt hominem eſſe animal. Et ſimiliter
impoſſibile, interdum accipitur pro eo quod ex natura rei implicat, uel repugnat. Vt
hominem eſſe bouem: Interdum pro eo quod ut nunc eſt neceſſarium. Sicut me fuiſ
ſe Florētiæ. Quia fui. Et quod ut nunc eſt impoſſibile. Sicut me nunq̄ ſcripſiſſe, quia
ſcripſi. Ex impoſſibili primo modo, uidelicet per reflexionem, non ſequitur quodlibet,
Nec neceſſarium tale ſequitur ad quodlibet. Sed reliquis duobus modis, ex impoſſibi
li dicunt ſequi quodlibet Et neceſſarium ad quodlibet. P. Nō capio hanc conſequentiā
Homo eſt bos, Ergo baculus ſtat in angulo. Nec hanc Baculus ſtat in angulo. Ergo
Homo eſt animal: B. Probatur prior cōſequentia ratione Sic. Illa cōſequentia eſt bo
na, quādo oppoſitum conſequentis repugnat antecedēti. Sed ibi eſt ita, eo quia impoſ
ſibile repugnat cuilibet, etiam ſibi ipſi: P. Si cuilibet repugnat: ergo nil ex eo ſequitur.
Nam ſi omnia ſibi repugnant. Igitur & conſequens poſitum. Igitur non eſt conſequēs
Nam repugnans, non ſtat cum repugnanti. Antecedens autem ſtat cum conſequenti.
B. Sic etiam obiciemus. Nam tunc ex minus inconuenienti, ſiue impoſſibili inferre ma
ius poſſemus. Et tamen acutiſſimi dicunt ex minus impoſſibili nō ſequi maius. Quo
pacto etiam duo cōtradictoria eidem ſimul repugnare poterunt. Nam huic. Homo eſt
bos, repugnabit hæc. Aliquis homo eſt lapis, ſimiliter ſua contradictoria. Nullus homo
eſt lapis. Ex alia parte utraq; illarum ſequitur ad illud. Si ergo duo cōtradictoria repu
gnent alicui: Igitur neutrum dicetur de illo, & utrunq; remouebitur ab illo: Et ſi utrū
q; ſequitur, utrunq; affirmabitur de eodem. Quod eſt contra naturam contradictio
nis. Preterea arguo ſic: Si ad impoſſibile omnia ſequuntur, ergo impoſſibili nihil repu
gnat. Et ſi impoſſibili omnia repugnant: Igitur ad impoſſibile nihil ſequitur. Sed ſecū
dum ipſos omnia ſequuntur ad illud: & omnia repugnant eidem. Ergo dicunt nihil ſe
quitur ex illo; Et aliquid ſequitur. Nihil repugnat: Et aliquid repugnat. Quod uix He
raclytus, qui primum principium negauit, dixiſſet. Pe. Mihi uidetur uerum eſſe, ut
omnia impoſſibili repugnent: uel potius nō ſtent ſecū: Quia cum nihilo, nulla res ſta
re poteſt: Et ꝙ hec regula, ex impoſſibili nihil ſequitur, ſit uerior q̄ illa ſequit quodlibet:
Quia ex nihilo nihil ſequitur: Sicut neq; ex negatiua pura, ſequitur ulla affirmatio. B.
Si cōſequentia illa ſit bona dubitari adhuc poteſt, Quamuis ratio ab illis inducta illud
minime probauerit; P. Alium eam ita probat: Quia inquit, non poteſt ita eſſe ſicut
ſignificatur per antecedens impoſſibile, quin ita ſit ſicut ſignificatur per conſequens
Ergo conſequentia bona: Si cōcedis regulam, habetur ꝓpoſitum: Si negas. Da oppo
ſitum: Poteſt ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens: Ergo antecedens eſt poſſibile. B.
Sermonem quem audiui nō eſt tuus: Immo eſt Sophyſticus, Nā cum dicimus, pōt
ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens: & tamen non ita eſſe ſicut ſignificatur per conſe
quens, non intelligimus ut antecedens ſit poſſibile: Sed ſi poneretur per impoſſibile,
& ſolū imaginarie ſicut dicimus: Si homo eſt bos: Homo eſſet mugilis: Quia nō poſ
ſet ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, quin ita eſſet ſicut ſignificatur p conſequens.
Sed ſi homo eſſet bos, Homo nō eſſet mugilis: Quia ex eſſe bouem poſſibile, uel im
poſſibile, non ſequitur hominem eſſe mugilem. Illa ergo, regula ſic eſt intelligēda: Quā
docunq; poſito

docũq; poſito hoc ẽt imaginarie/ & ꝑ ĩpoſſibile poneret͛ illud/ tũc cõſequẽtia ẽ bona/ Et
qñ nõ poneret͛ ẽ mala. Et tñ nõ ſeq͛t. Ergo añs ẽ poſſibile. Cõſequẽtia.n.ſolet exponi
nõ ſolũ ꝑ qa eſt/ Sed ẽt ꝑ qñ/ Et ſi ſic eẽt/ ẽt ꝑ ĩpoſſibile. Nõ igr̃ ꝓp rões q̃ſiſti ponũt/ ne
ceſſariũ ſeq͛t ad quodlibet/ Neq; ex ĩpoſſibili ſeq͛t quodlibet. P. Eſt necne ĩter talia ulla
cõſequẽtia. B. Eſt q̃dẽ cõgruitatis/ nõ neceſſitatis. Cõgruũ q̃ppe ẽ/ ut q cõcedit ĩpoſſibi
le/ m̃lto magis cõcedat minus ĩpoſſibile/ & oĩo poſſibile. Et q cõcedit cõtingẽs/ uĩ ĩpoſ
ſibile. Potius cõcedat neceſſariũ. Dñr itaq; cõſequẽtiæ mãles: qa lʒ nõ neceſſario ĩferãt
tñ cõgruæ cõcedunt͛. Nã q̃cq̃d dixeris/ uel affirmaueris ꝑus/ ſp deinde neceſſariũ affir
mare poteris. Nõ q̃dẽ ꝓp illud qđ ꝑus affirmaſti/ Sed qa illud ſp ẽ tale. Silr̃ ſi affirmes
ĩpoſſibile aliq̃đ/ poteris oẽ cõſimile: & repugnãs/ & diuerſum ab eo affirmare/ Sed nõ
propter illius affirmationẽ/ Sed quia dato uno inconuenienti/ poteris eadem facilitate/
& alia dare: Et ſi alia inconuenientia/ multo magis conuenientia/ & neceſſaria. P. Solet
conſequentia bona ſubdiuidi aliomodo.

Diuiſio cõſequẽtiaꝝ bonaꝝ. Et ĩ ꝓbatio aliquaꝝ cõſequẽtiaꝝ bonaꝝ de mã. B.C.V.

Bonarum item → Alia de forma. / Alia de materia.

Bona de forma ẽ illa q̃ ĩ oĩbus terminis eo mõ diſpoſitis tʒ/ Sic diximus ſupius de mo
dis ſyllogiſticis: Vtilibus & inutilibus. Bona de mã ẽ q̃ ĩ aliq̃bus termĩs gr̃a mãæ/ uel
potius nãæ reꝝ cui applicat͛ talis diſcurſus tʒ/ Vt oĩs hõ eſt riſibilis. Igit͛ Oẽ riſibile ẽ hõ. Et
hãc ñ magnifacit Logicus. Sicut nec ſyllõs q ĩ una mã cõcludũt/ Et ĩ alia nõ cõcludũt
P. Aliq ſermone ſuo nõ ſepãt cõſequẽtiã mãlẽ a cõſequẽtia de mã. B. Varie utunt͛ uo
cabulis. Curandũ ẽ nobis potius q̃d exꝑmit͛ q̃ q̃bus noĩbus exꝑmat͛: Cõſtat mãlẽ/ ab
illa de mã ſatis diſtare/ ſi eaꝝ deſcriptiones conſiderent͛. P. Plurimi dicũt cõſequẽtias for
males/ nõ tñ de forma/ ſʒ de mã eẽ has/ Vʒ Ab excluſiua affirmatiua/ ad excluſiuã nega
tiuã/ Vt tm̃ pr̃ eſt/ Ergo nõ tm̃ pr̃ eſt. Tm̃ principiũ eſt/ Ergo nõ tm̃ principium eſt.
Sed quo pacto illas cõſequentias ꝓbant ignoro. B. Sic/ tm̃ pr̃ eſt: Ergo pr̃ eſt. Ab ex
cluſiua ad ſuã p̃iacẽtẽ. Deinde/ Pr̃ eſt: Ergo filius ẽ. A poſitione correlatiui. Vlterius/
Filius ẽ: Ergo nõ tm̃ pr̃ eſt. P. Cõtra eos ita inuehor. Cõtradictoria nequeũt ſimul eẽ:
Antecedẽs aũt/ & cõſequẽs oportet ſimul eẽ. Sed tm̃ pr̃ eſt. Ergo nõ tm̃ pr̃ ẽ/ ſunt con
tradictoria: Ergo nõ ſunt ſimul/ Et ꝑ cõſequens nõ ſe hñt/ ut antecedẽs/ & cõſequens.
Quia ẽt oppoſitũ antecedẽtis/ nõ põt ſimul ſtare cum antecedente/ illa conſequẽtia nõ
eſt cenſenda eſſe bona: Nihil quoq; ex antecedente ſequitur/ quod ipſum antecedens
perimit. Ariſtoteles etiam primo Phiſicorum/ illam eorum conſequentiam expreſſe ne
gat ponens cõſequentiã oppoſitam Sic arguẽs. Si tm̃ principiũ eſt/ ergo principiatum
nõ eſt: Preterea Cõſequentia bona de materia/ eſt bona in illa materia. Ergo obſeruare
debet rõnem bonæ cõſequentiæ in illa materia: Sed hæc nõ obſeruat. Quia oppoſitũ
cõſequẽtis/ nõ repugnat antecedẽti: ſed eſt ipſum antecedẽs. Neq; infert oppoſitũ ante
cedentis. Quo dicemus bonũ: ubi nulla ratio bonitatis. Et eo magis quia dicunt illã
conſequentiam eſſe formalem/ & ita conſequens eſſe de intellectu antecedentis. Et ſic
unum contradictorium eſſe de intellectu alterius. Be. Recte improbas. Illæ tamen

cõſequentiæ poſſunt bifariã conſiderari. Vno modo preſupponẽdo antecedẽtia uel abſolute: ut ita ſit ſicut ſignificãt: uel cõditionaliter. Vt ſi ita ſe heret ꝙ Tm̃ prẽ eẽt. Et tm̃ principiũ eſſet & nihil aliud. Et tũc ſequeret̃ filiũ nõ eſſe & principiatũ nõ eſſe. Et ſic ꝓcedit philoſophus cõtra antiquos primo phi. Alio modo. Nõ pſupponendo antecedẽtia ſed in ꝓbãdo & redarguẽdo ac ꝓio diſſuadẽdo tãq̃ implicãtia cõtradictionẽ. Qui n. dicit Tm̃ patrẽ eſſe dicit implicite Nõ tm̃ patrẽ eſſe. Quia pr̃ ſine filio eẽ nõ põt. Et ita ibi erit cõſequentia implicationis pp incluſionẽ duoꝝ cõtradictorioꝝ. Qui ẽt dicit Tm̃ patrẽ eſſe dicit ĩplicite Patrẽ nõ eſſe. Quia ſine filio nequit eẽ. Et q̃a impoſſibile ẽ ipm̃ ſolũ ſine filio eſſe neceſſe eſt ipm̃ nõ eẽ. Si tm̃ ipm̃ dixerimus eſſe. Sic diſtinguẽda eſt & illa. Scio me eẽ lapidẽ. Et aliæ oẽs quæ implicãdo ſe ipſas deſtruũt. Vt nulla enũciatio eſt: Nulla negatiua eſt. Si. n. admiſſerimus antecedẽtia & cõceſſerimus illa. Oĩa illis repugnãtia ſunt nobis cõſequẽter negãda. Et licet nõ debeamus ĩpoſſibilia admittere. Admiſſa tñ tueri oportet. Et oſtẽſa antecedẽtis ĩplicatione antecedẽs negabimus q̃a ĩcludit cõtradictoria. Nõ ſunt ergo bonæ de mã. ꝓut ſunt iſte. Numerus nõ eſt. Igit̃ binarius ñ ẽ. Et nll's binarius ẽ Igit̃ nll's numerus. Nõ ergo recte ponũt̃ ſub mẽbris cõſequẽtiã formalẽ & bonã diuidẽtibus. Tenẽt ſolũ in mã inſolubiliũ. Q ñ antecedẽtia ponẽdo ſe deſtruũt & deſtruẽdo ponũt. P. Nõnulli excluſo uno correlatiuoꝝ. Alteꝝ ñ excludi autumãt. Et uident̃ ſe extricaſſe. B. Neq̃ ex pte rei neq; poni neq; perimi alteꝝ ſine altero. Sed mẽs cõiunctiſſima diſſoluit. Et ecõtra. Verſſima falſificat. Et ecõtra. Vt primũ principiũ & oppoſitũ eius: Secus Phi. nõ recte intuliſſet. Igit̃ principiatũ nõ eſt. Neq; id ꝓ his ſcio me eẽ lapidẽ. Et nulla negatiua ẽ qcq̃ iuuat. P. Quo deliniũt color hãc. Scio me eẽ lapidẽ. Igit̃ neſcio me eẽ lapidẽ. B. Hoc mõ illã deducũt. Scio me eẽ lapidẽ. Igr̃ Ego ſum lapis: Quia nõ pt̃ ſciri niſi ueꝝ. Vlterius. Sũ lapis. Igr̃ nõ ſum hõ ab affirmatiua unius diſperati ad negatiuã alterius. Igr̃ ego nõ ſum ego. meipſum oñdẽdo. Tenet a ſupiori ad ſuũ inferius negatiõe utriq; ꝓpoſita: Nõ ſum hõ. Igit̃ nõ ſũ ego. Hoc ẽ nõ ſum hic hõ. Ex quo ſeq̃t̃ ꝙ ego nõ ſum: Quia nõ ẽ imaginabile ut ſim & nõ ſim ego. Tũc ultra. Nõ ſum. Igit̃ neſcio me eẽ lapidẽ. A ſupiori diſtributo negatiue ad ſuũ inferius: Oẽ q̃ppe ſciẽs eſt. Et nõ ecõtra. Igit̃ qd̃ nõ ẽ nõ ẽ q̃cq̃ ſciẽs: Tãdẽ a primo ad ultimũ: Ego ſcio me eẽ lapidẽ: Igit̃ neſcio me eẽ lapidẽ: P. Si talis ſit cõſequẽtia a primo ad ultimum qualesfuerint intermediæ: Illæ uero hac in re fuerunt bone de forma. Igit̃ & illa. Qd̃ neq; ipſi dicũt: neq; ueꝝ eſt. Quia ut dictũ ẽ nullã rõnem bonæ cõſequẽtiæ hẽt ẽt de mã. Niſi accipiẽdo mã ꝫ equoce. Vt puta ꝓ enũciationibus implicantibus & ſe ipſas deſtruentibus ſeu inſolubilibus. Et tenet non illatiue. Quia nõ recte infert̃ contradictoriũ ex cõtradictorio: ſed redargutiue. Nã illud antecedẽs pt̃ bifariã cõſiderari pſupponẽdo ita eſſe. Vt uidelicet. Ego qui ſum hõ. Vel ut aliquis hõ ſciat ſe eſſe lapidem & tunc non ſequitur ꝙ neſciat ſe lapidem eẽ. Sed bene ſequit̃. Ergo aliquis hõ eſt lapis. Sed nõ ſequit̃. Igit̃ nõ eſt hõ: Quia dato illo hõ & lapis nõ ſunt diſperata & cõcedant̃ oĩa quæ neceſſario ſequunt̃ ad eſſe hoiem & lapidẽ. Quæ poſito caſu negabunt̃ eẽ incõpoſſibilia: Sicut poſita duaꝝ naturaꝝ unione hyppoſtatica. quæ in eodẽ erãt incõpoſſibilia fiũt cõpoſſibilia: licet unio illa ſit poſſibilis. & in aliquo repeciat̃. Hæc aũt cõnexio ſit ĩpoſſibilis neq; cõcedi debeat. Si tñ cõcederet̃. Sic ꝓgrediẽdũ

eſt. Redargutiue tñ ſeqť ex cõtradictorio cõtradictoriū. Sic. Tu dicis: Aliqs hõ ſcit ſe eē lapidē: Et nõ aduertis implicationē. Quia dicis ipm id ſcire & neſcire. Si.n. aliquis hõ ſcit ſe eē lapidē: ergo erit lapis. Et qa lapis nihil ſcit: ipſe nihil ſciet: & ita neſciet ſe eē lapidē. Et Quo poterit aliqs ſcire ſe eē lapidē: & hoiem ſimul. Et multa alia ad redarguendū cõcedentē tale antecedēs pñt induci. Recte igiť diximus illā cõſequentiā nõ eē illatiuā: ut ex illo antecedēte ſequať illud cõſequēs: ſed ſolū eē redargutiuā & diſſuaſiuā: ne fiat tā horribilis iplicatio cõtra primū principiū. P. Ponūt hic ēt iſtā: Tu credis preciſe aliqs hõ decipiť. Igiť aliqs hõ decipiť. Eaq3 ſic declarāt. Aut pciſe credis ueꝝ: Aut pciſe falſum. Si pciſe ueꝝ credis. Ergo aliqs hõ decipiť. Si falſum: Ergo tu deciperis: & tu es homo. Igiť aliqs homo decipiť. B. Iſta facilior eſt: Sed de his in tractatu de inſolubilibus. Multifariam Iuniores hac in re aberrant. Tu hæc precæpta proſequere.

P. Apponendæ ſunt generales conſequentiarum regulæ. B.
Ponuntur regulæ generales conſequentiaꝝ: cū ſuis corrolariis. Cap. VI.

PRima regula. Quotiēs cõſequētiæ bonæ añcedēs ē ueꝝ: Poſſibile: Vel neceſſariū: totiēs & cõſequēs. Quia ex falſis ueꝝ: ex ueris nil niſi ueꝝ. Sic ex poſſibilibus & neceſſariis nil impoſſibile & neceſſariū. P. Da corrolaria. B. Corrolariū. Qñ cõſequētiæ bonæ cõſequēs eſt falſum: aut ipoſſibile: uel cõtingēs: Et antecedēs. Alteꝝ corrolariū. Qñ alicuius cõſequētiæ antecedēs ē ueꝝ: Poſſibile: aut neceſſariū & cõſequēs nõ: talis cõſequētia nõ ualet. B. Secūda regula. Quicqd ſeqť ad cõſequēs cõſequētiæ bonæ: Seqť ēt ad ipſius antecedēs. Ideo dictū eſt ſupra ex eiſdem pmiſſis poſſe iferri plura. P. Da corrolaria. B. Corrolariū. Quicquid añcedit ad añcedēs: añcedit ad cõſequēs: Sicut qcqd ē inferius inferiore: Aut poſterius poſteriore: eſt inferius ſupiore: Et poſterius pore. Vt Hõ: Aial: Viuēs. Alteꝝ Corrolariū. A pmo ad ultimū. qñ conſequentiæ inter mediæ ſunt bonæ neceſſario & nõ uariatæ: eſt bona cõſequētia: Vt ſi Cato ē hõ: Cato ē aial. Et ſi Cato eſt aial: Cato ē ſubſtātia. Ergo a pmo ad ultimū. Si Cato eſt hõ: Cato ē ſubſtātia. P. Dixiſti cõſequentias inter medias non uariari. Quod ſic accipio: quia oportet idem omnino eſſe antecedēs conſequentiæ poſterioris: quod fuit cõſequens cõſequentiæ prioris. Et qđ illud qđ ſequiť ex conſequēte poſſit ſequi etiam ex ipſo antecedente ſolo: Iccirco illa conſequentia non eſt bona: Tantum pater eſt: Ergo filius eſt. Quia & ſi ex hac: Pater eſt: Sequatur iſta: Filius eſt: Nõ tamen filium eſſe ſequitur ex hac: Tantum pater eſt: & ita neq3 ex eius conſequente: ut conſequens eſt. Similiter hæc non ualet. Nullum tempus eſt: Ergo nulla dies eſt. Nulla dies eſt: & aliqua hora eſt. Ergo nox eſt. Et ſi nox: igitur aliquod tps. Nõ tñ ſeqť Nullū tps ē. Igiť aliqd tps eſt Ex eo qa cõſequēs pmæ cõſequētiæ fuit una cathegorica Et illud put ē antecedens eſt una copulatiua: Et ſi antecedēs preciſe put erat cõſequēs adſumpſeris: cõſequentia nõ ualet. Quia & ſi preſuppoſito tēpore hæc ualeat: Nõ eſt dies. Igiť eſt nox: Nõ tñ ſequiť ſtante illa: Nullū tps eſt: Sed Da & aliam regulā cū ſuo corrolario. B. Tertia regula. Quicqd ſtat cū antecedente cõſequentiæ bonæ: illud idē

ſtabit cū cōſequente. Quod.n.ſtet cū hac/Homo currit/ſtabit & cū hac. Animal cur
rit. Corrolarium/ Quicqd repugnat cōſequenti/repugnat & antecedenti. Vt qcq̄ repu
gnat huic Animal currit/repugnabit & illi/Homo currit:P. Da & quartā regulā/cum
ſuis corrolariis.B. Quarta regula. Quicūq; nouit cōſequentiam eſſe bonā/& ante
cedens ſit ſibi cōcedendum/Et cōſequens ſilr. Corrolariū. Si cōſequentiæ bonæ conſe
quēs ſit negandū/Et antecedēs. Corrolariū. Si alicuius cōſequentiæ antecedens ſit cō
cedendū/& cōſequens negandū/cōſequentia illa nō ualet.P. Da & quintā cū ſuis cor
rolariis:B. Quinta regula conſimilis. Quicūq; conſequentiæ/quā nouit eſſe bonā/
nouit antecedens/oportet ut noſcat ēt ſuū cōſequens. Corrolariū. Si cōſequentiæ quā
noueris eſſe bonā/ignores cōſequens/ignorabis & antecedens. Noſti.n.hāc eſſe bonā
Animal currit/igit̃ animal mouet̃. Si ergo neſcias aīal moueri/ēt neſcies ipſum currere.
Corrolariū. Si alicuius cōſequentiæ antecedens noueris/& cōſequens ignoraueris/illa
cōſequentia nō eſt bona/Vel certo eſt tibi ignota. Nā ſi tibi cōſtaret eā eē bonā/nequi
res ſcire ipſius antecedens/& ignorare cōſequens:P. Da & ſextā cū corrolariis.B. Sex
ta regula. Quandocūq; cōſequentiæ bonæ antecedēs eſt pure negatiuū/Et cōſequēs
ſimiliter/Quia ex negatiua nō ſequit̃ affirmatiua. Corrolariū. Si talis cōſequentiæ/cō
ſequēs ſit affirmatiuū Et antecedens. Corrolariū. Si alicuius cōſequentiæ antecedens
ſit negatiuum/& conſequens affirmatiuum/illa conſequentia non ualet.P. Da limita
tiones harum regularum.

## Ponuntur limitationes regularum.B. Cap. VII.

DAnt Limitationes illarū regularū. Sic. Cōſequentiæ bonæ/inquiunt/nō
malæ/quia hæ regulæ nō dant̃ de malis/& illæ regulæ/ſunt intelligendæ
extra materiā inſolubiliū/De qbus poſtmodū. Et intellige bonæ affirma
tiuæ/nō negatiuæ. Quia huius Nō Si tu es hō/Tu es bos. Añcedens eſt
uerū & poſſibile. Cōſequens eſt falſum & impoſſibile: Et tñ cōſequentia eſt bona. Sed
hæc limitatio uidet̃ ſuperflua; quia illa nō eſt cōſequentia/nec diſcurſus/ſed deſtructio
cōſequētiæ/& diſcurſus. Similiter nec illa ꝓprie eſt cōſequētia/Niſi tu es aīal/Tu nō es
hō. Iccirco nō mirū ſi ꝓcedens ſit uera/Et ſubſequens falſa/Alia limitatio eſt talis Signi
ficantis ex cōpoſitiōe ſuarū partiū primarie ſignificantium. Hæc limitatio ponit̃ ꝓp ſub
ordinationē & uariationē ſignificationis antecedentis/& cōſequentis. Pōt.n.ex compo
ſitione partiū/cōſequētia nil ualere/Vt hic/Nō eſt animal. Ergo homo eſt irrationalis.
Si tñ ſubordinet̃ uni bonæ i mēte/erit bona Pōt ēt ex ſignificato primario eē bona/Vt
hō eſt aīal. Ergo hō eſt corpus. Et ex ſecundario eſſe falſa/Vt ſi in conſequente nomine
corporis/acciperes lapidem/uel arborē. Sed iam dictū eſt qualiter enunciationes debēt
dici uere/aut falſe ratione ſignificationis primarie/& adæquate. Ridiculoſa uero/& oīo
Sophiſtica eſt illa ſubordinatio/& utilis illis qui aliud gerunt pectore/aliud ore Videat
& iudicet magnus/ac eruditus ille Stapulenſis. Ponitur & alia limitatio/cuius nec an
tecedens principale/& explicitū/nec conſequens tale eſt/enunciatio pluris. Vt Tu amit

tis operam. Igitur Littus aras. Conſequens eſt enunciatio plures. Similiter Equus eſt hinnilis. Ergo non eſt riſilis. Conſequens in genitiuo eſt falſum. In nominatiuo uerũ. Dicit autem antecedens principale quia huius. Si tu es homo. Tu es Papa. Ergo Si tu es homo tu es Summus pontifex. Antecedens antecedentis eſt uerum. Et antecedẽs conſequentis ſimiliter. Sed antecedens principale eſt falſum uidelicet. Si tu es homo tu es Papa: & ſic & conſequens. Dicit etiam explicitum quia dicendo: Niſi Plato ſit animal Plato non eſt homo: Antecedens implicitum eſt falſum. Videlicet Plato non eſt animal. Implicitum uerum. Si Plato nõ eſt animal. P. Hæc me tedio afficiunt. Nãq; hæc ultima non uidetur conſequentia. Sed potius quædam oratio enunciatiua ſeu narratiua. B. Hæc appoſui ut uaria Sophiſtarum delibares tendicula. Næc profecto preceptis firmis debebant fluida immiſcere.

Circa ſuperius dicta duas declarationes ponit. P. Cap. VIII.

AN hæc ualeat. Hæc conſequentia eſt bona & antecedens fuit uerum ergo & conſequens. Similiter Hæc conſequentia eſt bona Et antecedens erit uerum. Ergo & conſequens. B. Aio non eam de preſenti eſſe ueram Sic. Hæc conſequentia eſt bona Et antecedens eſt uerum. Ergo & conſequens Non autem de preterito aut futuro quia poteſt antecedens fundamentaliter ſumptum ad mille annos fuiſſe & fore uerum ſine illo conſequente Vt omnis homo eſt. Igitur hic homo eſt. Quæ conſequentia eſt bona Vt nunc & non ſemper Et uniuerſalis fuit uera & erit: Neq; illud erit conſequens eius ſicut nec antea fuit: poſito ut uniuerſalis illa diſtribuat ſolum pro illis qui tunc reperiuntur. Ergo ſit eadem uniuerſalis nunc & ad mille annos: Quod non eſſe uerum paulopoſt oſtendemus. Iccirco dictum eſt ſuperius illam conſequentiam eſſe bonam quando non poteſt ita eſſe aut fuiſſe aut fore ſicut ſignificatur per antecedẽs quin ita ſit uel fuerit uel futurum ſit. ſicut ſignificatur p conſequens. P. Si tñ conſequentiæ bonæ antecedens formaliter ſumptum p aliquo tempore fuerit uerũ & conſequẽs Nunq̃.n. antecedens cõſequentiæ bonæ formaliter. eſt fuit uel erit uerũ quin & conſequens. Licet forſan hoc quod nunc eſt cõſequens alias nõ fuerit Vel quod nũc eſt antecedẽs alias nõ fuerit De quo infra limpidius. Antecedens tñ ut ſic nũq̃ eſt ſine conſequente. Et econtra. B. Dicunt etiã q; ſic arguere nõ licet Hæc conſequentia eſt bona. Ergo quandocũq; antecedẽs erit uerum & cõſequens. Nã aliqua cõſequentia eſt bona cuius tamen nec antecedens nec conſequens unq̃ erit uerum Vt iſtius Homo eſt bos. Igitur homo eſt mugilis. Et probant ſic. Nunq̃ erit antecedens uerum. Ergo nõ quandocunq; antecedens erit uerum cõſequens erit uerum A ſuperiori diſtributo negatiue ad ipſius inferius. Et quia ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedẽtis. Nam ſi qñcũq; antecedens erit uerũ Et cõſequens erit uerũ. Igr̃ aliqñ antecedẽs erit uerũ & conſequens ſimiliter. Tenet cõſequentia a ſubalternãte ad ſubalternatam Tunc ultra. Igr̃ aliqñ antecedẽs erit uerum Hoc aũt eſt oppoſitum antecedẽtis quia

nunq̃ erit/& aliquando erit uerum/opponuntur. P. Illa conſequentia non ualet Nũq̃
erit uerum antecedens/Igitur non quandocunq; erit uerũ antecedens/erit & conſequẽs
Neq; arguitur a ſuperiori negatiue. Nũq̃.n. non eſt ſuperius ad quandocunq;/Sed be
ne ad aliquando non. Similiter aliquando erit/non ſequitur ex quandocunq;. Neq; ali
quando/ſubalternatur ipſi quandocũq;. Sed ipſi ſemper: Ratio iſtorum quæ dicimus
eſt hæc/Quia hæc dictio quandocunq;/apud Latinos eſt ſignum quaſi partitiuũ/ſeu
particulare/& affirmatiuum/numq̃ uero eſt ſignum uniuerſale/& negatiuum. Et illa
dictio quandocũq;/nil ponit ineſſe reipſa/Sed re/uel imaginatione/Vt ſit ſenſus. Si quã
antecedens fuerit uerũ/& conſequens/Et ſi nunq̃/nunq̃ Quandocunq; etenim pone
retur antecedens uerum/neceſſe eſſet/& cõſequens ponere uerum/quia cõſequentia eſt
oratio/in qua quibuſdam tacite uel expreſſe poſitis/neceſſe eſt per ea aliud/uidelicet con
ſequens euenire. B. Illa eſt diffinitio ſyllogiſmi/non conſequentiæ. Philoſophus tñ ſyl
logiſmi nomine omnem argumentationem/& conſequentiam complectitur. Neq;
nomine argumentationis utitur. De his autem melius: tu & accomodatius ad mentẽ
philoſophi. Ipſi tamen ob linguæ latinæ paruam peritiam/tollerari & excuſari poterũt.

## Certant de quadam conſequentia. P. Cap. IX.

CErtant pro hac conſequentia/Deus eſt/Ergo hæc eſt uera Deus eſt.
Huius quippe antecedens eſt neceſſarium/& conſequens cõtingens.
Et conſequentia uidetur bona/quia oppoſitũ conſequentis/repugnat
antecedenti. Ergo poterit conſequentia eſſe bona/cuius antecedẽs eſt
neceſſarium:& conſequẽs cõtingens/contra primã regulã. Quod
autem oppoſitum conſequentis repugnet antecedenti probatur Sic
Hæc non eſt uera Deus eſt/Quæ tamen deſignat adequate Deũ eſſe. Igitur Deũ eſſe
non eſt uerũ. Et ita hæc erit uera Deus nõ eſt/Quæ repugnat illi Deus eſt. Dicunt ne
gando illam conſequentiam eſſe bonam. Et ꝙ oppoſitum conſequentis/nõ repugnat
immo ſtat cum antecedente. Et qum dicis/ſignificat adæquate Deum eſſe/negant id.
Præſupponunt.n. ſimul ſtare nullam enunciationem eſſe/& Deum eſſe. Si ergo nulla
enunciatio ſit/nulla ſignificabit Deum eſſe. Et addunt multas enunciationes eſſe cõpoſ
ſibiles: quæ tamẽ nequeũt eſſe ſimul ueræ/Veluti ſunt hæ Nulla oratio eſt. Aliqua ora
tio eſt: Nulla negatiua ẽ/ergo aliqua eſt. Similiter/Omnis oratio ẽ affirmatiua: Et nul
la negatiua. Põt ergo copulatiua ẽẽ poſſibilis. Quæ tñ nõ põt ẽẽ uera: Hæc illi/Quid
tu. B. Concedamus nos ſignificatum huius Deus eſt/fundamentaliter ſumptũ eſſe rẽ
neceſſariam/Ipſum uero ſignum/ſeu orationem id exprimẽtem/eſſe rem contingentẽ
quod exiſtere non ſit neceſſe/Sed addimus hoc: non poſſe fieri ullam conſequentiam/
abſq; antecedente:& cõſequente. Omne autem antecedens eſſe enunciationem/Simi
liter & conſequens. Quando ergo dicunt hanc non eſſe bonam cõſequentiam/Deus
eſt/Ergo hæc eſt uera Deus eſt. Quæro an illa ſit ulla conſequẽtia/uel nulla. Si nulla.
Ergo nec bona/nec mala/Si autem ſit conſequentia aliqua/Ergo ibi eſt antecedẽs. Et

illud nil aliud eſt q̄ hæc Deus eſt. Si ergo hæc enũciatio detur Deus eſt. Igit̃ hæc Deus
eſt/ex quo ſignificat ſicuti eſt in re erit uera. Aliquo ergo modo recte dixerũt/quia adeſſe
Deum in re/non ſequitur ullam orationem eſſe id exprimentem. Aliquo modo non re
cte/quia conſequentia fieri nequit abſq; enunciatione/& abſq; antecedente. Quod qui
dem ſi ita ſignificat primarie/& adæquate ſicuti eſt in re neceſſe eſt ipſum uerũ eſſe. Hæc
itaq; Deus eſt/neceſſaria eſt: quia deſignat primarie & adæquate unionem neceſſariam
Ergo conſequentia bona/& conſequens eodem modo neceſſarium/Si tamen quis ac
ciperet iſtam enunciationem eſſe in ſe ens neceſſarium/aut neceſſario uerum/male acci
peret. P. Non accipio illud dictum/ut aliquæ enũciationes ſint compoſſibiles/quæ tñ
non poſſint eſſe ſimul ueræ/nec ſimul falſæ. Quæ. n. compoſſibilitas erit iſta. B. Nul
la propoſitio eſt/& aliqua eſt/ſtant ſimul/quia poſita priore ponit̃ poſterior. nec tamen
unq̄ poſſunt eſſe ſimul ueræ/quia prior nunq̄ poteſt eſſe uera/Neq; ſimul falſæ/quia
poſterior nunq̄ poteſt eſſe falſa. De quibus alias. Pe. Videtur quoq; hæc conſequen
tia eſſe bona. Omne currens eſt Bos. Ergo Omne currens poteſt eſſe bos/Et tamẽ hu
ius conſequentiæ antecedens eſt poſſibile/ut patet. Quia poſſibile eſt/ut Bos currat/
& nihil aliud pro tunc currat Et conſequens impoſſibile. Probatur ſic Omne currens
poteſt eſſe bos: Et omnis ceruus poteſt eſſe currens. Igitur omnis Ceruus poteſt eſſe
bos. Concluſio falſa. Igitur aliqua premiſſarum Non minor. Igitur maior: & illa fuit
conſequens prioris conſequentiæ: B. Sic procedunt comuniter huius artis ſcriptores.
P. Ego ſemꝑ accepi/ut ab eẽ ad poſſe ſit bona cõſequẽtia/Si ergo oẽ currẽs ſit bos/cur
nõ ꝑtẽẽ ut oẽ currẽs ſit bos/nõ debet eẽ/ſine poſſe eẽ. B. Sẽſus illius cõſequẽtis ꝑ maiori
aſſumpti bifariã põt accipi/Videlicet/ampliatiue/ut nõ ſolũ oẽ currẽs ſit bos/ſed ꝙcquid
poteſt currere/poſſit eſſe bos. Et ita quia homo poteſt currere/homo poſſet eſſe bos.
Poteſt etiam illud cõſequens accipi ſine ulla ampliatione/Videlicet/ut omne currẽs ſo
lum/& non omne quod poteſt currere/poſſit eſſe bos. Et illud ſic accipiendo/eſt bona
conſequentia ab eſſe ad poſſe eſſe. Et maior erit uera: Sed aſſumptum non erit ad rem/
ut omnis homo poſſit eſſe currens. Quia proponebatur in maiori de omni currente
ſolum/ut uidelicet. omne currens poſſit eſſe bos. Non autem omne quod poteſt curre
re. Eſt ergo in uno ſenſu bona conſequentia illa. In alio mala. P. Vter illorum ſenſuũ
tenet de ui ſermonis. Be. Quemadmodum alias diximus/modales de ſenſu compo
ſito & diuiſo nõ differre/ſitu modorum quo ad uim ſermonis/ſed ſemper importare du
plicem ſenſum/Niſi aliud fieret ex pacto. Ita & hic uidetur dicẽdũ. Vt utrumq; ſenſum
ex talibus capere poſſimus ampliatiuum/& nõ Ampliatiuum/Niſi forſan pactum in
terueniret. Vt dicendo Omne currens bos eſſe põt/nõ ampliet. Dicendo autẽ Omne
currens/poteſt eſſe bos/ampliaret/uel aliquo alio modo. De his in tractatu proprio.

Quo pacto ex hac Non poſſibile non eſſe/quæ uidetur pure negatiua/ſequi
tur Neceſſe eſſe/quæ eſt pure affirmatiua/Et ꝙ omnis negatiua/includit ali
quam affirmatiuam. P. Cap. X.

do: Si tu curris/ Moueris: Vel ad te currere: Sequitur te moueri/ Vel quādo aliquis cur
reret/ Ille tunc moueretur. enunciatio eſt hyppotetica. Si autem illud actione animi in
feram. Tu curris: Ergo tu moueris: diſcurſus eſt. Actio igit̃ animi talis/ & illatio/ requi
ritur ad tertiam operationem: Quæ actio in ipſa prolatione bene percipitur. Inſcribē
do tamen non ſic facile poteſt deprehēdi an quis componat/ uel diſcurrat: Poterit tamē
diſcerni ex ſenſu litteræ/ & ui ſententiæ/ & ex his quæ circumſtant. Secus ambiguum
erit ſi ſit ſecunda/ uel tertia operatio. Conditionalis etiam potius enunciat q̃ diſcurrat:
Rationalis econtra/ potius diſcurrit q̃ enunciet. Illa. n. nota Igit̃/ Seu ergo/ actionē ani
mi denotare uidetur. Quando igitur dixit ut conſequentia ſit oratio hyppotetica ratio
nalis/ repugnantia poſuit. Nam ſi ſit oratio hyppotetica: Igitur erit enunciatio/ & non
diſcurſus. Addendo ut ſit rationalis/ eam non enunciantem/ ſed diſcurrentem aſſerit.
P. Ad rationes eius eſt reſpondēdum: B. Ad priorem rationem dici poteſt: Maiorem
eſſe falſam/ quia etiam conſequentia cōceditur/ & negatur: Vel eam diſtinguemus. Ali
quid. n. cōceditur tamq̃ uerum: Vt enunciatio: Aliquid tāq̃ bonum/ uel rectum/ ut cō
ſequentia: Et aliquid negatur tamq̃ falſum/ ut enunciatio: Et aliquid tamq̃ malum/ &
prauum/ ut conſequentia: Illa namq; cum conceditur/ quoad bonitatem conceditur:
Et ſi fuerit mala negatur. Ad alteram rationem cōformiter dicere poſſumus/ ibi eſſe ne
gationem rectitudinis/ ſeu bonitatis diſcurſus/ non autem ueritatis: Aut ei aſſignat̃ con
tradictorium non ea ratione qua conſequētia/ ſed qua enunciatio eſt/ Sicut. n. idem eſt
materialiter oratio & terminus/ ita & quædam oratio atq; diſcurſus. P. Nouus qdam
ita eam diffinit/ Conſequētia eſt ueritas rei neceſſaria/ ſignificabilis per propoſitionem
illatiuam: B. Quia illi nomen a ſermone fuerat/ ſuo certo nomini derogauit/ Logicū
non ſermocinalem/ aut rationalem (ut alii) Sed quaſi realem faciens. Dicit. n. q̃ conſe
quentiã eſt ueritas rei neceſſaria. Certum eſt autem cōſequentiam eſſe tertiam operatio
nem animi/ Nō ergo eſt aliqua ueritas/ quæ ſit paſſio enunciationis: quia conſequentia
nō eſt enunciatio formaliter: & paſſio propria nūq̃ ſuum ſubiectum relinquit/ Neq;
poteſt recte intelligi/ ut ſit ueritas in re exiſtens/ quia uerũ & falſum/ non ſunt in rebus
ſed in mente: Et licet uerum alio modo ſumptum ſit paſſio rei: illud tamen non ſignifi
catur per orationem illatiuam: Illo quoq; modo non eſſet conſequētia in uoce/ quia ue
ritas rei neceſſaria/ ſignificatur a propoſitione uocali/ & non eſt in ea/ ut ipſe innuit confu
ſe & inepte omnia/ Sed iam conſequentia/ eſt diuidenda.

## P. De duplici conſequentiæ diuiſione. Cap. III.

Conſequentiarum — Quædam bona.
— Quædam mala.

Conſequentia bona/ eſt quum oppoſitum conſequentis/ repugnat antecedenti/ Vel ut
aiunt/ non ſtat cum eo. Item bona conſequentia/ eſt quum ex oppoſito conſequentis/ in
fertur oppoſitū antecedentis. Tertio/ bona cōſequentia eſt quum impoſſibile eſt ponere

anteccedens quin ponat conſequens. Quarto aiunt pœnæ idem quia eſt quaſi quædā illius declaratio. Bona conſequentia eſt quando non poteſt ita eſſe ſicut adæquate ſignificatur per antecedens: quin ita ſit ſicut adæquate ſignificatur per conſequens: Sic facito de preterito & futuro; E contrario agnoſcito cōſequentiam malam: Malum.n.cognoſcitur ex comparatione ad bonum: P. Eſt necne idem repugnare antecedenti & non ſtare ſimul cum eo. B. Addidi id ꝓpter Sophiſtarum importunitates. P. Nemo ambigit quin non ſtare cum aliquo in plus ſe habet q̃ ei repugnare: ſed quando ita nō ſtat ꝙ impoſſibile ſit ſtare: euidetur ei repugnare. Nos.n.non cognoſcimus aliquas formas repugnare niſi quia uidemus ſe mutuo circa idem expellere: neq; poſſe circa idem ſimul perſiſtere. Quæ igitur impoſſibile eſt ſimul ſtare: illa dicimus mutuo ſibi repugnare. B. Recte arguis: P. Da & aliam diuiſionem.

B. Conſequentiarum bonarum,
- Quædam formalis;
- Quædam materialis;

Formalis eſt quando intelligendo ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens oportet intelligere ita eſſe ſicut ſignificatur per conſequens. Materialis eſt quando non opus eſt ita intelligere ſicut ſignificatur per conſequens intellecto etiam ſicut ſignificatur per antecedens. P. Noto hic ꝙ ſi capiamus antecedens & conſequens formaliter impoſſibile eſt alterū illoꝝ intelligi unq̃ ſine altero. Si uero fundamētaliter. Tūc ſi intelligimus antecedens. Vt hominem currere qui eſt eſſentialiter animal, etiam animal currere ſaltem uirtualiter intelligimus. Licet nō oporteat, ut animal currere ſub propria ratione intelligamus: B. Veꝝ ne inuoluamus conſequentiam formalem & de forma: latius has conſequentias definiamus. Formalis eſt: cuius conſequentis contradictorium formaliter & eſſentialiter repugnat antecedenti: ut oppoſitum non poſſit intelligi ſine repugnantia intellectuum & manifeſta implicatione contradictionis. Vt tu curris: Igitur tu moueris. Materialis eſt. Quādo licet ex parte rei ſeu materiæ de qua tractamus ſit repugnātia inter oppoſitum conſequētis & antecedens: Tamen non eſt intellectuum repugnātia. Vt prima cauſa nō eſt: Igitur nullus homo eſt: Poſſumus.n.concipere aliquem hominem eſſe, & primam cauſam non eſſe prout concepit Prothagoras, & Leucippus cum Democrito. Et qui dixit in corde ſuo non eſt Deus. P. Da regulas circa conſequētiam materialem.

## Improbantur quedā regulæ conſequētiæ bonæ materialiter. B. Cap. IIII.

COnſequentiæ bonæ materialiter ponūt duas regulas. Prima eſt. Ex impoſſibili ſequitur quodlibet. Secunda. Neceſſarium ſequitur ad quodlibet: P. Impoſſibile uel propoſitio impoſſibilis eſt. Ergo Callias currit. Nō ſequitur. Similiter. Callias currit: Ergo neceſſarium uel propoſitio neceſſaria eſt. Nō ſequitur. B. Impoſſibile & neceſſarium interdum accipiuntur per reflexionē pro ipſis modis intentionalibus

Interdum ꝑ eo ꝙ eſt neceſſarium ex ſui natura. Vt hominem eſſe animal. Et ſimiliter
impoſſibile, interdum accipitur pro eo quod ex natura rei implicat, uel repugnat. Vt
hominem eſſe bouem: Interdum pro eo quod ut nunc eſt neceſſarium. Sicut me fuiſ
ſe Florētiæ. Quia fui. Et quod ut nunc eſt impoſſibile, Sicut me nunq̄ ſcripſiſſe, quia
ſcripſi. Ex impoſſibili primo modo, uidelicet per reflexionem, non ſequitur quodlibet,
Nec neceſſarium tale ſequitur ad quodlibet. Sed reliquis duobus modis, ex impoſſibi
li dicunt ſequi quodlibet Et neceſſarium ad quodlibet. P. Nō capio hanc conſequentiā
Homo eſt bos, Ergo baculus ſtat in angulo. Nec hanc Baculus ſtat in angulo. Ergo
Homo eſt animal: B. Probatur prior cōſequentia ratione Sic. Illa cōſequentia eſt bo
na, quādo oppoſitum conſequentis repugnat antecedēti. Sed ibi eſt ita, eo quia impoſ
ſibile repugnat cuilibet, etiam ſibi ipſi: P. Si cuilibet repugnat: ergo nil ex eo ſequitur.
Nam ſi omnia ſibi repugnant. Igitur & conſequens poſitum. Igitur non eſt conſequēs
Nam repugnans, non ſtat cum repugnanti. Antecedens autem ſtat cum conſequenti.
B. Sic etiam obiciemus. Nam tunc ex minus inconuenienti, ſiue impoſſibili inferre ma
ius poſſemus. Et tamen acutiſſimi dicunt ex minus impoſſibili nō ſequi maius. Quo
pacto etiam duo cōtradictoria eidem ſimul repugnare poterunt. Nam huic. Homo eſt
bos, repugnabit hæc. Aliquis homo eſt lapis, ſimiliter ſua contradictoria. Nullus homo
eſt lapis. Ex alia parte utraq; illarum ſequitur ad illud. Si ergo duo cōtradictoria repu
gnent alicui: Igitur neutrum dicetur de illo, & utrumq; remouebitur ab illo: Et ſi utrū
q; ſequitur, utrumq; affirmabitur de eodem. Quod eſt contra naturam contradictio
nis. Preterea arguo ſic: Si ad impoſſibile omnia ſequuntur, ergo impoſſibili nihil repu
gnat. Et ſi impoſſibili omnia repugnant: Igitur ad impoſſibile nihil ſequitur. Sed ſecū
dum ipſos omnia ſequuntur ad illud: & omnia repugnant eidem. Ergo dicunt nihil ſe
quitur ex illo; Et aliquid ſequitur, Nihil repugnat: Et aliquid repugnat. Quod uix He
raclytus, qui primum principium negauit, dixiſſet. Pe. Mihi uidetur uerum eſſe, ut
omnia impoſſibili repugnent: uel potius nō ſtent ſecū: Quia cum nihilo, nulla res ſta
re poteſt: Et ꝙ hec regula, ex impoſſibili nihil ſequitur, ſit uerior q̄ illa, ſequit quodlibet:
Quia ex nihilo nihil ſequitur: Sicut neq; ex negatiua pura, ſequitur ulla affirmatio. B.
Si cōſequentia illa ſit bona dubitari adhuc poteſt, Quamuis ratio ab illis inducta illud
minime probauerit; P. Alius eam ita probat: Quia inquit, non poteſt ita eſſe ſicut
ſignificatur per antecedens impoſſibile, quin ita ſit ſicut ſignificatur per conſequens
Ergo conſequentia bona: Si cōcedis regulam, habetur ꝓpoſitum: Si negas. Da oppo
ſitum: Poteſt ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens: Ergo antecedens eſt poſſibile. B.
Sermonem quem audiui nō eſt tuus: Immo eſt Sophyſticus, Nā cum dicimus, pōt
ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens: & tamen non ita eſſe ſicut ſignificatur per conſe
quens, non intelligimus ut antecedens ſit poſſibile: Sed ſi poneretur per impoſſibile,
& ſolū imaginarie ſicut dicimus: Si homo eēt bos: Homo eſſet mugilis: Quia nō poſ
ſet ita eſſe ſicut ſignificatur per antecedens, quin ita eſſet ſicut ſignificatur p conſequens.
Sed ſi homo eſſet bos: Homo nō eſſet rudibilis: Quia ex eſſe bouem ꝑ poſſibile, uel im
poſſibile non ſequitur hominem eſſe rudibilem. Illa ergo regula ſic eſt intelligēda: Quā

docunq; poſito

docūq; poſito hoc ēt imaginarie/& p īpoſſibile poneret̄ illud/tūc cōſequētia ē bona/Et qn̄ nō poneret̄ ē mala. Et tn̄ nō ſeqt̄. Ergo an̄s ē poſſibile. Cōſequētia. n. ſolet exponi nō ſolū p qa eſt/Sed ēt p qn̄/Et ſi ſic eēt/ēt p īpoſſibile. Nō igr̄ pp rōes q̄ſiſti ponūt/neceſſariū ſeqt̄ ad quodlibet/Neq; ex īpoſſibili ſeqt̄ quodlibet. P. Eſt necne īter talia ulla cōſequētia. B. Eſt qdē cōgruitatis/nō neceſſitatis. Cōgruū qppe ē/ut q cōcedit īpoſſibile/mlto magis cōcedat minus īpoſſibile/& oīo poſſibile. Et q cōcedit cōtingēs/ul' īpoſſibile. Potius cōcedat neceſſariū. Dn̄r itaq; cōſequētiæ mālēs: qa lʒ nō neceſſario īferāt tn̄ cōgruæ cōcedunt̄. Nā qcqd dixeris/uel affirmaueris ꝑus/S p deinde neceſſariū affirmare poteris. Nō qdē pp illud qd' ꝑus affirmaſti/Sed qa illud ſp ē tale. Silr̄ ſi affirmes īpoſſibile aliqd'/poteris oē cōſimile: & repugnās/& diuerſum ab eo affirmare/Sed nō propter illius affirmationē/Sed quia dato uno inconuenienti/poteris eadem facilitate/& alia dare: Et ſi alia inconuenientia/multo magis conuenientia/& neceſſaria. P. Solet conſequentia bona ſubdiuidi aliomodo.

Diuiſio cōſequētiaꝝ bonaꝝ. Et ī ꝓbatio aliquaꝝ cōſequētiaꝝ bonaꝝ de mā. B. C. V.

Alia de forma.

Bonarum item

Alia de materia.

Bona de forma ē illa q̄ ī oībus terminis eo mō diſpoſitis tʒ'/Sic̄ diximus ſupius de modis ſyllogiſticis: Vtilibus & inutilibus. Bona de mā ē q̄ ī aliqbus termīs gr̄a māæ/uel potius n̄āæ reꝝ cui applicat̄ talis diſcurſus tʒ/Vt oīs hō eſt riſilis. Igit̄ Oē riſile ē hō. Et hāc n̄ magnifacit Logicus. Sicut nec ſyll'os q ī una mā cōcludūt/Et ī alia nō cōcludūt. P. Aliq ſermone ſuo nō ſepāt cōſequētiā mālē a cōſequētia de mā. B. Varie utunt̄ uocabulis. Curandū ē nobis potius qd exꝑmit̄/q̄ qbus noībus exꝑmat̄: Cōſtat mālē ab illa de mā ſatis diſtare/ſi eaꝝ deſcriptiones conſiderent̄. P. Plurimi dicūt cōſequētias formales nō tn̄ de forma/ſʒ de mā eē has/Vʒ Ab excluſiua affirmatiua/ad excluſiuā negatiuā/Vt tm̄ pr̄ eſt/Ergo nō tm̄ pr̄ eſt. Tm̄ principiū eſt/Ergo nō tm̄ principium eſt. Sed quo pacto illas cōſequentias ꝓbant ignoro. B. Sic/tm̄ pr̄ eſt: Ergo pr̄ eſt. Ab excluſiua ad ſuā preiacētē. Deinde/Pr̄ eſt: Ergo filius ē. A poſitione correlatiui. Vlterius/Filius ē: Ergo nō tm̄ pr̄ eſt. P. Cōtra eos ita inuehor. Cōtradictoria nequeūt ſimul eē: Antecedēs aūt/& cōſequēs oportet ſimul eē. Sed tm̄ pr̄ eſt. Ergo nō tm̄ pr̄ ē/ſunt contradictoria: Ergo nō ſunt ſimul/Et ꝑ cōſequens nō ſe hn̄t/ut antecedēs/& cōſequens. Quia ēt oppoſitū antecedētis/nō pōt ſimul ſtare cum antecedente/illa conſequētia nō eſt cenſenda eſſe bona: Nihil quoq; ex antecedente ſequitur/quod ipſum antecedens perimit. Ariſtoteles etiam primo Phiſicorum/illam eorum conſequentiam expreſſe negat ponens cōſequentiā oppoſitam Sic arguēs. Si tm̄ principiū eſt/ergo principiatum nō eſt: Preterea Cōſequentia bona de materia/eſt bona in illa materia. Ergo obſeruare debet rōnem bonæ cōſequentiæ in illa materia: Sed hæc nō obſeruat. Quia oppoſitū cōſequētis/nō repugnat antecedēti: ſed eſt ipſum antecedēs. Neq; infert oppoſitū antecedentis. Quō dicemus bonū: ubi nulla ratio bonitatis. Et eo magis quia dicunt illā conſequentirum eſſe formalem/& ita conſequens eſſe de intellectu antecedentis. Et ſic unum contradictorium eſſe de intellectu alterius. Be. Recte improbas. Illæ tamen

cōſequentiæ poſſunt biſariā conſiderari. Vnomodo preſupponēdo antecedētia/ uel ab ſolute/ ut ita ſit/ ſicut ſignificat: uel cōditionaliter/ Vt ſi ita ſe hēret ꝙ Tm̄ pr̄ eēt. Et tm̄ principiū eſſet/ & nihil aliud. Et tūc ſequeref filiū nō eſſe/ & principiatū nō eſſe. Et ſic ꝓcedit philoſophus cōtra antiquos primo phi. Aliomodo/ Nō ꝑſupponendo antecedētia/ ſed in ꝓbado/ & redarguēdo/ ac ꝓio diſſuadēdo tāq̄ implicātia cōtradictionē. Q ui n. dicit Tm̄ patrē eſſe. dicit implicite/ Nō tm̄ patrē eſſe/ Q uia pr̄ ſine filio eē nō pōt. Et ita ibi erit cōſequentia implicationis pp incluſionē duoꝝ cōtradictorioꝝ. Q ui ēt dicit Tm̄ patrē eſſe/ dicit īplicite Patrē nō eſſe/ Q uia ſine filio nequit eē. Et qa impoſſibile ē ipm ſolū ſine filio eſſe/ neceſſe eſt ipm nō eē/ Si tm̄ ipm dixerimus eſſe. Sic diſtinguēda eſt & illa/ Scio me eē lapidē. Et aliæ oēs/ quæ implicādo ſe ipſas deſtruūt/ Vt nulla enūciatio eſt: Nulla negatiua eſt. Si. n. admiſſerimus antecedētia/ & cōceſſerimus illa. Oia illis repugnātia ſunt nobis cōſequēter negāda. Et licet nō debeamus īpoſſibilia admittere/ Admiſſa tm̄ tueri oportet. Et oſtēſa antecedētis īplicatione/ antecedēs negabimus qa icludit cōtradictoria. Nō ſunt ergo bonæ de mā/ ꝓut ſunt iſte/ Numerus nō eſt. Igiť binarius n̄ ē. Et nl̄ls binarius ē Igiť nl̄ls numerus. Nō ergo recte ponūť ſub mēbris cōſequētiā formalē/ & bonā diuidētibus. Tenēt ſolū in mā inſolubiliū. Q ñ antecedētia ponēdo ſe deſtruūt/ & deſtruēdo ponūt. P. Nōnulli excluſo uno correlatiuoꝝ/ Alteꝝ n̄ excludi autumāt. Et uidenť ſe extricaſſe. B. Neq̄ ex ꝑte rei/ neq; poni/ neq; perimi/ alteꝝ ſine altero. Sed mēs cōiunctiſſima diſſoluit/ Et ecōtra. Veriſſima falſificat/ Et ecōtra. Vt primū principiū/ & oppoſitū eius: Secus Phi. nō recte intuliſſet. Igiť principiatū nō eſt. Neq; id ꝓ his/ ſcio me eē lapidē. Et nulla negatiua ē/ q̄cq̄ iuuat. P. Q uo deliniūt color hāc. Scio me eē lapidē. Igiť neſcio me eē lapidē. B. Hoc mō illā deducūt. Scio me eē lapidē. Igr̄ Ego ſum lapis: Q uia nō p̄t ſciri niſi ueꝝ/ Vlterius/ Sū lapis. Igr̄ nō ſum hō/ ab affirmatiua/ unius diſperati/ ad negatiuā alterius. Igr̄ ego nō ſum ego/ meipſum oñdēdo. Tenet a ſupiori ad ſuū inferius negatiōe utriq; ꝑpoſita: Nō ſum hō. Igiť nō ſū ego/ Hoc ē nō ſum hic hō. Ex quo ſeq̄ť ꝙ ego nō ſum: Q uia nō ē imaginabile/ ut ſim/ & nō ſim ego. Tūc ultra. Nō ſum. Igiť neſcio me eē lapidē. A ſupiori diſtributo negatiue/ ad ſuū inferius: Oē q̄ppe ſciēs/ eſt/ Et nō ecōtra. Igiť qď nō ē/ nō ē q̄cq̄ ſciēs: Tādē a primo/ ad ultimū: Ego ſcio me eē lapidē: Igiť neſcio me eē lapidē: P. Si talis ſit cōſequētia a primo ad ultimum/ quales fuerint intermediæ: Illæ uero hac in re fuerunt bone de forma. Igiť & illa/ Q ď neq; ipſi dicūt: neq; ueꝝ eſt. Q uia/ ut dictū ē/ nullā rōnem bonæ cōſequētiæ hēt/ ēt de mā. Niſi accipiēdo mā ꝫ equoce/ Vt puta/ ꝓ enūciationibus implicantibus/ & ſe ipſas deſtruentibus/ ſeu inſolubilibus. Et tenet non illatiue/ Q uia nō recte inferť contradictoriū/ ex cōtradictorio: ſed redargutiue. Nā illud antecedēs p̄t biſariā cōſiderari/ ꝑſupponēdo ita eſſe. Vt/ uidelicet. Ego qui ſum hō/ Vel ut aliquis hō ſciat ſe eſſe lapidem/ & tunc non ſequitur ꝙ neſciat ſe lapidem eē/ Sed bene ſequiť. Ergo aliquis hō eſt lapis. Sed nō ſequiť. Igiť nō eſt hō: Q uia dato illo/ hō & lapis nō ſunt diſperata/ & cōcedanť oia quæ neceſſario ſequunť ad eſſe hoiem/ & lapidē. Q uæ poſito caſu/ negabunť eē incōpoſſibilia: Sicut poſita duaꝝ naturaꝝ unione hyppoſtatica. quæ in eodē erāt incōpoſſibilia/ fiūt cōpoſſibilia: licet unio illa ſit poſſibilis/ & in aliquo repeciať. Hæc aūt cōnexio ſit īpoſſibilis/ neq; cōcedi debeat. Si tm̄ cōcederet/ Sic ꝑgrediēdū

eſt. Redargutiue tñ ſeqᵗ ex cõtradictorio cõtradictoriũ Sic. Tu dicis Aliqs hõ ſcit ſe eē lapidẽ. Et nõ aduertis implicationẽ. Quia dicis ipm id ſcire & neſcire. Si.n. aliquis hõ ſcit ſe eē lapidẽ, ergo erit lapis. Et qa lapis nihil ſcit ipſe nihil ſciet: & ita neſciet ſe eē lapidẽ. Et Quo poterit aliqs ſcire ſe eē lapidẽ & hoiem ſimul. Et multa alia ad redarguendũ cõcedentẽ tale antecedẽs pñt induci. Recte igiᵗ diximus illã cõſequentiã nõ eē illatiuã, ut ex illo antecedẽte ſequaᵗ illud cõſequẽs, ſed ſolũ eē redargutiuã & diſſuaſiuã, ne fiat tã horribilis iplicatio cõtra primũ principiũ. P. Ponũt hic ẽt iſtã. Tu credis preciſe aliqs hõ decipiᵗ. Igiᵗ aliqs hõ decipiᵗ. Eaq; ſic declarãt. Aut pciſe credis uerũ. Aut pciſe falſum. Si pciſe uerũ credis. Ergo aliqs hõ decipiᵗ. Si falſum: Ergo tu deciperis: & tu es homo. Igiᵗ aliqs homo decipiᵗ. B. Iſta facilior eſt: Sed de his in tractatu de inſolubilibus. Multifariam Iuniores hac in re aberrant. Tu hæc precæpta proſequere.

P. Apponendæ ſunt generales conſequentiarum regulæ. B.
Ponuntur regulæ generales conſequentiarũ cũ ſuis corrolariis. Cap. VI.

PRima regula. Quotiẽs cõſequẽtiæ bonæ ãñcedẽs ẽ uerũ. Poſſibile. Vel neceſſariũ totiẽs & cõſequẽs Quia ex falſis uerũ, ex ueris nil niſi uerũ. Sic ex poſſibilibus & neceſſariis nil impoſſibile & neceſſariũ. P. Da corrolaria. B. Corrolariũ. Qñ cõſequẽtiæ bonæ cõſequẽs eſt falſum aut ipoſſibile uel cõtingẽs. Et antecedẽs. Alterũ corrolariũ. Qñ alicuius cõſequẽtiæ antecedẽs ẽ uerũ. Poſſibile, aut neceſſariũ & cõſequẽs nõ, talis cõſequẽtia nõ ualet. B. Secũda regula. Quicqd ſeqᵗ ad cõſequẽs cõſequẽtiæ bonæ, Seqᵗ ẽt ad ipſius antecedẽs. Ideo dictũ eſt ſupra ex eiſdem pmiſſis poſſe iferri plura. P. Da corrolaria. B. Corrolariũ. Quicquid ãñcedit ad ãñcedẽs ãñcedit ad cõſequẽs. Sicut qcqd ẽ inferius inferiore, Aut poſterius poſteriore, eſt inferius ſupiore, Et poſterius pore. Vt Hõ, Aial, Viuẽs. Alterũ Corrolariũ. A pmo ad ultimũ. qñ conſequentiæ inter mediæ ſunt bonæ neceſſario & nõ uariatæ, eſt bona cõſequẽtia: Vt ſi Cato ẽ hõ Cato ẽ aial. Et ſi Cato eſt aial Cato ẽ ſubſtãtia. Ergo a pmo ad ultimũ. Si Cato eſt hõ Cato ẽ ſubſtãtia. P. Dixiſti cõſequentias inter medias non uariari. Quod ſic accipio quia oportet idem omnino eſſe antecedẽs conſequentiæ poſterioris, quod fuit cõſequens cõſequentiæ prioris. Et qđ illud qđ ſequiᵗ ex conſequẽte poſſit ſequi etiam ex ipſo antecedente ſolo. Icirco illa conſequentia non eſt bona. Tantum pater eſt. Ergo filius eſt. Quia & ſi ex hac Pater eſt, Sequatur iſta Filius eſt: Nõ tamen filium eſſe ſequitur ex hac Tantum pater eſt & ita neq; ex eius conſequente, ut conſequens eſt. Similiter hæc non ualet. Nullum tempus eſt. Ergo nulla dies eſt. Nulla dies eſt & aliqua hora eſt. Ergo nox eſt. Et ſi nox: igitur aliquod tps. Nõ tñ ſeqᵗ Nullũ tps ẽ. Igiᵗ aliqd tps eſt Ex eo qa cõſequẽs pmæ cõſequẽtiæ fuit una cathegorica Et illud put ẽ antecedens eſt una copulatiua. Et ſi antecedẽs preciſe put erat cõſequẽs adſumpſeris cõſequentia nõ ualet. Quia & ſi preſuppoſito tẽpore hæc ualeat, Nõ eſt dies. Igiᵗ eſt nox. Nõ tñ ſequiᵗ ſtante illa Nullũ tps eſt: Sed Da & aliam regulã cũ ſuo corrolario. B. Tertia regula. Quicqd ſtat cũ antecedente cõſequentiæ bonæ, illud idẽ

ſtabit cũ cõſequente. Quod.n.ſtet cũ hac, Homo currit, ſtabit & cũ hac. Animal currit. Corrolarium. Quicqd repugnat cõſequenti, repugnat & antecedenti. Vt qđ repugnat huic Animal currit, repugnabit & illi, Homo currit: P. Da & quartã regulã, cum ſuis corrolariis. B. Quarta regula. Quicũq; nouit cõſequentiam eſſe bonã, & antecedens ſit ſibi cõcedendum, Et cõſequens ſiſr. Corrolariũ. Si cõſequentiæ bonæ conſequẽs ſit negandũ, Et antecedẽs. Corrolariũ. Si alicuius cõſequentiæ antecedens ſit cõcedendũ, & cõſequens negandũ, cõſequentia illa nõ ualet. P. Da & quintã cũ ſuis corrolariis: B. Quinta regula conſimilis. Quicũq; conſequentiæ, quã nouit eſſe bonã, nouit antecedens, oportet ut noſcat ẽt ſuũ cõſequens. Corrolariũ. Si cõſequentiæ quã noueris eſſe bonã, ignores cõſequens, ignorabis & antecedens. Noſti.n. hãc eſſe bonã Animal currit, igiť animal moueť. Si ergo neſcias aĩal moueri, ẽt neſcies ipſum currere. Corrolariũ. Si alicuius cõſequentiæ antecedens noueris, & cõſequens ignoraueris, illa cõſequentia nõ eſt bona, Vel certo eſt tibi ignota. Nã ſi tibi cõſtaret eã eẽ bonã, nequires ſcire ipſius antecedens, & ignorare cõſequens: P. Da & ſextã cũ corrolariis. B. Sexta regula. Quandocũq; cõſequentiæ bonæ antecedẽs eſt pure negatiuũ, Et cõſequẽs ſimiliter, Quia ex negatiua nõ ſequiť affirmatiua. Corrolariũ. Si talis cõſequentiæ, cõſequẽs ſit affirmatiuũ Et antecedens. Corrolariũ. Si alicuius cõſequentiæ antecedens ſit negatiuum, & conſequens affirmatiuum, illa conſequentia non ualet. P. Da limitationes harum regularum.

## Ponuntur limitationes regularum. B. Cap. VII.

DAnť Limitationes illaꝝ regulaꝝ Sic. Cõſequentiæ bonæ inquiunt, non malæ, quia hæ regule nõ danť de malis, & illæ regulæ, ſunt intelligendæ extra mateiã inſolubiliũ, De qbus poſtmodũ. Et intellige bonæ affirmatiuæ, nõ negatiuæ. Quia huius Nõ Si tu es hõ, Tu es bos. Ãñcedens eſt uerũ & poſſibile. Cõſequens eſt falſum & impoſſibile: Et tñ cõſequentia eſt bona. Sed hæc limitatio uideť ſuperflua; quia illa nõ eſt cõſequentia, nec diſcurſus, ſed deſtructio cõſequẽtiæ, & diſcurſus. Similiter nec illa ꝓprie eſt cõſequẽtia, Niſi tu es aĩal, Tu nõ es hõ. Iccirco nõ mirũ ſi ꝓcedens ſit uera, Et ſubſequens falſa. Alia limitatio eſt talis Significantis ex cõpoſitiõe ſuaꝝ partiũ primarie ſignificantium. Hæc limitatio poniť ꝑp ſubordinationẽ & uariationẽ ſignificationis antecedentis, & cõſequentis. Põt.n. ex compoſitione partiũ, cõſequẽtia nil ualere, Vt hic, Nõ eſt animal. Ergo homo eſt irrationalis, Si tñ ſubordineť uni bonæ i mẽte, erit bona Põt ẽt ex ſignificato primario eẽ bona, Vt hõ eſt aĩal. Ergo hõ eſt corpus. Et ex ſecundario eſſe falſa, Vt ſi in conſequente nomine corporis, acciperes lapidem, uel arborẽ. Sed iam dictũ eſt qualiter enunciationes debẽt dici uere, aut falſe ratione ſignificationis primarie, & adæquate. Ridiculoſa uero, & oĩo Sophiſtica eſt illa ſubordinatio, & utilis illis qui aliud gerunt pectore, aliud ore Videat & iudicet magnus, ac eruditus ille Stapulenſis. Ponitur & alia limitatio, cuius nec antecedens principale, & explicitũ, nec conſequens tale eſt, enunciatio pluris. Vt Tu amit

tis operam. Igitur Littus aras. Conſequens eſt enunciatio plures. Similiter Equus eſt hinnilis, Ergo non eſt riſilis. Conſequens in genitiuo eſt falſum. In nominatiuo uerũ. Dicit autem antecedens principale, quia huius. Si tu es homo, Tu es Papa. Ergo Si tu es homo, tu es Summus pontifex. Antecedens antecedentis eſt uerum, Et antecedẽs conſequentis ſimiliter. Sed antecedens principale eſt falſum, uidelicet, Si tu es homo, tu es Papa: & ſic & conſequens. Dicit etiam explicitum, quia dicendo: Niſi Plato ſit animal, Plato non eſt homo: Antecedens implicitum eſt falſum. Videlicet, Plato non eſt animal. Implicitum uerum. Si Plato nõ eſt animal. P. Hæc me tedio afficiunt. Nãq̃ hæc ultima non uidetur conſequentia. Sed potius quædam oratio enunciatiua, ſeu narratiua: B. Hæc appoſui, ut uaria Sophiſtarum delibares tendicula. Nec profecto preceptis firmis debebant fluida immiſcere.

## Circa ſuperius dicta duas declarationes ponit. P. Cap. VIII.

AN hæc ualeat. Hæc conſequentia eſt bona, & antecedens fuit uerum, ergo & conſequens. Similiter, Hæc conſequentia eſt bona, Et antecedens erit uerum. Ergo & conſequens. B. Aio nã eam de preſenti eſſe ueram Sic. Hæc conſequentia eſt bona, Et antecedens eſt uerum. Ergo & conſequens, Non autem de preterito, aut futuro, quia poteſt antecedens fundamentaliter ſumptum ad mille annos fuiſſe, & fore uerum ſine illo conſequente, Vt omnis homo eſt. Igitur hic homo eſt. Quæ conſequentia eſt bona, Vt nunc, & non ſemper, Et uniuerſalis fuit uera, & erit: Neq̃ illud erit conſequens eius, ſicut nec antea fuit: poſito ut uniuerſalis illa diſtribuat ſolum pro illis qui tunc reperiuntur. Et q̃ ſit eadem uniuerſalis, nunc, & ad mille annos: Quod non eſſe uerum paulopoſt oſtendemus. Iccirco dictum eſt ſuperius illam conſequentiam eſſe bonam, quando non poteſt ita eſſe, aut fuiſſe, aut fore, ſicut ſignificatur per antecedẽs, quin ita ſit, uel fuerit, uel futurum ſit, ſicut ſignificat̃ p conſequens. P. Si tñ conſequentiæ bonæ antecedens formaliter ſumptum ꝑ aliquo tempore fuerit uerũ, & conſequẽs Nunq̃. n. antecedens cõſequentiæ bonæ formaliter. eſt fuit uel erit uerũ, quin & conſequens. Licet forſan, hoc quod nunc eſt cõſequens alias nõ fuerit, Vel quod nũc eſt antecedẽs alias nõ fuerit De quo infra limpidius. Antecedens tñ, ut ſic, nũq̃ eſt ſine conſequente. Et econtra. B. Dicunt etiã q̃ ſic arguere nõ licet, Hæc conſequentia eſt bona. Ergo quandocunq̃ antecedẽs erit uerum, & cõſequens. Nã aliqua cõſequentia eſt bona, cuius tamen, nec antecedens, nec conſequens umq̃ erit uerum, Vt iſtius, Homo eſt bos. Igitur homo eſt mugilis. Et probant ſic. Nunq̃ erit antecedens uerum. Ergo nõ quandocunq̃ antecedens erit uerum, cõſequens erit uerum, A ſuperiori diſtributo negatiue ad ipſius inferius. Et quia ex oppoſito conſequentis, infertur oppoſitum antecedẽtis. Nam ſi q̃ñcunq̃ antecedens erit uerũ, Et cõſequens erit uerũ. Igit̃ aliq̃ñ antecedẽs erit uerũ, & conſequens ſimiliter. Tenet cõſequentia a ſubalternãte, ad ſubalternatam, Tunc ultra. Igit̃ aliq̃ñ antecedẽs erit uerum, Hoc aũt eſt oppoſitum antecedẽtis, quia

nunq̄ erit/ & aliquando erit uerum/ opponuntur. P. Illa conſequentia non ualet Nūq̄
erit uerum antecedens. Igitur non quandocunq; erit uerū antecedens/ erit & conſequēs
Neq; arguitur a ſuperiori negatiue. Nūq̄. n. non eſt ſuperius ad quandocunq;/ Sed be
ne ad aliquando non. Similiter aliquando erit/ non ſequitur ex quandocunq;. Neq; ali
quando/ ſubalternatur ipſi quandocūq;. Sed ipſi ſemper: Ratio iſtorum quæ dicimus
eſt hæc/ Quia hæc dictio quandocunq;/ apud Latinos eſt ſignum quaſi partitiuū/ ſeu
particulare/ & affirmatiuum/ nunq̄ uero eſt ſignum uniuerſale/ & negatiuum. Et illa
dictio quandocūq;/ nil ponit ineſſe: re ipſa/ Sed re/ uel imaginatione/ Vt ſit ſenſus. Si q̄n
antecedens fuerit uerū/ & conſequens/ Et ſi nunq̄/ nunq̄ Quandocunq; etenim poni
retur antecedens uerum/ neceſſe eſſet/ & cōſequens ponere uerum/ quia cōſequentia eſt
oratio/ in qua quibuſdam tacite uel expreſſe poſitis/ neceſſe eſt per ea aliud/ uidelicet con
ſequens euenire. B. Illa eſt diffinitio ſyllogiſmi/ non conſequentiæ. Philoſophus tn̄ ſyl
logiſmi nomine omnem argumentationem/ & conſequentiam complectitur. Neq;
nomine argumentationis utitur. De his autem melius: tu & accomodatius ad mentē
philoſophi. Ipſi tamen ob linguæ latinæ paruam peritiam/ tollerari & excuſari poterũt.

## Certant de quadam conſequentia. P. Cap. IX.

CErtant pro hac conſequentia/ Deus eſt/ Ergo hæc eſt uera Deus eſt.
Huius quippe antecedens eſt neceſſarium/ & conſequens cōtingens.
Et conſequentia uidetur bona/ quia oppoſitū conſequentis/ repugnat
antecedenti. Ergo poterit conſequentia eſſe bona/ cuius antecedēs eſt
neceſſarium: & conſequens cōtingens/ contra primā regulā. Quod
autem oppoſitum conſequentis repugnet antecedenti/ probatur. Sic
Hæc non eſt uera Deus eſt/ Quæ tamen deſignat adequate Deū eſſe. Igitur Deū eſſe
non eſt uerū. Et ita hæc erit uera Deus nō eſt/ Quæ repugnat illi Deus eſt. Dicunt ne
gando illam conſequentiam eſſe bonam. Et q̄ oppoſitum conſequentis/ nō repugnat/
immo ſtat cum antecedente. Et quum dicis/ ſignificat adæquate Deum eſſe/ negant id.
Præſupponunt. n. ſimul ſtare nullam enunciationem eſſe/ & Deum eſſe. Si ergo nulla
enunciatio ſit/ nulla ſignificabit Deum eſſe. Et addunt multas enunciationes eſſe cōpoſ
ſibiles: quæ tamē nequeūt eſſe ſimul ueræ. Veluti ſunt hæ Nulla oratio eſt. Aliqua ora
tio eſt: Nulla negatiua ē/ ergo aliqua eſt. Similiter/ Omnis oratio ē affirmatiua: Et nul
la negatiua. Pōt ergo copulatiua ēē poſſibilis. Quæ tn̄ nō pōt eē uera: Hæc illi/ Quid
tu. B. Concedamus nos ſignificatum huius Deus eſt/ fundamentaliter ſumptū eſſe rē
neceſſariam/ Ipſum uero ſignum/ ſeu orationem id exprimētem/ eſſe rem contingentē
quod exiſtere non ſit neceſſe/ Sed addimus hoc: non poſſe fieri ullam conſequentiam/
abſq; antecedente: & cōſequente. Omne autem antecedens eſſe enunciationem/ Simi
liter & conſequens. Quando ergo dicunt hanc non eſſe bonam cōſequentiam/ Deus
eſt/ Ergo hæc eſt uera Deus eſt. Quæro an illa ſit ulla conſequētia/ uel nulla. Si nulla
Ergo nec bona/ nec mala/ Si autem ſit conſequentia aliqua/ Ergo ibi eſt antecedēs. Et

illud nil aliud eſt q̃ hæc Deus eſt. Si ergo hæc enũciatio detur Deus eſt. Igiť hæc Deus
eſt/ex quo ſignificat ſicuti eſt in re erit uera. Aliquo ergo modo recte dixerũt/quia adeſſe
Deum in re/non ſequitur ullam orationem eſſe id exprimentem. Aliquo modo non re
cte/quia conſequentia fieri nequit abſq; enunciatione/& abſq; antecedente. Quod qui
dem ſi ita ſignificat primarie/& adæquate ſicuti eſt in re neceſſe eſt ipſum uerũ eſſe. Hæc
itaq; Deus eſt/neceſſaria eſt: quia deſignat primarie & adæquate unionem neceſſariam
Ergo conſequentia bona/& conſequens eodem modo neceſſarium/Si tamen quis ac
ciperet iſtam enunciationem eſſe in ſe ens neceſſarium/aut neceſſario uerum/male acci
peret. P. Non accipio illud dictum/ut aliquæ enũciationes ſint compoſſibiles/quæ tñ
non poſſint eſſe ſimul ueræ/nec ſimul falſæ. Quæ. n. compoſſibilitas erit iſta. B. Nul
la propoſitio eſt/& aliqua eſt/ſtant ſimul/quia poſita priore poniť poſterior. nec tamen
unq̃ poſſunt eſſe ſimul ueræ/quia prior nunq̃ poteſt eſſe uera/Neq; ſimul falſæ/quia
poſterior nunq̃ poteſt eſſe falſa. De quibus alias. Pe. Videtur quoq; hæc conſequen
tia eſſe bona. Omne currens eſt Bos. Ergo Omne currens poteſt eſſe bos/Et tamẽ hu
ius conſequentiæ antecedens eſt poſſibile/ut patet. Quia poſſibile eſt/ut Bos currat/
& nihil aliud pro tunc currat Et conſequens impoſſibile. Probatur ſic/Omne currens
poteſt eſſe bos: Et omnis ceruus poteſt eſſe currens. Igitur omnis Ceruus poteſt eſſe
bos. Concluſio falſa. Igitur aliqua premiſſarum Non minor. Igitur maior: & illa fuit
conſequens prioris conſequentiæ: b. Sic procedunt comuniter huius artis ſcriptores.
P. Ego ſemp accepi/ut ab eẽ ad poſſe ſit bona cõſequẽtia/Si ergo oẽ currẽs ſit bos/cur
nõ p̃tẽ ut oẽ currẽs ſit bos/nõ deſ eẽ/ſine poſſe eẽ. B. Sẽſus illius cõſequẽtis p̄ maiori
aſſumpti bifariã põt accipi/Videlicet/ampliatiue/ut nõ ſolũ oẽ currẽs ſit bos/ſed qcqd
poteſt currere/poſſit eſſe bos. Et ita quia homo poteſt currere/homo poſſet eſſe bos.
Poteſt etiam illud cõſequens accipi ſine ulla ampliatione/Videlicet/ut omne currẽs ſo
lum/& non omne quod poteſt currere/poſſit eſſe bos. Et illud ſic accipiendo/eſt bona
conſequentia ab eſſe ad poſſe eſſe. Et maior erit uera: Sed aſſumptum non erit ad rem/
ut omnis homo poſſit eſſe currens. Quia proponebatur in maiori de omni currente
ſolum/ut uidelicet. omne currens poſſit eſſe bos. Non autem omne quod poteſt curre
re. Eſt ergo in uno ſenſu bona conſequentia illa. In alio mala. P. Vter illorum ſenſuũ
tenet de ui ſermonis. Be. Quemadmodum alias diximus/modales de ſenſu compo
ſito & diuiſo nõ differre/ſitu modorum quo ad uim ſermonis/ſed ſemper importare du
plicem ſenſum/Niſi aliud fieret ex pacto. Ita & hic uidetur dicẽdũ. Vt utrumq; ſenſum
ex talibus capere poſſimus ampliatiuum/& nõ Ampliatiuum/Niſi forſan pactum in
teruenirer/Vt dicendo Omne currens bos eſſe põt/nõ ampliet. Dicendo autẽ Omne
currens/poteſt eſſe bos/ampliaretur uel aliquo alio modo. De his in tractatu proprio.

Quo pacto ex hac Non poſſibile non eſſe/quæ uidetur pure negatiua/ſequi
tur Neceſſe eſſe/quæ eſt pure affirmatiua/Et q᷑ omnis negatiua/includit ali
quam affirmatiuam. P. Cap. X.

COntrã ultimam regulam obiicitur ſic. Hæc cõſequentia eſt bona/ Nõ poſſibile non eſſe/ Igitur neceſſe eſſe. Cuius tamẽ antecedens pure negatiuum uidetur/ quia modus negatur & dictum/ Et conſequens contraria ratione/ eſt pure affirmatiuum. B. Grandis propter id perplexitas inuaſit primum Brittanum illum conſequentiarum ſcriptorem/ Deinde & Perguleſem meum/ quia aliquo modo de Suburbio Vrbini mei eſt/ & alios pene omnes qui de hoc ante nos ſcripſerunt Neſciebant. n. ex illo antecedente (Quod uidebatur pure negatiuum) inferre illud conſequens pure affirmatiuum Non. n. noſtras nouas annotationes uiderant. P. Ad rem accederet illas replicare. B. Memorare quæ ſuperius de negatione contra eos diximus/ Nequit. n. eſſe ut negatio faciens terminum infinitum & æquipollentem/ non ſit aduerbium/ Neq; ut non innitatur alicui uerbo: Omnis igitur negatio/ etiam centies repetita/ habet uerbum ſuum: Nam dicendo/ Omnis homo eſt iuſtus. Et addẽdo negationem ſic: Nõ omnis homo eſt iuſtus/ negamus illam uniuerſalem/ hoc eſt dicimus eſſe falſam/ & per conſequens ponimus eius contradictoriam particularem/ Et ſi apponeremus aliam negationem ſupra illam/ negaremus negationem priorem/ & reſtitueremus uniuerſalem affirmatiuam/ Et ſic in infinitum/ ut ibi declarauimus. Ibi quoq; poſuimus æquipollentias orationum non ita eſſe intelligendas/ ac ſi idem eſſet dictu/ Nõ omnis homo currit/ Et aliquis homo non currit. Sed quia negando illam uniuerſalem affirmatiuam/ neceſſario particularem negatiuam ipſius contradictoriam ponimus/ Similiter negando particularem negatiuam ſic. Non aliquis homo non eſt iuſtus/ Ponimus uniuerſalem affirmatiuam/ Videlicet/ Omnis homo eſt iuſtus: Quia uero unaquęq; modalium alteri quatuor modis æquipollere poteſt/ Et inter alios/ iſte ẽ unus modus/ Si huic/ Poſſibile non eſſe/ prepoſuerimus/ negationem/ dicendo/ Nõ poſſibile non eſſe. Illico. n. æquiualebit huic/ Neceſſe eſt eẽ. P. Accepi iſta. Sed quo pacto ex illa negatiua ſequitur illa affirmatiua/ nondum accepi. B. Senſus illius eſt talis/ Non poſſibile eſt non eſſe/ hoc eſt/ non eſt uera illa. Immo eſt falſa/ Poſſibile eſt nõ eſſe. Quandocũq; autem illa eſt falſa/ erit uera altera/ Videlicet/ Neceſſe eſt eſſe. Nõ ſequitur ergo affirmatiua ex negatiua/ Sed ex negatione illius/ Poſſibile eſt nõ eſſe/ ſequitur illa affirmatiua/ Neceſſe eſt eẽ. Si. n. hæc fuerit falſa/ Poſſibile eſt hominem nõ eſſe. Illa erit uera/ Neceſſe eſt ipſum eẽ. Aliud igitur eſt ex negatiua pura inferre affirmatiuam. Aliud ex negatione uel peremptione alicuius/ puta illius/ Poſſibile eſt non eſſe/ inferre affirmatiuam Neceſſe eſt eſſe.

## Recitantur quaſi per digreſſionem/ & reprehenduntur aliorum in hac materia opiniones. P. Cap. XI.

SI Strodus iſta ruminaſſet/ nõ dixiſſet/ ad hoc ut cõſequentia illa ualeret/ opus eſſe aliquo ſupplemento: Sic/ Non poſſibile eſt non eſſe/ & hæ ſunt ſubalternæ/ Vel & hæ ſunt æquipollentes/ Igitur neceſſe eſt eſſe/ Vel ſic. Non poſſibile eſt te non eſſe/ Et hæc Tu non es/ Habet pro contradictorio. Tu es. Igitur neceſſe eſt

ceſſe. Quia ſine ullo ſupplemento illa conſequentia tenet. Non. n. poteſt ita eſſe, ut ſignificatur per antecedens, quin ita ſit ut ſignificatur per conſequens. Neq; aliam reſponſionem dediſſet, dicendo illam negationem ibi ſtare infinite, & ſic nõ pure negatiue. Nã negatio infinitans, perimit illud cui additur, & mutat terminum. Alius enim terminus eſt. Poſſibile. Alius nõ poſſibile. Sicut homo, & nõ homo. Neq; alii dixiſſent illam eẽ affirmatiuam propter duas negationes ſuper eodem uerbo cadẽtes, eo quia negatio in numero pari affirmat: Ibi namq; utraq; negatio, habet proprium uerbum. De poſteriori patet. De priori autem declaraſti. Neq; propter id opportuiſſet affirmationem, & negationem in uoce, & ſcripto negaſſe, prout negauerunt. Neq; opus habuiſſent aſſerere fugiendo fuga turpis nominis, in mente non eſſe duas negationes, ſed unum actum affirmatiuum. Immo Quia mens eſt illa quæ dicit Iſta non eſt uera, ſed falſa, Poſſibile eſt non eſſe. Igitur neceſſe eſt eſſe. Iccirco in mẽte ſunt duæ negationes duo uerba reſpicientes. Dixit tamen recte Pergulen. illam reſponſionem primo aſpectu eſſe riſu dignã: Sed ſi primo, & ultimo aſpectu eam talem aſſeruiſſet, rectius feciſſet. Si quoq; reſponſio tua eis nota extitiſſet, non opus fuiſſet illum ſermocinari. Vt diceret, philoſophum non poſuiſſe iſtas contradictorias. Videlicet. Neceſſe eſt te eſſe Et poſſibile eſt te nõ eẽ, niſi materialiter. Et negatione preposita uoluit eas æquipollere ſolũ materialiter. Quia uidelicet habent proprietatem contradictoriarum. Nequeunt. n. eſſe ſimul uere, neq; ſimul falſæ: Sed non aduertunt ꝙ proprium alicuius, nũq̃ deſerit ipſum. Neq; uerum eſt, ut iſta ſit pure affirmatiua. Poſſibile eſt te nõ eſſe. Quia & ſi modus ſit affirmatus, non tamen dictum. Non incõuenit igitur modales cõtradicere, Licet utraq; ſit affirmatiua de modo. Satis. n: erit ſi altera fuerit negatiua de dicto. Et quia altera illarum neceſſitat alicuius eſſe. Altera (ſi dicere licet) poſſibilitat eiuſdem nõ eſſe: Icirco ſibi mutuo contradicunt. Neq; recte aſtruit hanc. Non tantum homo currit, eſſe pure negatiuam Illa. n. ponit hominem currere, & ẽt aliquid aliud ab homine currere. Sermones utiq; eius, preſertim hic, contra Strodum, Perguleñ. atq; Gaietanum, ſunt Iacula: Recte improbat: ſed dum propria recitat, molliti ſunt ſuper oleum. Verum relictis tot eorum opinionibus etiam uideretur non poſſe dari puram negatiuam, ex eo quia omnis negatio includit affirmationem. Nam teſte philoſopho, etiam in non facere, intelligitur facere. Quare negatio neceſſario includit affirmationem. B. Impoſſibile eſt negationem eẽ priorem omni affirmatione, ſicut & nolle eſſe primum actum uolũtatis. Negat. n. qui non affirmet nemo: & talis affirmatio ſolet dici incluſa, & neceſſario preſuppoſita a negatione. Si naq; opinor uel dico hominem non eſſe bouem, hoc opinor & dico quia preintelligo hominem eſſe hominem, & animal rationale. Bouem autem eſſe bouem, & animal irrationale. Et eiuſmodi affirmationibus, non aduerſatur negatio, ſed preſupponit & includit eas. Eſt & alia affirmatio quæ opponit negationi. Quam etiam negatio excludit. Hæc. n. Homo non eſt lapis. Excludit illam Homo eſt lapis. Et ſi excludit ſolum nihil addendo. Vt homo non uidet Dicitur pure negatiua. Si autem cum aliqua limitatione. Vt dicendo Homo eſt cæcus. Dicit ꝙ homo non uidet quidem Tamen aptus eſt uidere. Similiter Non homo uidet, Excludit uidere ab homine, non ab

ſolute/ſed cum hac additione. Aliquid aliud/ſed non homo uidet. Sic dicito de exceptiuis/Nullum animal preter hominem eſt rationale: Igitur homo eſt rationalis/Et de excluſiuis/Non tantum homo intelligit: Igitur homo intelligit. Sed orationes quæ æquipollent gratià negationis prepoſitæ/non fiunt negatiuæ/ſed ipſæ negantur eſſe ueræ. Dicendo.n. Non poſſibile eſt te non eſſe/Nõ facio illam orationem negatiuam/Sed nego illam quæ dicit Poſſibile eſt te non eſſe. Illa uero negata ſequit̃/Vt neceſſe ſit te eſſe. Sicut.n. corruptio unius rei/eſt generatio alterius/Ita negatio unius contradictorii uel contrarii ĩmediati eſt affirmatio alterius: Sed iam ſatis de his diximus. P. Cõterunt multum temporis etiam in hac conſequentia: Non eſt ita ꝙ nihil eſt. Igitur aliquid eſt/Sed mihi uidetur ex his quæ attuliſti ibi quoq; ex negatione illius Nihil eſt/eẽ progreſſum ad affirmationem alterius/Negando.n. illã/Nihil eſt/Ponimus hanc/Aliquid eſt. B. Ea quæ alicuius momenti ſunt perſtringere curauimus/Viliſſima quædã Sophiſmata & inſolubilia pretereuntes/Vt illud. Iſta conſequentia eſt bona/Ergo tu es aſinus/ipſamet conſequẽtia oſtenſa: Vere aſininum Sophiſma/Pulcherrimum profecto de conſequentiis tractatum aſininis ſordibus deturpant: Agemus de orationibus inſolubilibus. Similibus/& cõuertibilibus/loco ſuo/Nõ ſunt omnia hic effundenda. P. Regule iam peculiares per quas conſequentiæ Hoc eſt omnes Syllogiſtici ꝓceſſus fiunt/eſſent ponendæ.

## Quid locus/Quid maxima/Quid differentia maximæ.

Differt argumentum a loco: Diuiditur locum in maximam/& differentiam maximæ: Et locum a ſubſtantia declarat. B. Cap. XII.

LOcos eiuſmodi Regulas uetuſtiores appellauerunt. Eã obrẽ ea dexteritate hãc artẽ tradere cõtendemus/ut & illis/& iunioribus morẽ pariter geſſiſſe uideamur. P. Quid ẽ locus. B. Locus eſt ſedes argumẽti. In eo.n. tota uis argumenti/ſeu diſcurſus cõſiſtit/& quaſi reſidet ſiue inſidet: Et medium accipit uirtutem a tali loco/taliq; ſede/qum rei dubiæ facit fidem. Et locus poteſt eſſe quid complexum. Mediũ ſemper eſt terminus incomplexus complexione uerbali. P. Expone. B. Locus quidã dicitur maxima/quidam differentia maximæ. Locus autem maxima/eſt ꝓpoſitio per ſe nota. Vt dignitas/uel comunis animi conceptio. Vel ab omnibus aut pluribus/preſertim/ſapiẽtioribus cõceſſa propoſitio/Vt de unoquoq; dicitur eſſe/uel nõ eſſe/Et de nullo ſimul dicitur eſſe/& non eſſe: Omne totum eſt maius ſua parte. De quocunq; predicatur diffinitio/ſeu ſpecies/de illo/& diffinitum/ſeu genus. Dicitur maxima ob maximam uirtutem probandi alia. Virtus autem maxima eſt quæ ab alterius uirtute/uel abſolute/uel in tali genere non pendet. Dicitur propoſitio per ſe nota/quia ex ſuis terminis/prout ſui ſunt eſt nota. Dicitur dignitas/quia omnibus ſcientiis preeſt. Et omnis docendus eam preſupponit. Dicitur comunis conceptio/quia quiſq; eam probat. Locus differẽtia maxime/ſunt ipſa extrema/ex quibus maxima conficitur. & quibus una maxima differt.

ab alia: Veluti hæc maxima, De quo predicatur inferius, de illo, & ſuperius, Differt ab hac, De quo predicatur diffinitio, & diffinitum per terminos ſuos, Vnde illa maxima dicitur ab inferiori ad ſuperius. Altera a diffinitiõe ad diffinitũ. Differt ergo una ab alia per terminos fundamentaliter. Et per habitudines terminorum formaliter. P. Quo pacto differt argumentum a loco. B. Argumentum eſt terminus medius, cuius uirtute coniunguntur, aut ſeiunguntur extrema, Locus eſt aut maxima, aut differentia maxime. Nõ ergo ſunt idem nec formaliter, nec materialiter. Nam dicendo, Homo currit: Igitur animal currit. Maxima eſt quod predicatur de inferiori, & de ſuperiori. Differentia maximæ, eſt ab inferiori ad ſuperius, uel a ſpecie ad genus. Medium autẽ eſt homo niſi argumentum eſſet non ſolum medium, ſed etiam una propoſitio, Quod dicere non ſolemus. Aduerte etiam ꝙ in deſcriptione loci, argumentum poteſt ſumi, & ꝓ medio, & pro argumentatione. Eſt.n. locus ſedes & argumenti, & totius argumẽtationis P. Progredere: B. Locus differẽtia maximæ, Quidã intrarius, Quidã extrarius, quidam medius. Locus intrarius eſt, quando mediũ eſt de ſubſtantia ſiue eſſentia alicuius extremorum, Et hic ſubdiuidit̃ Quia quidam eſt a ſubſtantia, Quidã a concomitãtibus ſubſtãtiam. Et locus a ſubſtãtia, ſolet ſubdiuidi in locum a diffinitione, deſcriptione, & nominis interpretatione. Circa hæc omnia formo tibi duas maximas. Vna eſt, Quicquid predicat̃ de diffinitione, aut deſcriptione, aut noĩs interpretatione, ꝑdicat̃ ẽt de diffinito, deſcripto, & interpretato, Et quicquid remouet̃ ab illis, Et ab his. Altera maxima, De quocunq; predicatur diffinitio, deſcriptio, & nominis interpretatio, de illo & diffinitum, deſcriptum, atq; interpretatum predicabitur. Et a quocunq; remouetur illa, Et hæc remouebitur. Eſt etiam locus a ſubſtãtia, qui dicitur a diffinito, a deſcripto ab interpretato. Cuius ſint totidem maximæ. Quicquid.n. predicatur de diffinito, deſcripto, & interpretato, predicatur de diffinitione, deſcriptione, & interpretatione. Et quicquid remouetur ab illis, Et ab his. Similiter de quocunq; predicãtur illa, Et hæc predicantur. Et de quocunq; remouentur illa, Et hæc remouentur. P. Quid accipitur nomine interpretationis. B. Non quæuis nominis Ethymologia, Sicut lapidem interpretamur Lædentem pedem, quæ quidem non conuertitur cum ipſo, Sed accipitur ꝓ declaratione nominis conuertibili, qualis eſt Philoſophi, & ſapientiæ amici. Quare uidetur eſſe hic, Locus a Synonimis, ſeu potius a multiuocis. Et ille namq; reducitur ad locum a ſubſtantia rei. Similiter locum a differẽtia ultima, ad ſpeciem. Et a ſpecie ad illã dicemus locum a ſubſtantia rei. Immo & a ſubiecto ad propriam paſſionem: Et econuerſo, Sed aduerte locos omnes eſſe denominandos ab inferente non ab illato: Vt ſi a diffinitione inferamus diffinitum, locus dicitur a diffinitione, Si econtra a diffinito. P. Omnes hi loci uidentur poſſe unico nomine dici locus a conuertibilibus ſecũdum ſubſtantiam. Cuius maximæ hæ, Vna. Quicquid affirmatur, aut negatur de uno ſic conuertibilium, Et de altero. Altera: De quocunq; affirmatur, aut negatur unum ſic cõuertibilium, Et alterum.

Ad locum intrarium reducit locos infraſcriptos. B. Cap. XII.

ADdo huic loco hos locos. Ab æquipollenti/ ad æquipollens/ eſt bona conſequentia/ Vt non. Omnis homo currit. Igitur aliquis non currit. Ab omnibus exponentibus ſimul ſumptis/ ad ipſam quæ exponit/ eſt bona argumẽtatio. Quæ aũt ſint exponibiles/ quæue ipſarum exponẽtes/ poſterius patebit. P. Corrolarium. Ab exponente negatiua ipſius uniuerſalis affirmatiuæ/ quæ ſola ad exponẽdũ ſufficeret ad ipſam uniuerſalẽ/ eſt bona cõſequentia/ Vt nihil eſt homo quin illud currat Vel nullus eſt homo quin ipſe currat. Igitur oĩs homo currit. B. Nec illa erit pure negatiua/ Vt aliqui nõ recte dicunt. Si maſculi tibi impedimento/ iunge fœminas. Ab exponibili quoq; ad quãlibet ſuarum exponentium ſeorſum/ arguere licet/ Vt tota domus eſt conſtructa: Ergo aliqua pars domus eſt conſtructa. Similiter Ergo nulla pars domus eſt quin ſit cõſtructa. Et ab exponente negatiua: ad exponibilem/ tenet contra. Non. n. eſt pure negatiua cum æquiualeat uniuerſali affirmatiuæ. P. Corrolariũ. B. A contradictorio exponentis/ ad contradictorium exponibilis/ eſt conſequẽtia bona: Vt nulla pars domus eſt cõſtructa. Igitur non tota domus eſt conſtructa. Et non econuerſo. Quia nõ ſequitur/ Nõ tota domus eſt conſtructa: Igitur nulla pars: Sed arguendo a contradictorio alterius exponentis/ fit: Et econuerſo: Vt aliqua pars domus non eſt conſtructa. Igitur nõ tota domus conſtructa: Et econtra. Non tota domus eſt conſtructa. Igitur aliqua pars domus non eſt conſtructa: Neq; (ut ipſi opinantur) antecedens eſt negatiuum/ ſed eſt negatum/ Vt alias diximus/ cuius ſenſus eſt talis/ Negamus iſtam tanq̃ falſam/ Tota domus eſt conſtructa. Igitur affirmamus tanq̃ ueram ipſius contradictoriam/ Sicut etiam ſequitur/ Aliquid non homo currit. Igitur non tantum homo currit. Ita econtra. Nego hanc/ Tantum homo currit. Igitur affirmo eius oppoſitam/ Vt aliquid non homo currat. Ab excluſiua affirmatiua quæ proprie dicitur talis/ ad uniuerſalem affirmatiuam/ terminis tranſpoſitis/ eſt bona conſequentia: Et econuerſo: Vt tantum homo eſt riſilis. Igitur omne riſile eſt homo/ Et econtra. Ab exceptiua negatiua/ ad excluſiuam affirmatiuam ſi pars excepta fiat ſubiectum excluſiue/ & ſubiectum/ ac predicatũ exceptiue/ conficiant predicatum eiuſdem excluſiue/ eſt bona conſequentia. Vt nullum animal preter hominem eſt rationale. Igit̃ tantum homo eſt animal rationale: Et ecõuerſo Non ab re dicitur ꝙ ſubiectum & predicatum/ exceptiue debent conficere predicatum excluſiue/ quia ſecus non recte argueretur: Vt dicendo. Nullum animal preter hominem intelligit. Igitur tantum homo intelligit: Sed opus eſt addere/ Tantũ homo eſt animal intelligens. Dicunt quoq; etiam hanc non ualere/ Nullus homo preter Catonem ſapit. Igitur tantum Cato eſt homo ſapiens/ Poſito ut multæ fœminæ ſapiant/ & ex uiris ſolus Cato. Quia per caſum antecedens eſſet uerum/ & conſequẽs falſum/ Quia in conſequẽte/ homo eſt cõmunis generis. Sic accipiendo recte dicunt/ Sed illa oratio/ Nullus homo preter Catonẽ/ Poteſt ſic accipi Nec mas/ nec fœmina/ Et eſſet ſermo grauior/ & locutio latinior: Nam maſculinum (ut aiunt grãmatici) cõcipit fœmininum. A reſoluentibus/ ad reſolutam/ eſt bona illatio/ Et econuerſo. Vt Callias diſputat. Igitur hic diſputat/ ipſo oſtenſo. Et hic eſt Callias/ Et econuerſo. Neq; eſt nobis

ſermo de

ſermo de reſolutione uerbali/ut ſi reſoluamus uerbum i participium/ Vt homo currit: Igit̃ eſt currens/Et econtra. P. Contra Si reſolutio fiat in terminis comunibus / nõ poterimus arguere/E conuerſo. Nam Hæc: Homo eſt aĩal/Eſt neceſſaria/Hæ uero/Hoc eſt homo/Et hoc eſt animal/Sunt cõtingentes/Ex neceſſario aũt nõ ſeq̃t̃ cõtingẽs: B. Q uamuis etiam hic homo/ſit neceſſario homo & animal/tamen ibi adhuc euidẽtior eſt neceſſitas. Demonſtrat̃.n. ipſa natura: Hoc.i.homo/eſt homo. Et hoc.i.homo/eſt animal: Idem namq̃ demonſtrat reſoluens/quod ſubiectum reſolubilis ſignificabat. Ab officiantibus/ad ipſam officiabilem/eſt bona conſequentia: Vt hæc oratio/Deus ẽ/neceſſaria eſt. Q uæ adæquate ſignificat Deum eſſe. Igitur neceſſario Deus eſt: Et non econuerſo. Q uia tunc ex neceſſario/ſequeretur contingens. P. De hoc iam dictum eſt Q uia uidelicet Cõſequẽtia/nequit eſſe abſq̃ enũciationibus/Sicut ergo illa neceſſario Deus eſt q̃ũ infertur eſt neceſſario uera Sic/& q̃ñ ponitur pro antecedente: B. A deſcribentibus/ad ipſam deſcriptam/tenet diſcurſus: Et econuerſo / Vt cognoſco Deum/Igitur cognoſco aliquid ea ratione qua Deus eſt/Et econtra. A b una probantium/ad ſic probatam/eſt bona conſequentia: Et non econuerſo. Vt ſi Sol oritur/fit dies. Igit̃ Sole oriente/eſt dies/Et Callias nunc eſt albus/Et parumper ante hoc nõ erat albus: Igitur incipit eſſe albus. Et non econtra. Q uia a propoſitione importante plures ſenſus/non ualet arguere ad unum illoꝝ. Nam hæc/Te exiſtente ego exiſto/Vera eſt nunc. Q uia ſimul exiſtimus. Sed ſi argueres ab illa/ad conditionalem / uel cauſalem/conſequentia non ualeret/Q uia non ſequit̃. Te exiſtente/ego exiſto: Igitur ſi Tu exiſtis/Ego exiſto. Q uia conſequens eſt falſum & impoſſibile Oĩs.n.cõditionalis falſa/eſt impoſſibilis/Denotat quippe tuam exiſtentiam neceſſario inferre meam/Neq̃ ſequitur. Te exiſtẽte/ego exiſto: Igit̃ q̃a Tu exiſtis/ego exiſto/Significat.n.q̃ tua exiſtẽtia/ſit cã meæ/Sꝫ ſolũ ſeq̃t̃. Igit̃ q̃ñ tu exiſtis/Ego exiſto. P. De loco a cõcomitãtibus ſubſtãtiã aliq̃d dicẽdũ.

Q uo pacto differt locus a concomitantibus ſubſtantiam/a loco a ſubſtantia. Et de multifaria acceptione totius. B. Cap. XIII.

LOcus a cõcomitãtibus ſubſtãtiã ẽ ille q̃ ſumit̃ ab his q̃ cõſequunt̃ terminos/in q̃õne poſitos: P. Locus a ſubſtãtia uñ ille eẽ q̃ũ terminus inferẽs cõuertit̃ cũ termino illato/uel ẽ idẽ cũ eo/aut ẽ de ſubſtãtia eius adæquate. Locus uero a cõcomitãtibus ſubſtãtiã q̃ũ terminus inferẽs dicit ſubſtãtiã termini illati/Sꝫ nõ adæquate. Et ſunt hi. A toto: A parte: A cã: A b effectu: A generatiõe: A corruptiõne: A b uſibus: A cõiter accidẽtibus. B. Sic aiũt/Sꝫ aduerte/totũ ac p̃tẽ multifariã accipi. Eſt.n. totũ ul'e/cui opponit̃ ps ſubiectiua. Eſt totũ ĩtegrale/ Vt domus/cui ps integralis opponit̃/ Vt paries. Eſt totũ eẽntiale phiſicũ/cui ps corrñdet eẽntialis phiſica / Vt mã/& forma. Eſt totũ eẽntiale metaphiſicũ/cui ps corrñdet eẽntial' metaphiſica/ Vt gẽus/& dña. Eſt totũ in q̃titate/q̃ũ vꝫ accipit̃ uniuerſaliter/ Vt oĩs hõ. Pars eius/oẽ illud ad q̃d' licet deſcẽdere/ Vt hic hõ/& ille. Eſt totũ i mõ/ſicut terminus cõis ñ determinatus/ Puta hõ. Pars cuius ip̃et terminus/determinatus/determinatiõe ñ diminuẽte/ Vt hõ albus, Eſt q̃ totũ i loco/ Vt/ Vbiq̃/& nuſq̃. Et totũ i tp̃e Vt ſp̃/& nũq̃. Pars p̃oris/Hic/Iſtic/Illic

Poſterioris autem/Nunc/Heri/Nuper/Olim: P. Accepi: Da regulas.

A ſuperiori negatiue/ad inferius: Et ab inferiori affirmatiue/ad ſuperius/eſt bona conſequentia. B. Cap. XIIII.

A Toto uniuerſali/ad ſuã partẽ ſubiectiuã/Siue a ſuperiori/ad ſuũ inferius/eſt bona conſequentia deſtructiue/nõ conſtructiue/Vt aĩal non ambulat. Igitur/neq; homo. Maxima/Quicquid remouetur a ſuperiori/Et ab inferiori. Si ẽt dixetis/Lapis nõ ẽ aĩal/Ergo lapis nõ ẽ hõ. Recte infers. Maxima/A quocũq; remouet ſuperius/Et illius inferius remouebit. Nõ ſeq aũt affirmatiue/Quia non ualet. Aĩal currit/Igit bos currit/Niſi aĩal ſtet diſtributiue/ut ĩ ſequẽti capite ſtatim dicet: Quia ſeqt: Oẽ aĩal currit/Igit oĩs hõ currit. Neq; oportet addere illã particulã (cũ debito medio) quia illa particula neceſſario eſt intelligẽda. Nã ex uno termino/& ex una ꝓpoſitione/nihil oĩo ſequit. Valet quoq; affirmatiue/ſine diſtributiõe/grã materiæ/Vt numerus eſt: Igit binarius ẽ/Hæc ẽt ẽ abſolute uera. Callias differt a boue. Igit differt ab hoc boue. Et illo. Et ſic de reliquis Preſupponendo ut ille ablatiuus a boue/ſtet diſtributiue de ui ſermonis/uel ex pacto/Quia nõ eſt intelligibile ut ab oĩ boue quis differat. & tñ nõ ab hoc/& illo; Quia impoſſibile eſt hunc bouẽ/& illũ nõ eẽ bouẽ/Licet poſſibile ſit nõ exiſtere. Si ergo differat a boue exiſtente/tunc opus eſt forſan medio: Sed ſenſus eſt ut differat a quocũq; tã exiſtente q̃ nõ exiſtẽte. Eſt. n. nullus bos: Neq; dñia ſemper eſt illatio inter duo exiſtentia: Quia Cato ſenex/differt a ſeipſo puero. P. Callias non incipit eſſe coloratus. Igit nõ incipit eẽ albus. Nõ ſequit: Igit ab aliquo remouet ſuperius/a quo nõ remouet inferius: B. Hæ regulæ & cõſimiles/nõ tenent cũ incipit/& deſinit. Sed ꝓgrediamur. Alia regula/A parte ſubiectiua/ſeu ab inferiori ꝑ ſe/ad ſuũ ſuperius/tenet conſequẽtia cõſtructiue/Vt hõ loquit: Igit & aĩal. Maxima/Quicqd affirmat de inferiori/Et de ſuperiori. Altera/De quocũq; affirmat inferius/Et ſupius affirmari opꝫ. Quæ regulæ ſunt intelligẽde deducto ĩpedimẽto/Vt uidelicet nõ ꝓcedamus cũ incipit/& deſinit/atq; nota cõditionis/& reliquis hmõi. Nã quoad priorẽ/nõ ſequit Hõ incipit eẽ rubeus. Ergo & aĩal incipit eẽ rubeũ. Quo uero ad poſteriorẽ regulã/ẽt nõ ſequit: Si hõ eſt/Riſile eſt: Igit ſi aĩal ẽ/Riſile eſt: Neq; ſic: Si hõ eſt Leo/Hõ ẽ rugilis. Igit ſi hõ ẽ aĩal/Hõ eſt rugilis/Vbi ponunt hæ regulæ notatu dignæ. Prima/Si aliqd determinet ſibi ſuperius: ut aĩal coloratũ/uariet aũt penes inferiora illius/Vt nunc ſit albũ/nunc nigrũ/nũc uiride/nõ incipiendo/neq; deſinẽdo eẽ ſuperius/põt incipere/& deſinere eẽ inferius. Secunda/Si ad poſitionem inferioris aliquid ſequatur/Vt ẽt ad poſitionem ſuperioris idem fiat/non eſt neceſſe. Tertia/Si inferius fuerit cauſa inherentiæ alicuius alicui: Vt homo Platoni eſt cauſa riſilem eſſendi: non eſt opus ut animal ſit cauſa eiuſdem: Et hac de cauſa conditionales pauloante memoratæ/non ſunt bonæ conſequentiæ. Non aũt quia ab inferiori ſtante confuſe tantum immobiliter arguatur. P. Locus a genere/ad ſpeciem/Et locus a ſpecie/ad genus/continetur in his locis. Sed da ſequentia.

A ſuperiori diſtributiue ſumpto, ad inferius: Et ab omnibus inferioribus ſufficienter enumeratis, ad ipſum uniuerſale uniuerſaliter ſumptum eſt bona conſequentia. B. Cap. XV.

A Toto in quantitate, ſeu a ſuperiori diſtributiue, ad aliquod illorum quæ ſibi ſubſunt, conſequentia tenet, & conſtructiue, & deſtructiue. Vt omne animal currit: Igitur homo currit. Nullum currit: Igitur neq; homo. Tenet etiam, & affirmatiue, & negatiue: ad ipſum inferius diſtributum: Si ſuperius fuerit tale. Si enim omne animal: Igitur omnis homo. Et ſi nullum, Nullus. Sed ſi ſuperius ſit per accidens, non tenet affirmatiue: ſine additione debiti medii. Nam non ſequitur Neceſſario omne album uidetur, Igitur hic homo uidetur, uel hoc album, oſtenſo Callia albo, uidetur, Quia hæc poſſet eſſe falſa, Callias eſt albus: Eodemmodo ſi omnem hominem currere, ſtet ſolum pro preſentibus, Et Callias non ſit preſens, non ſequitur, Igit Callias currit. Etiam dicendo Callias eſt homo, quia eſt homo etiam ſi non exiſtat, Sicut neceſſario, hic homo eſt homo: Includitur enim predicatum in ſubiecto. Sed adde Callias eſt homo preſens. Si autem ſtet pro omnibus hominibus abſolute, conſequentia eſt bona, & falſum ex falſo infert. Maxima. Quicquid predicatur de toto uniuerſali uniuerſaliter, Et de quolibet ſuo inferiori predicabitur. Maxima, Quicquid remouetur ab uniuerſali uniuerſaliter, Et a quolibet ſuo inferiori remouebit. Ab inferiori autem ad ſuperius diſtributiue, non tenet cõſequentia: Non. n. ſequit Omnis homo loquitur, Igit omne animal: Nec deſtructiue, Vt nullus homo rugit: Igit nullum aïal Maxima, Quod predicat de omni inferiori, non eſt opus predicari de quolibet illius ſuperiori. Maxima, Q d remouet a quolibet inferiori, Nõ oportet remoueri a quolibet eius ſuperiori: Niſi interdũ gratia materiæ, Vt nullus binarius eſt. Igitur nullus numerus eſt. Nulla oratio uera ſcitur. Igitur nulla oratio ſcitur. Quandocũq; de inferiori et diſtributo predicatur ſuperius, Et ſuperius ſuperioris, uſq; ad ſupremum predicabit de eodem. Non quidem ex eo, ut aliqui opinantur, quia huius Omnis homo eſt animal Predicatum ſtat cõfuſe tm̃ mobiliter: Sed quia quicquid cõtinet ſub minus ſuperiori, continet et ſub magis, Et maxime tali Quod patet in hac alia: Hõ eſt aïal. Igit eſt uiuens, & ſubſtantia, Et tamen aïal ibi ſm eos non ſtat confuſe tm̃ mobiliter. Similiter hæc eſt bona cõſequentia: Tm̃ hõ loquit. Igit tm̃ aïal loquit. Nõ quia ſubiectũ ſtet cõfuſe tm̃ mobiliter: Sed quia q excludit inferius, uel minus ſuperius, excludit oẽ eſſentialiter in excluſo incluſum. P. Quid de hac Cõtingẽter hic hõ eſt aïal. Igit cõtingenter hõ eſt aïal. B. Si utrũq; capiat ſm exiſtentiam utrũq; erit uerum, & conſequentia bona, Nã neq; hic hõ, neq; hõ eſt neceſſario exiſtens. Si utrũq; capiat ſm eſſentiã, utrũq; eſt falſum. Quia neq; hic hõ eſt cõtingẽter homo & animal, Neq; homo: Admiſſo tñ antecedente falſo, admittitur & conſequens. Si aũt antecedens capiat ſm exiſtentiã, Et conſequẽs ſm eſſentiã, cõſequentia nõ ualet. Quia & ſi hic hõ exiſtat hõ & aïal cõtingenter, non tñ hõ eſt aïal cõtingenter. P. Quid de hac, Cato nõ loquit. Igitur hõ

non loquitur. Be. Dicunt ꝙ non tenet conſequentia ſine medio/ Videlicet. Et Cato eſt homo/ unde hæc non ualet: Cato non eſt animal: Igitur Homo non eſt animal: Quia antecedens eſt poſſibile/ Conſequens impoſſibile: Sed tu diſtingue/ ut paulo ante. Nam Cato ineſſe quiditatiuo/ & predicamentali/ neceſſario eſt homo/ & animal/ & prima ſubſtantia/ radixq; omnium ſubſtantiarum. Ineſſe autem exiſtentiæ omnia preter ens/ non ab alio/ cõtingens eſt eſſe/ Et ſecundum illud eſſe nulla eſt de ipſis ſcientia/ aut demonſtratio/ Licet ipſi neceſſario & ſemper illam uniuerſalem imaginentur ueram ineſſe exiſtentiæ: Quia de eſſe eſſentiæ non cogitant/ Nõ obſtante ꝙ unaquæquæ ſingularium ſit contingens: Nam & ſi uniuerſalis illa non ſit uera gratia horum ſingularium. Eſt tamen neceſſario. uera gratia horum/ uel aliorum/ & aliorum. Et non aduertunt ꝙ non eſt eadem uniuerſalis/ cuius non ſunt eadem ſingularia: Sicut igitur omnia ſingularia tranſeunt/ ſic & uniuerſalis: Et ſicut remanet eadem uniuerſalis æquiualenter: Ita & eadem ſingularia: Et tandem ſicut poſſibile eſt omnes primas ſubſtantias deſtrui/ & omnia ſingularia interire Sic & nullum aliorum remanere & omnem uniuerſalem deſinere eſſe. Ab omnibus partibus ſubiectiuis/ ſeu inferioribus ſufficienter enumeratis/ tam affirmatiue q̃ negatiue ad totum in quantitate/ ſeu uniuerſale uniuerſaliter ſumptũ cum debito medio/ eſt bona conſequentia: Vt hic homo loquit̃/ & ille/ & ſic de ſingulis: Et hi ſunt omnes homines maſculi. Igitur quilibet homo loquitur: Similiter Nec iſte/ nec ille loquitur: Et hi ſunt omnes maſculi: Igitur nullus loquitur: Sed ſine medio/ conſequentia non ualeret. Quia non ſequitur/ Neq; hic loquitur/ neq; ille: Igitur nullus/ Quia hinc ad mille annos antecedens erit uerum: Quia nullus illorum tunc erit/ Et conſequens falſum. Quia ſemper aliquis homo loquetur P. Illa additio de maſculis/ ſuperflua uidetur: Quia preſupponitur/ ut ſingularia utriuſq; ſexus ſint ſufficienter enumerata: Sed quæro an uniuerſalis illata ex omnibus ſingularibus poſſit eſſe ſine ulla illarum ſingularium. B. Aiunt ꝙ ſic. P. Contra Vniuerſalis nihil aliud uidetur eſſe q̃ omnium ſingularium ſub aliquo predicato copulatiua acceptio: Et ſi predicatum fuerit per ſe/ illa copulatio eſt ſempiterna: Quia non interrumpitur per non exiſtere/ uel exiſtere: Talia quippe predicata conueniunt ineſſe eſſentiæ/ & obiectiuo: Si uero predicatum fuerit accidentale/ tunc erit coniunctio tranſitoria: & competet naturæ gratia ſingularium exiſtentium/ & non poſſibilium: Iccirco nunq̃ erit uniuerſalis abſolute/ & ſimpliciter: Sed ſolum ſecundum partem/ & ſecundum quid: Neq; unq̃ erit ſine illis ſingularibus/ aut fuit: Quia ipſa nihil aliud eſt q̃ illorum ſingulariũ collectio: Hæc igitur/ Omnis homo eſt/ Quæ copulat omnia ſingularia preſentia/ non fuit unq̃/ neq; erit: Fluẽtibus enim ſingularibus/ fluit/ Et perſiſtentibus/ perſiſtit. Alia igitur/ & alia: ex aliis/ & aliis ſingularibus inducta/ erit uniuerſalis. B. Dicent ut ſit eadem æquiualẽter/ Sed nos dicemus etiam ſingularia eſſe eadem æquiualẽter: Nunq̃ igit̃ hæc/ Oĩs hõ eſt/ Fuit/ aut erit uera ſine his ſingularibus/ Si alias fuit/ uel erit/ uera/ nõ erit hæc/ ſed ei æquiualẽs: Varia ſingularia/ uarias cõficiunt uniuerſales: Licet æquiualẽter uideat̃ eadẽ/ Sicut & uariũ urbis regimẽ/ uariat ciuitatẽ/ Licet eadẽ cẽſeat̃ ut i politicis ſcribit̃. Et eadẽam nis aqua/ putat̃/ neq; tñ ſit. P. Si idẽ ſit/ oĩa ſingularia

copulatiue accipere, & uniuerſalem facere, cur opus eſt medio aſcendendo, uel deſcendendo. Be. Non quidem eſt opus medio, ac ſi illa ſingularia poſſent non eſſe uera illa eorum uniuerſali exiſtente uera. Aut arguendo negatiue, quia illa ſingularia poſſent eſſe uera, uniuerſali negatiua exiſtente falſa. Sed medio opus eſt propter duo: Quia ex uno nihil ſequitur: Et ut ſciamus hæc nunc eſſe ſingularia hanc uniuerſalem conficientia. Alias enim alia, uel facerent, uel fecerunt aliam uniuerſalem. Pe. Si uniuerſalis ſit collectio omnium ſingularium, quo pacto poſſumus ſcire uniuerſalem, ignota ſingulari, Nam prius noſce poſſumus uniuerſalem, & poſtea addiſcere ſingularem, ut dicitur in principio poſteriorum: Et ut dicitur primo priorum, poſſumus ſcire in uniuerſali, & ignorare in particulari. Be. Sciendo uniuerſalem, ſcio ſingulares confuſe non diſtincte Nam aut predicatum eſt per ſe, & tunc ſtatim concluditur illud ineſſe cuicumque illa natura ineſt: Et ita confuſe illud predicari de hoc, uel de illo noui, Aut predicatum ē accidentale, & ineſt naturæ gratia ſingulariū, Infertur ex omnibus ſingularibus confuſe notis: Non enim ſcio hanc & illam mulam, Vt pro exemplo ponamus, eſſe ſterilem, Et ſic de ſingulis, unamquamq; diſtincte cognoſcendo, Sed ex multis notis cum hac in animo quieſcente. Natura ſemper in omnibus operatur, & agit eodem modo, ſi non fuerit impedita. Formo uniuerſalem cuius omnia ſingularia non noui: Cognoſcendo deinde diſtincte hanc mulam, quæ eſt in uentre ſuæ matris quam noſciebam eſſe, Et hunc Triangulum qui eſt in ſemicirculo quem nunq̄ uideram inducendo ipſum ſub illa uniuerſali, ſtatim ſub tali predicato concepi. Poteſt enim intellectus ferri in multitudinem aliquam cōfuſo, Licet non feratur in unumquodq; illius multitudinis diſtincte, Semper tamen ſicut exercitum, populum, ciuitatem, eccleſiam non eſſe aliud q̄ talem coadunationem concipimus, ſic & uniuerſalem non eſſe aliud q̄ copulationem omnium ſingularium ſimul fatemur, Licet ut plurimum ipſa ſingularia confuſe concipiantur. Pe. Illa regula q̄ ab omnibus ſingularibus etiam ſufficienter enumeratis ſit bona conſequentia ad ipſam uniuerſalem, non uidetur uera. Nam poſſibile eſt huic ſuperficiei ineſſe hūc colorem, & illum, & illū. Et ſic de aliis. Igitur poſſibile eſt huic ſuperficiei omnem colorem ineſſe, Vniuerſalis falſa: Et omnes ſingulares ueræ, Et ex ueris non ſequitur falſum, Similiter hic homo poteſt eſſe in hac domo, & ille, & ille. Igitur omnis. Similiter hic locus poteſt eſſe ſine hoc corpore, & ſine hoc & illo, & illo. Igitur hic locus poteſt eſſe omni corpore priuatus, uel ſine ullo corpore. Be. Si illa, Omnem colorem huic ſuperficiei ineſſe, eſt poſſibile, probetur officialiter falſa eſt. Quia accipitur in ſenſu compoſito, Et illæ ſingulares quæ diuiſim inferunt ſunt ueræ: Quot ſi ſingulares caperentur in ſenſu compoſito, conſequentia eſſet bona, Tamē ſequeretur falſum ex falſo, Vel ſi uniuerſalis ſtaret in ſenſu diuiſo, uerum ex uero illatum eſſet: Opus nāq; eſt ut uniuerſalis ſit conformis ſingularibus: Et econuerſo. P. Progredere.

## Quo pacto a toto in modo ad partem: Et econtra a parte ad totum in modo licet arguere. B. Cap. XVI.

A Toto in modo ad ſuam partem predicando non ſubiciẽdo negatiue non affirmatiue tenet conſequentia. Vt Callias non eſt bos. Igiẗ non eſt bos albus. Maxima De quocunq; remouetur totum in modo de illo & pars illius remouebitur predicando non ſubiciendo. Sed non ſequitur ſubiciendo Homo non eſt diſgregatiuus uiſus: Igitur homo albus nõ eſt diſgregatiuus. Neq; ſequiẗ. Homo currit. Igitur homo albus currit. A parte in modo ad ſuum totum & ſubiciẽdo & predicando affirmatiue ſolum eſt bona cõſequentia. Vt homo albus eſt formoſus: Ergo homo eſt formoſus Et Callias eſt homo albus: Ergo eſt homo. Maxima Quicquid affirmaẗ de parte in modo & de toto ipſius: Et de quocunq; affirmatur pars in modo & totum illius affirmabitur. Quas quidem regulæ tenent his obſeruatis. Primo ut non ſit determinatio diſtrahens. Quare non ſequiẗ Eſt homo pictus: Ergo homo. Similiter Chimera nõ eſt ens. Igitur non eſt ens imaginarium: Sic etiam non ualet. Aethyops eſt albus dentes: Ergo eſt albus. Secundo ut non ſit amplians. Ideo nõ ſequitur: Herba eſt lignum futurum: Ergo eſt lignũ. Vel domus eſt poſſibilis: Ergo domus eſt. Tertio ut dictio addita uniuoce accipiatur. Cuius gratia nõ ſequitur: Hic homo eſt bonus pictor: Ergo eſt bonus. Quarto nõ ualet cũ additione conditionali: Vt uellem indigere pro maximo bono obtinendo: Igitur uellem indigere. Sed hæc eſt conſimilis primæ. Arguit. n. a ſecundum quid ad ſimpliciter. Quinto non tenet cum termino facit & incipit. Vt Ignis facit hominem calidum: Igitur facit hominem. Callias incipit aut deſinit eſſe homo albus: Igitur incipit uel deſinit eſſe homo. Sexto non ſequitur a parte diſtributa ad totum diſtributũ Sic. Omnis homo doctus diſputat: Igiẗ omnis homo diſputat. P. Ex his conicio talem regulam. Nihil eſt dicendum pars in modo de quo ſuum totũ nequit uniuerſaliter affirmari. Iccirco homo pictus nõ eſt pars reſpectu hominis: Hæc n. eſt falſa Omnis homo pictus eſt homo. Eſt tamẽ pars reſpectu picti. Nam hæc eſt uera, Omnis homo pictus eſt pictus. Hæc autem Monachus albus Eſt pars reſpectu anterioris dictionis nõ poſterioris. Quia ſequiẗ. Eſt Monachus albus: Igitur eſt Monachus. Non autem igitur eſt albus. Sed perge ulterius.

## Quomodo a toto in loco & a toto in tempore ad eorum partes & a partibus ad ipſa tota licet arguere oſtendit. B. Cap. XVII.

A Toto in loco ad ſuam partem & ſubiciendo & predicando tam affirmatiue q̃ negatiue ẽ bona cõſequẽtia: Vt ubiq; eſt Deus. Ergo & hic. Arguitur ſubiciendo affirmatiue. Et Deus eſt ubiq; Ergo & hic. Arguitur predicando affirmatiue. Similiter tenet negatiue utroq; mõ. Vt Nuſq̃ ẽ Chimera Ergo neq; hic: Et ẽt Chimera nuſq̃ ẽ: Igiẗ neq; hic. A toto in tp̃e ad partẽ. Et ecõtra eiſdẽ modis arguere q̃s poterit. P. Maximæ huius & conditiones ſunt ſimiles maximis & conditionibus Totius in quantitate. Niſi quia hæ fiũt aduerbialiter. Idem ergo eſt ubiq; quod in omni loco. Et ſemper

quod in omni fit tempore. Contra tamē regulam arguitur, Deus eſt ubiq;, Ergo hic. Nō ſequitur neceſſario: Igitur non eſt bona conſequentia: quia poſſibile eſt hunc locū non eſſe, Et tamen Deum ubiq; eſſe. Similiter non ſequitur. Callias non eſt ubiq;, Igitur non eſt hic. Et tamen arguitur a toto in loco, ad partem deſtructiue. B. Si locus quem oſtē dis non ſit. Igitur nullum locum uere oſtendis: Et ita nō arguis a toto ad partem. Sed ſi medium debitum mente retinueris, Videlicet q hic ſit pars illius quod dicitur ubiq;, Vel q hic ſit quidam locus, tunc ſequitur neceſſario. In poſteriori obiectione nō arguit a toto in loco. Nam dicendo, non eſt ubiq;, intelligitur alicubi non eſt. Non ubiq;.n. infert: Alicubi non, Sicut non omnis homo, infert hanc Aliquis homo nō. P. Vbiq; nō eſt. Aequiualet uniuerſali negatiuæ, quia negatio poſtponitur: B. Si ubiq; non eſſe, deſignet nuſquam eſſe, bene arguiſti, Vbiq; non eſt, Igitur neq; hic. P. Arguam ſic. Corpus eſt hic, Et corpus eſt ibi; Et ſic de reliquis. Igitur corpus eſt ubiq;. Conſequens eſt falſum, quia nullum corpus, eſt ubiq;. Antecedēs autem eſt uerum. B. Si corpus ſtet pro natura, concedo argumentationem, & conſequens eſt uerum. Et hæc ſtant ſimul, Corpus eſt ubiq;, Et tamē nullum corpus, eſt ubiq;. Si uero corpus ſtet determinate, tunc arguitur a pluribus determinatis, ad unam, Et conſequentia non ualet. Sed ſi uis, ut ualeat. Adde corpori in antecedente relatiuum Sic. Corpus eſt hic: Et illud idem eſt ibi: Et ſic de reliquis. Sed antecedens erit falſum: P. De toto integrali nil attuliſti.

## Qualiter ſit arguendum a toto integrali ad partes, Et econtra, reducendo aliquos locos ad hunc locum. B. Cap. XVIII.

Toto integrali, ad partem principalem, tenet conſequentia affirmatiue de ſecundo adiacente, & ſubiciendo, Vt Domus eſt. Igitur paries eſt. Homo eſt. a Igitur cor, & caput eſt. Maxima, Poſito toto integrali, ponit quælibet pars illius. A parte integrali principali ad ipſum totum, tenet conſequentia negatiue ſubiciendo, Vt paries non eſt: Igitur neq; domus. Cor aut caput non eſt. Igitur neq; homo. Maxima, Perempta parte principali, perimit totum. P. Oſtendens domū dicā Hoc eſt domus. Igit hoc non eſt paries. Similiter, Hoc eſt paries: Igitur nō eſt domus Sed tunc domus & paries, conſiderant ut duo diuerſa. Seu (ut aiunt) diſperata, Tenēt ergo hæ conſequentiæ quas nunc attuliſti per illos locos. B. Animaduerte etiam q dicendo, Pars aquæ eſt: Igitur aqua eſt, Cōſequentia ualet. Quia Aqua in conſequente denotat totum uniuerſale: Videlicet naturam aquæ. Quæ quidem natura, ſaluatur in hac tota aqua, & in qualibet ſui parte: Sed ſi per aquam intelligatur hæc tota aqua, quæ eſt in amphora, Tunc poſita parte huius aquæ, non ponitur hæc tota aqua P. Duplex eſſe totum comperio, Etherogeneum, ſeu diſſimilarum partium, Et homogeneum, ſeu ſimilarium, Numq̄ tamen a poſitione partis integralis ad totum integrale ſiue fuerit ætherogeneum, ſiue homogeneum, conſequentiam ualere. B. A nomine collectiuo, ad partem, eſt bona conſequentia, & poteſt ad hunc locum reduci: Vt populus eſt: Igitur homo eſt. Exercitus eſt: Igit miles eſt. Similiter a toto numerali, Vt

tria ſunt: Igitur duo ſunt. Et a parte ad totum negatiue: Vt miles non eſt: Igitur neq;
exercitus. Duo non ſunt: Igitur nec tria. Ad locum a parte/ poteſt reduci locus/ a ſin
gulari ad plurale. Cuius hæc maxima: Si ſingulare de ſingulari/ & plurale de plu
rali: Vt homo eſt animal: Igitur homines ſunt animalia. Et intellige ſi eiuſmodi
terminus poſſit plurificari. Ideo non ualet. Deus eſt bonus. Igitur Dii. ſunt boni:
Niſi nomine Deorum/ intelligas perſonas Deitatem habentes. Et q; predicatum
non dicatur de ſingulari per accidens. Iccirco non tenet. Homo eſt cœcus: Igitur homi
nes ſunt cœci. Quia poſſet eſſe unus cœcus. Valeret tamẽ uniuerſaliter: Vt omnis ho
mo eſt cœcus/ uel uidens: Igitur omnes homines ſunt cœci/ uel uidentes. Et q; non ar
guatur in obliquo: Iccirco non ſequitur/ hominis eſt æquus. Igitur Hominum ſunt
æqui. Poſito ut ſit unus æquus tantum/ Vel ſi ſint plures: tamen eſſent eiuſdem homi
nis/ uel nullius. P. Sunt quidam loci a toto ad partẽ/ & a parte ad totum p reductionẽ.

Qualiter a copulatiua/ & diſiunctiua/ ad earum partes/ Et econtra. Similiter a co
pulatiua ad diſiunctiuam/ Et econtra/ ſit arguendũ docet. B. Cap. XIX.

A Copulatiua ad ſuam partem/ affirmatiue/ eſt bona conſequentia: Et a
parte ad ipſam/ nõ tenet/ Niſi ex illa neceſſario altera ſequeret. Vt Cal
lias currit/ Et Callias loquitur: Igitur Callias currit/ Et non ecõuerſo;
Callias currit/ Igitur Callias currit/ & Callias loquitur. Hic tamen ua
let a parte Callias currit: Igitur currit/ & mouetur. A copulato diuiſim
capto/ ad partem/ conſequentia ualet: Et non econtra. Vt Callias/ &
Plato ſunt albi: uel currunt: Igitur Plato eſt albus/ uel currit. Tale. n. copulatum/ æqui
ualet copulatiue. A copulato coniunctim/ uel copulatim accepto/ ad partem/ non tenet
conſequentia/ Vt nõ ſequitur/ Callias/ & Plato ſunt duo: Igitur Plato eſt duo. P. Scio
huius regulæ rationem. Nam quando predicatum non poteſt competere alteri/ ſeor
ſum/ copulatum ſtat copulatim/ Vt Plato/ & Callias ſunt duo/ uel trahunt nauẽ. Q ſi
uero poteſt alteri ſeorſum competere/ ſtat diuiſim/ Vt Plato/ & Callias currunt. B. Ad
hunc locum poteſt reduci conſequentia a coniunctis ad diuiſa. Quando. n. in coniun
ctis non eſt oppoſitio in adiecto/ neq; diſtractio/ aut diminutio/ tunc a coniunctis/ ad di
uiſa eſt bona conſequentia. Vt eſt homo albus: Igitur eſt homo: Et igit̃ eſt albus. Sed
non ſequitur Eſt homo irrationalis/ aut in memoria/ aut pictus: Igitur eſt homo. A diui
ſis quoq; ad coniuncta/ eſt bona conſequentia: Si coniunctorum unum non ſit alteri
extraneum/ neq; ſit nugatio in tali coniunctione/ Vt Cato eſt homo/ & eſt albus. Igit̃
eſt homo albus. Sed non ſequitur/ Eſt bonus/ & eſt cytharædus. Igit̃ eſt bonus cytha
rædus: Neq; ſequit̃ Eſt hõ/ & aĩal. Igit̃ ẽ hõ aĩal. A diſiunctiua affirmatiua duarũ partiũ
cum deſtructione unius ad alteram: Et ſimiliter a diſiunctiua trium/ uel quatuor/ uel plu
rium partium/ cum deſtructione cœterarum ad unam/ quæ remanet non deſtructa/
eſt bona conſequentia. Vt Plato loquit̃/ uel Plato ambulat/ uel ſedet: Sed nõ ambulat:
nec ſedet. Igitur loquitur. A parte principali alicuius diſiunctiuæ/ ad totam diſiunctiuam:

eſt bona cõſequentia/ Vt Plato legit: Ergo Plato legit/uel ambulat/ Tenẽdo opinionẽ
Iuniorum/ut ſuperius diſſeruimus. Sed quando illas partes cõtingeret eſſe ueras / pre
ſertim quando ex una ſequitur altera neceſſario / non licet (ut nobis uiſum eſt) eas di
ſiungere / Vtputa / Dicendo/ Callias currit. Igitur currit/uel mouetur. Ex poſſibili.n.
inferimus impoſſibile. Nam licet hæc poſſit eẽ uera: Tu curris/uel tu moueris/ Dato ut
mouearis/ & non curras/ Sed dato ut curras/non poteſt negari quin mouearis. Q uẽ
admodum.n. aparte copulatiuæ ex qua neceſſario altera pars ſequitur: licet arguere ad
totam copulatiuam/ Vt Callias currit. Igit' Callias currit / & mouetur: Ita aparte diſiũ
ctiuæ ex qua altera pars neceſſario ſequitur/ad totam diſiunctiuam procedere non licet
Vt Cato currit: Igitur Cato currit/uel mouetur. Maxima/ Q uæ neceſſario copulant'
impoſſibiliter diſiunguntur: Et econtra: Sed non ualet conſequentia a tota diſiunctiua
ad partem/niſi deſtructa altera parte/uel deſtructis aliis/ad illam quæ remanet. Aut etiã
ſine deſtructione/ad partem ſequentem/ Vt Plato currit/uel mouetur: Igitur Plato mo
uetur. P. Eodemmodo licet arguere a parte diſiuncti/diſiunctim tenta/ad totum diſiun
ctum/ Et nõ econtra: Vt Plato legit/ Ergo Plato legit/uel ambulat/ Aut ſic: Ergo Pla
to/uel Callias legit: B. Sed nõ tenet ad diſiunctum/copulatim tentum / Vt nõ ſequit'
Bos/eſt bos. Igit' hic homo/uel bos/eſt bos/ Conſequẽs eſt falſum/quia denotat hũc/
oſtenſo Callia/qui eſt homo / uel bos. eſſe bouem. A diſiunctiua negatiua/ ad copula
tiuam affirmatiuam ex partibus contradicentibus/tenet conſequentia: Vt nonnullus
homo eſt irrationalis / Vel nullus homo ẽ mugilis: Igit' aliquis homo eſt irrationalis/
Et aliquis homo eſt mugilis: Et econtra / A copulatiua negatiua/ad diſiunctiuam affir
matiuam. Et hoc ratione æquipollẽtiæ. Nam copulatiua/ & diſiunctiua compoſitæ ex
partibus contradictoriis/cõtradicunt. Prepoſita uero negatione alteri parti/fit æquipol
lentia: Enimuero qualis ſit iſta contradictio/alias declarauimus. P. Afferto/ & alias.

Q ualiter a conditionali / & excluſiua/ & ſuperiori confuſe tantum ſtante/ Et
a parte metaphiſica / & phiſica / & ab inferiore negatione poſtpoſita/ſit proce
dendum inſtruit. B. Cap. XX.

A Conditionali affirmatiua/cum poſitione antecedentis/ad poſitionem
conſequentis/eſt bona conſequentia: Vt ſi tu curris/ Tu moueris: Sed
tu curris. Igitur tu moueris. A cõditionali affirmatiua cum deſtructio
ne conſequentis/ad deſtructionem antecedentis/licet diſcurrere: Vt ſi
tu curris/tu moueris: Sed non moueris/ergo non curris. A cõditiona
li negatiua/ad aduerſatiuam ex eodem antecedente factam / & contra
dictorio conſequentis/addita nota poſſibilitatis/eſt bona conſequentia/ Et econuerſo:
Vt non ſi tu es animal/ Tu es Auis. Ergo q̃uis tu ſis animal/poteſt tamen eſſe ꝙ tu non
ſis Auis. A conditionali affirmatiua/ad diſiunctiuam affirmatiuam quæ ſit facta ex con
ſequente eodem/ & contradictorio antecedentis/eſt (aiunt) bona conſequentia. Saltẽ
de materia. Q uia talis diſiũctiua eſt neceſſaria / Et neceſſarium ſequitur ad quodlibet.

Vt ſi tu es albus/Tu es coloratus. Igitur tu nõ es albus/uel tu es coloratus: Sed an illa diſiunctiua ſit uera/& neceſſaria/Alias: P. Aliquæ harum regularum/potius ſpectaret ad locum de conuertibilibus. B. Superius quoq; ipſi loco a conuertibilibus/quaſdam regulas adiecimus/quæ potius pertinent ad locum qui eſt a toto ad partem/uel a parte ad totum. Sicut quando arguitur ab una cauſa ueritatis/ad enunciationem habentem illam. Vt ſi Sol eſt ſuper terram/Dies eſt. Igitur Sole exiſtente ſuper terram/Dies eſt. Talis argumentatio eſt quaſi a parte/ad totum. A ſuperiori/ſiue a toto uniuerſali cum nota excluſionis/ad partem eius arguere/non licet. Vt tantum Homo legit: Ergo tantum Callias legit. Quod.n. ſoli ſuperiori competit/non eſt neceſſe ſoli inferiori competere. Similiter ab eodem toto uniuerſali confuſe tantum ſtante/ad idem uniuerſale determinate ſtans/non tenet conſequentia. Vt Omnis homo habet caput: Ergo caput/uel aliquod caput habet omnis homo. Similiter a minus amplo/puta a termino ſtante determinate. uel cõfuſe tantum/ad magis amplum/hoc eſt ad eundem terminum diſtributum/non licet arguere: Vt Callias ab aliquo homine differt/uel differt ab omni homine: Ergo Callias differt ab homine. Similiter non ualet dicere/Tãtum homo loquitur Ergo omnis homo loquitur. Tenet tamen conſequentia/econtra a termino diſtributo ad ipſum ſtantem determinate: Vt Omnis homo eſt coloratus: Ergo aliquis homo. Ab excluſiua de ſubiecto minus amplo/ad eãdem de ſubiecto magis amplo/conſequẽtia tenet: Vt tantum homo legit/Ergo tantum animal legit. Ab excluſiua de predicato minus amplo/ad predicatum magis amplum/non tenet conſequentia. Vt tantum homo eſt rationalis/Ergo tantum homo eſt ſenſibilis. Pe. De parte eſſentiali metaphiſica/& de toto ſibi correſpondente nihil attuliſti: Similiter/nec de toto phiſico/& partibus eius. Be. Quando pars metaphiſica eſt genus/tunc ipſa capitur ut totum uniuerſale/& non ut pars: Et ab illa licet arguere ſicut a toto uniuerſali. Et ipſum totum metaphiſicum/erit tamq̃ pars ſubiectiua. Similiter ſi pars metaphiſica ſit differentia comunis/per eũdem locũ arguemus. Pars.n. metaphiſica/eſt totum uniuerſale/Et totum metaphiſicum/eſt pars ſubiectiua. Quando uero pars metaphiſica eſt differentia ultima/& cũ ſpecie conuertibilis/tunc arguemus per locum a ſubſtantia/ſeu a conuertibilibus. Quñ deniq; ſumitur totum phiſice/tũc licebit arguere ſicut a toto integrali/& a partibus phiſicis. P. Sunt ne ne alii loci a concomitantibus ſubſtantiam nuncupati.

## Quomodo a quacũq; cauſa ad effectum liceat arguere declarat. B. Cap. XXI.

LOcus a cauſa efficiente/ea ratione qua efficere dicitur/ad ſuum effectũ tenet reſpectu horum: Eſt/Fit/Erit. Poteſt eſſe: Ac bonum/& malũ/Seu non bonum: ſecũdum exigentiam cauſæ ad effectum/Et ecõtra. Conſtructiue quidem Sic Domificator eſt. Igiť Domus poteſt eſſe: Et econtra. Item Domificans eſt. Igitur Domus fit/Et econtra. Deinde Domificator eſt bonus/hoc eſt in tali arte peritus/ſciens/& uolens omnia remouere impedimenta: Igitur Domus poteſt eſſe bona/uel ſi fuerit conſtructa/

eſt bona/hoc eſt ſecundum artem illam bene confecta. Et econtra/ Si ipſa bona/domi
ficator fuit bonus: Deſtructiue/ſic/Domificator non eſt/neq; fuit: Igitur neq; domus:
Domus non fit: Igitur domificans non eſt: Reliqua his delibatis/ex te ipſo percipies.
Maxima/ Si cauſa eſt bona/Et effectus eius eſt bonus. Deſtructiue ſimiliter. Si cauſa
efficiens eſt mala/uel non bona/Et effectus eius eſt malus/uel non bonus: Similiter/
& econuerſo licet arguere ab effectu ea ratione qua effectus eſt/ ad cauſam efficientem
prout efficiens eſt. Ad hunc locum poſſet reduci conſequentia/ab actiua/ad paſſiuam:
Cuius regula eſt talis. Ab actiua ad paſſiuam ſuam/terminis uniformiter ſupponenti
bus/eſt bona conſequentia: Et econuerſo. Vt Magiſter docet diſcipulum: Igitur Diſci
pulus docetᷣ a magiſtro. Sed non ualet hæc/Promitto tibi bouem: Igitur aliquis bos
tibi promittitur a me: Nam aliquis bos in conſequente ſtat determinate: Et bos in an
tecedente ſtat confuſe tantum/ut uidebitur in ſuppoſitionibus: Et hoc/uel de ui ſermo
nis/uel ex pacto. Obſeruetᷣ ſuppoſitio: Et erit bona conſequentia. Sic dicito/& de ſequẽ
tibus. Similiter Deus trinus fuit cognitus a philoſophis: Igitᷣ philoſophi cognouerunt
Deum trinum: Et omnis homo uidet aliquem hominem. Igitur aliquis homo uidetᷣ
ab omni homine. A cauſa materiali permanente/ad effectum/Et etiam a cauſa materia
li tranſeunte ad effectum/licet arguere ab eſſe materiæ/ad poſſe eſſe effectus. Vt ferrum
eſt: Ergo gladius poteſt eſſe. Menſtrua ſunt: Ergo homo poteſt eſſe. Maxima/Poſita
cauſa materiali/poteſt poni eius effectus. A cauſa materiali permanẽte/ad effectum/eſt
bona conſequentia deſtructiue. Vt ferrum non eſt: Ergo gladius non eſt: Et intelligẽ
de materia propria & idonea: Quia ſi gladius poſſet eſſe de alia materia/conſequentia
non teneret. A cauſa materiali tranſeunte/ad effectum deſtructiue/eſt bona conſequen
tia/Sic arguẽdo. Menſtrua nõ ſunt/nec unq̃ fuerunt: Ergo homo non eſt naturaliter
loquẽdo/Nã ſicut prior eſt abſolute actus q̃ potentia/ſic & homo menſtruis/Et gal
lina ouo. Maxima/Remota cauſa materiali/remouetur & effectus talis. Eodemmodo
licet arguere ab eſſe effectus materialis/ad cauſam materialem/manẽtem per hanc ma
ximam. Poſito effectu tali/ponitᷣ & materia. Sed ſi eſt materia trãſiens/tunc ab effectũ
ad materiã/tenet cõſequentia/Hocmodo. Panis eſt: Ergo farina fuit: Homo eſt: Ergo
menſtrua fuerunt: Maxima/Poſito effectu cauſæ materialis trãſeuntis/opus eſt ipſam
materiam præfuiſſe. P. De cauſa formali/ & finali/iam dicendum: B. A cauſa formali
ad effectum formalem/conſequentia tenet/arguẽdo de ſecundo adiacente/tam affirma
tiue q̃ negatiue. Vt albedo eſt: Igitur album eſt. Nequit. n. naturaliter albedo eſſe/quin
inſit: Similiter nec ulla forma accidentalis. Anima eſt: Igitur & animatum/Dubium
eſt an/etiam naturaliter ſequatur. Eius hæc maxima/Poſita cauſa formali/& informã
te/ponitur naturaliter/& eius effectus. Siſr negatiue/ Vt non eſt albedo/aut anima/
Igitur nec album/aut animatum. Maxima/Remota cauſa formali/remouetur/& effe
ctus. Ab effectu ſimili modo/ad eiuſmodi cauſam/etiam ualet conſequentia: Vt album
eſt: Ergo & albedo/Animatum: Ergo anima. Et negatiue/Album nõ eſt: Igitur neq;
albedo naturaliter/Animatum nõ eſt: Igitur neq; anima: De quo dubium naturale eſt.
Maxima/Poſito effectu formali/ponitur & forma/Et remoto/remouetᷣ & illa. A cã

finali/ad effectum talem/tenet conſequentia quoad bonitatem/aut malitiam/tam affir
matiue q̃ negatiue: Vt Sanitas eſt bona: Igitur & potio/ſeu inedia eſt bona: Et infirmi
tas eſt mala/aut auaritia. Igitur & crapula/aut rapina eſt mala. Maxima/Cuius finis eſt
bonus: Et ipſum ſi in finem illum per ſe ordinet erit bonum. Et cuius malus/Erit ma
lum: Accipitur autem hic bonitas pro bonitate naturali/ac honeſta: quæ non eſt ſine
utili/& iocũdo. Ab effectu tali/ſeu a medio p ſe in finem ordinato ad ip̃m/eſt bona cõſe
quentia eodemmodo. Quãdo.n. Media per ſe ſunt bona/Et finis bonus: Et quando
mala/Et finis eſt malus. P. Ebrietate quæ mala eſt acquiritur ſanitas quæ bona. B.
Eſt medium per accidens: Et bona eſt bonitate naturali/qua etiam Sanitas eſt bona
Licet mala ſit moraliter. P. Da & alios locos.

## De Locis a generatione/& corruptione/ac ab uſibus/& communiter accidentibus. B. Cap. XXII.

LOcus a generatione/ad rem genitã/Et econuerſo/a re genita ad ipſam
generationem/tenet & conſtructiue: & deſtructiue quo ad eſſe bonũ/
uel malum. Vt ædificatio/aut ſanatio/eſt bona/utilis inq̃/& iocunda:
Igitur ædificium/aut ſanitas eſt bona: Et ecõuerſo. Et generatio uitij/
uel infirmitatis eſt mala. Igitur & illa eſt mala/Et econtra. Maxima/
Cuius generatio bona/aut mala: Et ipſum ẽ tale/Si per ſe ſit tali gene
ratione. Et ſi genitum/ut genitum bonum/aut malũ. Igitur & generatio. Locus a cor
ruptione. Maxima/Cuius corruptio bona in ſe eſt: Hoc eſt utilis/& iocũda/ipſum cor
ruptum malum/in ſe erit. Et cuius corruptio in ſe mala: Ipſum in ſe bonum. Simili mo
do/a corrupto/tenet conſequentia. Si.n. corruptum in ſe malum/corruptio erit bona:
Et ſi corruptum fuerit bonum/corruptio ipſius mala: P. Contra Si corruptum bonũ
formaliter/hoc eſt ea ratione qua corruptum fuerit/Et corruptio bona/Si corruptum
formaliter malum/Et corruptio mala: Nam corruptum formaliter idem ſignificat qđ
corruptio: Sed hoc egomet ſoluam/Nam Regula accipit ipſum corruptum pro deno
minato: Vt pro latrone/uel ſceleſti homine/ac malo/Cuius mors eſt Ciuitati utilis &
iocunda/Perge nũc ut coepiſti: B. Locus ab uſibus/ſeu ab opatione/aut exercitio/quo
quis utitur conſimiliter/tam affirmatiue q̃ negatiue tenet. Cuius.n. uſus eſt bonus. aut
malus/Et ipſum: Vt ſi Secare ſit bonum/& utile: Et occidere malũ: Et Serra/ut ſic/eſt
bona/Gladius autem malus/prout in talem uſum ordinatur. Eodemmodo arguatur
a re uſitata/put uſitata/eſt ad ipſum uſum/Vt Equus inquantum eſt equitabilis/eſt bo
nus: Igitur equitatio eſt bona. P. Panis alienus eſt bonus: Igitur comeſtio panis alieni
eſt bona/Non ſeqr̃: B. Nego antecedens/Quia panis alienus/non eſt bonus mihi:
Sicut hec aliena uxor gratia prohibitionis. Idcirco eſt per accidens malus. Et ſi ex ſui na
tura ſit bonus/uel put reſpicit uſum/ſeu comeſtionem: Vſus eius/ſeu comeſtio/eſt bo
na. Et inquantum eſt alienus forſan ſaltem p accidẽs/eſt ad uſum melior: Quia panis
abſconditus eſt ſuauior/Et aquæ furtiuæ dulciores: P. Hic locus dicitur ab uſibus/&

non ab uſu

non ab uſu / Non quia ſemper arguatur a pluribus uſibus ſed quia nunc ab uno uſu/ nunc ab alio procedimus ad rem/ Nũc hanc/ nunc illam qua utimur. B. Quandoq; põt procedi a pluribus uſibus bonis ad eandẽ re qua utimur: Vt ſi diceremus/ Equitare & merces uehere/ & arare/ eſt bonum. Ergo equus quo hæc omnia ut inſtrumento fiunt/ eſt bonus: P. Accepi modum arguendi conſtructiue. Da illum quo arguitur de ſtructiue. B. Si occidere hominem eſt malum/ Et gladius quo id fit eſt malus. Et ſi de trahere proximo eſt malum/ Lingua qua detrahit proximo eſt mala: P. Vtraq; enun ciãtio eſt affirmatiua/ Quo pacto arguit deſtructiue. B. Quia malum idem eſt/ ac ſi diceres non eſt bonum. Malum.n.eſt negatio boni. An autem malum aliquid quan doq; ponat Alias. Locus a comuniter accidentibus/ dicit quando ex uno accidente po ſito in eodem ſubiecto/ neceſſe eſt aliud ineſſe/ uel infuiſſe concedere/ Et non econuerſo: Vt ſi hunc pœnitet: Igitur errauit/ & deliquit/ Et non ſequitur econuerſo. Nam multi errant/ quos non pœnitet. Maxima/ Poſito poſteriore comuniter accidentium/ poni tur prius: P. Aliqui ſic per hunc locum arguunt/ Eſt comptus: ergo adulter. Errat de nocte: ergo eſt fur. Eſt magnus/ ergo fortis: Be. Non ſemper ad illa antecedentia/ inſe runtur conſequentia. Iccirco ſolum apparenter/ & Sophiſtice inferuntur: P. Aliqui ſic arguunt per hunc locum: Eſt riſilis: ergo fletiuus/ ſeu aptus ad flendum: B. Quia omne riſile eſt aptum ad flendum: & econuerſo. non tenet per hunc locum proprie. ſed potius per locum a conuertibilibus. Similiter arguatur: Habet cornua/ ergo non habet dentes in ſuperiori mandibula. Vel ſic Ruminat. Ergo habet duos uentres. Nõ arguitur per iſtum locum: Quia ſequitur. Et econuerſo. Et quaſi conuertibiliter. Tenet autem conſtructiue ſicut diximus. Deſtructiue econtrario/ Non errauit. Igitur non pœnitet/ neq; pœnituit. Maxima/ Deſtructo priore comuniter accidentium/ de ſtruitur & poſterius: Pe. Deum pœnituit/ qui tamen non errauit/ Et multos pœnitet non deliquiſſe/ ut illum qui pondo auri/ furari impune potuit/ neq; tamen furatus eſt. Be. Deum nunquam pœnituit. Quando tamen ea quæ plantauerat/ euellere uoluit per modum hominis quem factorum pœnitet ſe habuit. Illum uero qui potuit alie num auferre/ neq; uoluit/ non pœnitet non abſtuliſſe. ſed potius diſplicet. Nam nul lum proprie pœnitet niſi de illo quod perperam comiſit/ uel perperam obmiſit. Pe. An locus iſte teneat in illis comuniter accidentibus/ quorum utrumq; ponitur ſimul: Be. Interdum tenet/ Vt dicendo/ Eclypſis lunæ eſt: Igit interpoſitio diametralis terræ eſt. Et econuerſo. Sed illa duo non ſunt in eodẽ ſubiecto/ Quia interpoſitio terræ non eſt in eo in quo eſt Eclypſis. Et ideo hæc conſequentia uidetur per alium locum procede re: q̃ iſtum. Vis itaq; huius loci eſt/ ut duo accidentia dicantur de eodem ſubiecto. Et ex uno illorum tanq̃ poſteriori/ inferatur alterum/ tanq̃ prius. Et deſtructo illo priori/ deſtruatur & poſterius. Satis ergo eſt/ ut ex uno inferatur aliud. Et ꝙ utrumq; inſit eidem ſubiecto. Et ꝙ ex uno inferatur alterum: Et non econuerſo. Et ꝙ illa duo acci dentia ſint communia: & comuniter non proprie accidentia. Icirco dicitur locus a co muniter accidentibus. Interdum tamen ſunt duo accidentia comunia/ in eodem ſubie cto. Vt dulcedo/ & albedo. Sed quia ad neutrum ſequitur alterum. Icirco a talibus

nõ ſumit̃ hic locus. Oportet igit̃ ut ſint plura accidentia comunia/non propria/& in eo dẽ ſubiecto. Et q̃ unũ inferat̃ ex altero. Et q̃ deſtructo eo qđ infert̃/deſtruat̃ & illud ex quo infert̃. P. Credebã locũ hũc: ita nuncupatũ. quia ex uno accidente cõiter/infert̃ aliud/Et p dictionẽ cõiter/intelligebã hãc dictionẽ/ut plurimũ/Eo q̃ ut plurimũ ſeqt̃. Errat nocturno tpe. Ergo fur ẽ/Vel/Eſt cõptus: Ergo adulter: B. Satis acute. Sʒ nos ad rem diximus. Qui tñ uellet perſuadere aliquem eſſe furem/opus eſt/ut plura cõia accidẽtia ĩducat. Vt quia errat ĩ nocte/Quia multos ſumptus/Carẽs patrimonio/Et iners/Fecit. Et adulterum/quia cõptus/& ad feneſtras proſpiciens/& cantans/& huiuſmodi: P. Iam de locis extrariis eſt dicendum.

## De loco a relatiuis/& a relatiue oppoſitis. B. Cap. XXIII.

LOcus extrarius qđ ſit/cur ue ita ſit dictus/declarauimus: Hoꝝ aũt. Alius ab oppoſitis dr̃. Alius a maiori. Alius a minori. Alius a ſimili. Alius a proportione. Alius a trãſumptione. Alius ab auctoritate: P. Veluti quatuor ſunt oppoſitiones/Ita quatuor ſunt in genere loci ab oppoſitis: Videlicet Relatiuæ/Cõtrariæ/Priuatiuæ/Et cõtradictoriæ: B. Recte/Veꝝ quia relatiua pñt bifariam cõſiderari: Videlicet inquantũ ſe mutuo inferunt. Et ita ab eis ſumit̃ locus a relatiuis/Vel inquãtum repugnant in eodẽ cõparata ad idẽ. P. Dicito primũ de loco a relatiuis/Deinde a relatiue oppoſitis. B. Locus a relatiuis/tenet cõſtructiue. Nam a beſſe unius/Sequit̃ eſſe alterius. Quia ſi pater eſt/Filius eſt: Et econuerſo. Et a nõ eẽ unius/infert̃ nõ eſſe alterius. Vt pater nõ eſt: Igit̃ filius nõ eſt. Quia poſito uno/ponit̃ alterũ. Et remoto uno/remouet̃ alteꝝ. Et arguit̃ de ſecũdo adiacẽte: & nõ de tertio. Quia nõ ſequit̃/Pater eſt barbatus: Igit̃ & filius. Et oportet arguere in relatiuis p ſe/& non denominatiue. Quia nõ ſequit̃/Hic hõ q eſt/Pater eſt: Igit̃ ille hõ q eſt/filius eſt: P. Nũc de relatiue oppoſitis. B. Locus a relatiue oppoſitis dr̃ qñ arguimus ab affirmatione unius relatiui de aliquo/ad negationẽ ſui correlatiui de eodẽ. Vt Cato eſt filius Lælii: Igit̃ non eſt pater ipſius. Sed arguendo negatiue nõ ualet. Vt Cato nõ eſt pr̃ Lælii: Igit̃ nõ eſt filius eius: P. Hæc regula nõ tenet in relatiuis æquiperãtiæ/Vt hic eſt ſimilis illi: Igit̃ nõ ẽ ſimilis eidẽ. Sʒ bñ/Igit̃ nõ eſt diſſimilis. Nec tʒ ſi arguat̃ reſpectu termini uniuerſalis/Vt hic eſt pater hominis: Igitur non eſt filius hominis. Nec tenet ſi arguatur diuerſis reſpectibus. Vt hic eſt filius huius carnalis: Igitur non eſt pater eius legalis/uel ſpiritualis Sed dicito de oppoſitis contrarie.

## De loco a contrariis. B. Cap. XXIIII.

LOcus a cõtrariis/tenet affirmatiue/& negatiue. Nam ſi affirmemus de aliquo ſingulari unum contrarioꝝ/ab illo/remouebimus alteꝝ. Vt Cato eſt albus: Igitur Cato non eſt niger. Eſt ſanus: Igitur non eſt æger. Maxima/Poſito uno contrariorum quorumcunq; in ſubiecto ſingulari/ab illo remouetur alterum. Et

dicitur locus a contrariis/ & non a contrario. Quia a quibuſcunq; contrariis in antecedente poſitis arguitur conſimiliter. P. Quo pacto per hunc locum arguemus negatiue. B. Si cõtraria fuerint immediata/ quorum alterum ſubiecto exiſtat ineſſe oporteat a negatione unius in tali ſubiecto ad affirmationem alterius tenet conſequentia. Vt Cato non eſt ſanus. Igitur eſt æger. Sed ſi fuerint contraria mediata/ non tenet. Vt nõ eſt albus: Igitur eſt niger. Si quoq; arguatur a negatione unius contrarii immediati/ ad affirmationem alterius/ quorum alterum ſemper ſubiecto etiam exiſtenti ineſſe nõ oporteat/ conſequentia ualet. Dũmodo ſubiectum eſſe conſtet/ & pro tempore quo eſt ſuſceptiuum talium contrariorum. Vt ſi Cato ſit habens uſum rationis/ & nõ ſit ſtudioſus/ erit uitioſus. Et hoc uel per habitum/ uel per diſpoſitionem: P. Tria requiri ad bonitatem conſequentiæ per hunc locum a cõtrariis negatiuum innuiſti: Videlicet. Vt ſubiectum conſtet eſſe. Ideo non ſequitur. Cæſar nõ eſt ſanus. Igitur eſt æger. Deinde ut ponatur ſubiectum aptum ſuſcipere talia. Iccirco non ſequitur/ Lapis non eſt ſanus: Igitur eſt æger. Tertio q̃ ponatur tempus in quo ſubiectũ ſit ſuſceptiuum. Iccirco non ſequit. Infantulus nõ eſt uitioſus: Ergo eſt ſtudioſus. B. Collegiſti recte: P. Si dixero/ Cato fuit/ uel erit albus: Igitur Cato non fuit/ uel non erit niger: Non ſequitur. Similiter/ Cato poteſt eſſe albus/ uel ſanus: Igitur non poteſt eſſe niger/ aut infirmus: B. Locus a cõtrariis non ualet/ niſi in enunciationibus de ineſſe/ & preſentis temporis non in ampliatiuis/ aut modalibus: P. Contraria ſunt relatiua: Igitur locus a contrariis/ eſt locus a relatiuis: B. Locus a cõtrariis fundamẽtaliter ſeu denominatiue ſumitur A relatiuis uero formaliter: P. Aliquid eſt albũ/ & nigrũ ſimul. Vt ſcutũ cuius dimidia pars ſit affecta albedine & dimidia nigredine. Siſr aliqd eſt calidũ/ & frigidũ ſil. Vt lign ũ in principio calefactionis. Et in his nõ licet arguere ab affirmatione unius/ ad negationem alterius B. Si ſcutum concedatur album negandum eſt eſſe nigrum: Et econtra. Quia albũ dum eſt album/ nõ eſt dicendum eſſe nigrum. Et ſi ſcutum neq; ſit album/ neq; nigrũ tunc negandum eſt antecedens: & conſequentia erit bona. Si concedatur eſſe album/ ſecundum partem/ negabitur eſſe nigrum ſecundum illam partem: Et econtra. Similiter/ Si lignum concedatur eſſe calidum/ negandum eſt eſſe frigidum/ Vel erit frigidum in gradu intenſo/ Et calidum in gradu remiſſo/ Et tunc nõ erit calidum ſimpliciter. Satis eſt dialectico ut ſi alterum cõtrariorum abſolute inſit/ reliquum abſolute non inerit. P. De priuatiue/ & contradictorie oppoſitis reſtat dicendum.

De loco a priuatiue oppoſitis. B. Cap. XXV.

Quia priuatiue opponi dicuntur illa quorum unũ includit negationẽ alterius & preſupponit aptitudinẽ ad illud. Vt cecus q̃ ſignificat nõ uidentẽ aptũ natũ uidere ubi ponimus eiuſmodi documẽta/ Si extremũ unius priuatiue oppoſitorum dicatur de extremo alterius: & alterum dicetur de altero: Vt ſi uidens dicetur ſenſilis uel ſentiens/ cecus dicetur non quidẽ inſenſilis uel ſenſu abſolute priuatus/ ſed inſenſilis ſecundum uiſum/ uel ſenſu orbatus uiſus/ in

notatur ſecundo Topi. Secundum documētum/ Ab affirmatione unius priuatiue oppoſitorum/ ad negationem alterius uniuerſaliter circa idem ſubiectum/ licet ꝓgredi/ Vt Apius eſt coecus. Igiť non eſt uidens. Cato eſt uidens: Igitur non eſt coecus. Maxima/ Poſito uno priuatiue oppoſitoꝝ/ circa aliquod ſubiectū/ remoueť ab eodem alterū. Tertium documentum/ A negatione unius priuatiue oppoſitorum/ ad affirmationem alterius/ eſt progreſſus optimus His obſeruatis/ Vt conſtet ſubiectum/ quod ſit ad talē formam aptum natum/ Et ſit in tempore a natura preſixo. Nam Catulus non ſtatim ut eſt procreatus/ dicitur coecus/ licet nil uideat/ nec pro illo tempore poſſit uidere. Non tamen eſt coecus niſi preterierit tēpus a natura ſtatutum Vt pote/ dies nouem uel circiter. Infantulus ſimiliter licet careat dentibus ſic ꝙ eos habere pro tunc non poſſit/ non dicitur tamen edentulus/ ſeu orbatus dentibus/ eo quia tempus ſtatutum nō preteriit. Maxima/ Negato altero priuatiue oppoſitorum a ſubiecto exiſtente/ & apto nato/ & in tēpore a natura ſtatuto/ alterum de eodem affirmabitur. P. Addenda uidentur iſtis documentis haec/ Primo ut obſeruetur illud idem tempus preciſe/ in antecedente/ & conſequente/ Vt uidelicet quanto tempore Apius eſt coecus/ tanto non ſit uidens. Et quanto tempore Cato eſt uidens/ tanto preciſe non ſit coecus. Secundo ꝙ ab affirmatione/ ad negationem procedatur in numero ſingulari/ Nam in plurali oriri poſſet ambiguitas/ Vt poſitis duobus quorum unus uideat/ & alter ſit coecus/ & uterqꝫ ſit/ & aptus natus ſit/ & in tempore a natura ſtatuto ſit/ & arguatur/ Hi non ſunt uidentes. Igitur ſunt coeci/ Nō ſeqť. Nā neqꝫ ſunt uidentes/ neqꝫ coeci/ Tertio qñ arguimus ex modalibus/ cauendum eſt ne modus negeť: Vt hic/ Catonem poſſibile eſt eſſe uidentem/ Noli ſic inferre. Igitur Catonem non poſſibile eſt eſſe coecum: Sed ſic. Igitur Catonem poſſibile eſt non eſſe coecum. Sed iam de illis quae contradictorie opponuntur eſt dicendum.

## De loco a contradictoriis. B. Cap. XXVI.

COmparatum/ eſt illa dici contradictoria inter qꝫ fundamentaliter ſumpta/ ut inter eſſe/ & nō eſſe/ ſecundum ſe nullum eſt medium/ neqꝫ per participationem/ neqꝫ per abnegationem. Inter illa tamen formaliter ſumpta/ eſt ipſa contradictionis relatio media. Dicimus autem ſecundum ſe/ hoc eſt/ non addēdo aliquid propter quod poſſent habere medium per abnegationem/ Nam aliquid eſt/ quod nec eſt riſile per ſe primo modo/ nec nō riſile. Vt lapis: Nam riſile de illo non predicatur/ per ſe primo modo nec nō riſile. Quia nulli poſitiuo/ competit negatio per ſe primo modo: ſeu eſſentialiter. Eſt autem duplex contradictio terminorum de qua in poſt predicamentis/ Et enunciationum/ de qua ſuperius. P. Quo pacto ſumitur locus a contradictoriis terminorum. B. Sūmitur affirmatiue/ & negatiue/ ponendo contradictorium a parte predicati/ & nō ſubiecti: Et proceditur ſic: Ab affirmatione unius contradictoriorum de aliquo/ ad negationem alterius de eodem/ eſt bona conſequentia. Vt Cato eſt legens. Igiť Cato non eſt nō legēs. Maxīa/ Si unū cōtradictorioꝝ affirmeť de aliquo/ alteꝝ negabiť de eodē.

P. Contra illa regula non tenet quando alterum extremorum ponitur in obliquo: Et arguo ſic. Catonis eſt liber. Igitur Catonis non eſt nõ liber Nõ ſequitur, Poſito ꝙ Cato habeat alia bona a libro. B. Illa uidetur æquiualere huic, Cato habet librum, Igiť Cato non eſt non habens librum. Et hæc eſt bona conſequentia: Igitur & illa: P. Arguo contra regulam alio modo, Cato fuit calidus: Igitur non fuit non calidus. B. Nõ eo tempore fuit calidus, quo fuit non calidus, ſed alio, & alio. P. An a negatione unius contradictoriorum, liceat arguere ad affirmationem alterius, dicito. B. Licet, Ecce Maximam, De quocunq; negatur unum contradictoriorum, de illo affirmatur alterum: Et econtra. Vt ſi Cato non eſt albus: Cato eſt non albus: Et ſi non eſt non albus, eſt albus: P. Cato non eſt leo albus: Ergo Cato eſt leo non albus, Non ſequiť. B. Oportet ut negatio perimat totum predicatum dicendo: Igitur Cato non eſt leo albus. P. Si dixero, Chimera non eſt homo: Igiť Chimera eſt non homo. Conſequentia non tenet: Quia conſequens eſt falſum. Et tñ arguiť p regulam. B. Da conſequenti talẽ ſenſum, Chimera eſt aliquid nõ quidem reale, ſed imaginarium. Nam terminus infinitus relinquit indifferenter et imaginaria. Et erit conſequens ueꝝ. P. Formeť locus a cõtradictoriis enunciationũ: B. A ueritate unius contradictoriarum, ad falſitatẽ alterius, eſt bona conſequentia: Et econtra. Vt ſi Catonem legere eſt uerum, ipſum non legere eſt falſum. Et ſi omnem hominem currere eſt falſum, aliquem non currere eſt uerum: Et econtra: Similiter a neceſſitate unius contradictoriarum, ad impoſſibilitatem alterius: Et econtra licet arguere. Maximæ patent quando una condictoriarum eſt uera, altera eſt falſa: Et econtra. Et quando una eſt neceſſaria, Altera eſt impoſſibilis: Et econtra. P. Solent iuxta hos locos ab oppoſitis ſumptos, poni duæ conſequentiæ, Videlicet conſequentia econtrario, Et cõſequentia in ipſo. Et utraq; poteſt formari tam in terminis, q̃ enunciationibus: Et quia difficile mihi eſt intelligere quo pacto formentur, & an in omnibus oppoſitis teneant enucleas cupio.

## De duobus locis admodũ utilibus: Videlicet, Ecõtrario, & in ipſo. B. C, XXVII.

PRimo uidendum eſt, quid ſit cõſequentia econtrario terminoꝝ, Et qd conſequẽtia ecõtrario enunciationũ. Siľr de cõſequentia in ipſo: P. Procede ordine dato: B. Cõſequentia econtrario terminoꝝ, eſt qñ in cõſequente oppoſitũ ſubiecti antecedẽtis dr̃ de oppoſito predicati eiuſdẽ. Vt hõ eſt aĩal. Igiť nõ aĩal eſt nõ hõ, Vel ſic. Oĩs hõ eſt aĩal: Igiť oẽ ñ aĩal eſt nõ hõ. Regula ſeu Maxima, Ex oppoſito ꝑdicati recte inferť oppoſitũ ſubiecti. P. Quæ eſt cõſequẽtia ecõtrario enunciationũ. B. Quando poſita aliqua conſequentia, ex oppoſito conſequentis inferimus oppoſitũ antecedentis, Vt ſi hõ eſt, Aĩal eſt. Igiť ſi nullũ aĩal eſt, Nullus hõ eſt. Maxima, Ex cõtradictorio conſequentis, infertur contradictorium antecedentis. P. In quibus oppoſitis cõſequẽtia ecõtrario recte formať. B. ĩ cõtradictorie oppoſitis ualet, tã affirmatiue, q̃ negatiue, tã ĩ terminis, q̃ ĩ enũciatiõibus. Sꝫ ĩ terminis, negatio teneť ĩfinite, In enũciationibus teneť negatiue. In terminis, & enũciatiõibus affirmatiue. Iã exẽpla ĩduximus.

Ecce exempla negatiue / In terminis / Aliquod Bonum non eſt ſuaue. Igitur aliquod
non ſuaue non eſt / non bonum. Ecce negatiue in enunciationibus. Si animal non eſt /
Homo non eſt. Igitur ſi non homo non eſt / Non animal non eſt. Et licet ſic negatiue
arguere / ſolum particulariter / non uniuerſaliter. Quia uniuerſalis negatiua / nõ conuer
titur per contrapoſitionem. In contrariis / conſequentia econtraro non tenet uniuerſali
ter. Sed interdum gratia materiæ: Vt ſi mala complexio ſit mala diſpoſitio. Igitur bo
na complexio / eſt bona diſpoſitio. Et ſi falſum eſt difforme rebus / Verum eſt cõforme
rebus. Sed hic non ualet. Prodigalitas eſt uitium / uel mala. Igitur auaritia eſt uirtus /
uel bona. Quia / tam prodigalitas / q̃ auaritia / continentur ſub uitio. Similiter nõ tenet
in priuatiue / & relatiue oppoſitis. P. Dicito de conſequentia in ipſo. Be. Conſequentia
in ipſo terminorum / tunc fit quando in conſequente oppoſitum predicati / dicitur de op
poſito ſubiecti / ſeruato eodem ordine: Vt uiſus eſt ſenſus. Igitur cæcitas eſt inſenſibili
tas ſecundum uiſum / uel priuatio uiſus. Conſequentia in ipſo enunciatiuum / tunc fit /
quando antecedens / infert conſequens: Et oppoſitum antecedentis / infert oppoſitũ con
ſequentis / Vt triplum eſt multiplex. Igitur ſubtriplum / eſt ſubmultiplex. Antecedens
dicitur triplum / Et conſequens multiplex. P. Cõſequentia in ipſo / cui maxime innitit̃.
B. Huic Si propoſitũ / in ꝓpoſito: Et oppoſitum / in oppoſito: Et econtra. Si oppoſitũ /
in oppoſito: Et propoſitum in propoſito. P. In quibus oppoſitis iſta regula tenet. B. In
contrariis quidem tenet / his tribus obſeruatis. Primo / Vt ſit predicatio p ſe. Iccirco non
ſequitur / Album eſt dulce / Ergo nigrum / eſt amarum. Secundo / Vt non mutetur ge
nus oppoſitionis / Quia nõ ſeqͥ Album eſt coloratum / Ergo nigrum / eſt non colora
tum. Tertio / Vt utrumq; contrariorum non contineatur ſub eodem extremo alterius
contrarietatis. Nam nõ ſequitur: Prodigalitas eſt uitium: Ergo Auaritia / eſt uirtus. P.
Tenet necne in aliis oppoſitis: B. In priuatiue oppoſitis / ualet conſequentia in ipſo ter
minorum. Dũmodo conſtet ſubiectum eſſe. Et ſit predicatio per ſe. Et ꝙ priuatio habi
tus ſuperioris reſtringatur: ut non inferatur. Igitur cœcus eſt nõ ſentiens abſolute / ſed
non ſentiens ſecundum uiſum. Et hac conditione ſeruata / eſt bona cõſequentia in ipſo /
Etiam in enunciationibus arguat̃ Sic. Si aliquid eſt tangibile / Illud eſt ſenſibile. Ergo
ſi aliquid eſt intangibile / Illud erit inſenſibile ſenſu tactus. Tenet etiam in oppoſitis rela
tiue. Si conſtet ſubiectum conſequentis eſſe. Si fuerit predicatio per ſe. Si utrumq; ex
tremum unius contrarietatis / non contineatur ſub eodem extremo alterius contrarieta
tis. Et ſi arguatur in relatiuis ſecundum eſſe / non ſecundum dici / ſiue formaliter / & non
fundamentaliter. Et hæc quatuor ſunt obſeruanda. ſiue fuerit oppoſitio termin orum /
ſiue enunciationum. In contradictoriis / non ualet conſequentia in ipſo / niſi gratia mate
riæ. Nam non ſequitur Roſa / eſt flos: Ergo non roſa / eſt non flos. Quia antecedens
eſt uerum neceſſario / Et cõſequens poteſt eſſe falſum. Neq; negatiue / ut quidam argue
bat caute / Non ens / non eſt genus: Ergo ens / eſt genus / Inducens regulam / Sicut op
poſitum / in oppoſito. Ita propoſitum / in propoſito. Tamen gratia materiæ / ualet in con
uertibilibus: Vt homo eſt riſilis. Ergo non homo / eſt non riſilis. Pe. Suntnecne ulla
alia oppoſita.

Declarat ꝙ ex affirmatione unius diſperatorum de aliquo / ſequitur negatio
alterius de eodem. B. Cap. XXVIII.

OMnia diuerſa / ſeu differentia / ſeu quæ ſe mutuo nõ includunt / ſed ſunt
ſeparata / ita ꝙ unum non eſt aliud / poſſunt dici aliquomodo oppoſita
Vt quæ ſunt in diuerſis predicamentis / uel in eodem collateraliter / nõ
ſecũdum ſub / & ſupra. Vt homo & albedo. Similiter Homo / & cer
uus. Nam quædã ſunt ſubſtantialia / Quædã accidentalia: Et ab his
ſumitur locus arguendi talis: Hoc eſt lignũ: Ergo non eſt lapis. Ma
xima / Si unum diſperatorum (ut aiunt) de aliquo affirmetur / de illo aliud remouebit /
Et non econtra. P. Contra / Lac eſt dulce: Igitur non eſt album. Tu es Pater. Ergo nõ
es Filius: B. In concreto non ſunt omnino diuerſa: Nam eadem res / eſt dulcis / & alba.
Sed in abſtracto. P. Arguam in abſtracto / Albedo eſt qualitas: Igitur dulcedo nõ eſt
qualitas: Sed conſequentia nõ procedit ſecundum uigorem illius. Maximæ / Nã diſpe
rata debet poni a parte predicati / Niſi predicatum utriuſq; diſperatorum eſſet ſingulare
Verum contra illam regulam arguo iterum. Tu contingenter es homo: Igitur tu cõtin
genter non es ceruus: Non ſequitur: Quia cõſequens eſt falſum. Nam deſignat te poſ
ſe eſſe ceruum / Et tamen arguitur ſecũdum illam regulam: B. Non ualet cum ſpecifica
tione illius modi. Accipiendo contingens prout opponitur neceſſario. P. Sunt ne cæ
ulli loci ad hos locos oppoſitorum reducendi.

Qualiter ab affirmatiua / de predicato priuatiuo / aut poſitiuo infinitato / ad nega
tiuã de p̃dicato poſitiuo finito: Et ecõtra / Cõſequẽtia ualeat. B. Cap. XXIX.

SVnt hi. Primo / A termino priuatiuo / ad terminum poſitiuum infini
tatum / affirmatiue / eſt bona conſequentia. Vt Cato eſt coecus: Ergo
eſt non uidens. Eſt ſurdus: Igitur eſt non audiens: Et non econtra.
Quia & ſi Lapis non ſit uidens / neq; audiens: non eſt tamen coecus /
aut ſurdus. Eſt. n. coecus / quaſi inferius ad nõ uidens actu / Et ſurdus
ad non audiens actu: Sed ſi accipiantur ſecundum habitum / & poten
tiam / tunc non uidens & coecus / non audiens & ſurdus / ſunt diuerſa / & non ſubalterna
ta: Nam quicunq; eo modo non uidet / coecus eſt. Et quicunq; eſt coecus eo modo / non
uidet. Maxima / Poſitio termino priuatiuo / ponitur & poſitiuus infinitatus: Et non ecõ
tra. Secũdo / A termino priuatiuo / ac etiam poſitiuo infinitato / ad terminum poſitiuum
negatum / eſt bona conſequentia. Vt Cato eſt coecus / uel non uidens. Igitur non eſt ui
dẽs. P. Hæc regula poſſet ſic poni. Ab affirmatiua de predicato priuatiuo / aut poſitiuo
infinitato / ad negatiuam de predicato poſitiuo finito / eſt bona cõſequentia. Enimuero
ſi dixero Bos non eſt Catonis (poſito ꝙ ſit Catonis ſimul & Ciceronis) Igitur Bos nõ
eſt Catonis: Non ſequitur. Quia conſequens per caſum eſt falſum / Et antecedẽs uerũ:
Similiter non ſequitur / Catonis eſt non bos (poſito ut ſit ei etiam aſinus) Igiť Catonis

non eſt bos: B. Regula intelligitur arguẽdo in recto/non in obliquo. Similiter de preſenti/non de preterito/aut futuro: Non. n. ſequitur Cato fuit/aut erit non albus. Igitur Cato non fuit/uel nõ erit albus: Niſi reſtringatur ad idem tempus. Tertio. A negatiua de predicato finito/ad affirmatiuam de predicato infinito/cõſequentia tenet. Si ſubiectũ conſtet eſſe. Vt lapis non eſt uidens: Igitur lapis ſi ſit/eſt non uidens/Quamuis etiam ſi non eſſet/eſſet non uidens: Niſi eſſe nõ uidens inferat eſſe. Et Clarinus nõ eſt homo: Igitur Clarinus eſt nõ homo: P. Si iſta cõſequentia ſit bona: Igitur ex negatiua ſequetur affirmatiua. Quod ſæpe fuit negatum: B. Sicut ex negatiua non pura/quandoq; inſertur affirmatiua/ut dictum eſt: Ita ex negatiua/Pura quandoq; infertur affirmatiua non pura. Enimuero a negatiua de predicato finito/ad affirmatiuam de predicato priuatiuo/conſequentia non ualet. Vt Lapis non eſt uidens: Igitur Lapis eſt cœcus: Sed ratio quam aliqui afferunt/non eſt bona: Quia uidelicet conſequens eſt negatiuum: Sed quia conſequens eſt falſum. Denotat. n. lapidem eſſe aptum ad uidendum/Vnde conſequentia eſſet bona cum hoc medio: Et lapis eſt aptus ad uidendum: Igitur eſt cœcus: P. Etiã cũ medio non ualet: Vt hic. Cato non eſt iuſtus/Et eſt aptus eſſe iuſtus: Igitur eſt iniuſtus: B. Si in Iuſticia dicat priuationem iuſtitiæ ſolum/Sequitur/Si habitum iuſticiæ contrarium non ſequitur: Sed tunc non proceditur ad terminum priuatiuum: ſed poſitiuum/contrarium: P. De locis a maiori/& minori/ut aliquid ægregium afferas cupio.

## De conſequentiis/quæ procedunt/a maiori/uel minori. B. Cap. XXX.

Maius interdum ſecundum quantitatem continuam/uel diſcretam accipitur: Vt Cẽtum minæ/eſt quid maius q̃ decem/Et Mons maior/eſt colle. Interdum maius idem eſt quod difficilius. Interdum id quod potentius/& maioris uirtutis. Interdum maius dicitur id quod alicui potius ineſſe deberet. Et hoc modo quod facilius ineſt/dicit̃ maius/Q̃d difficilius minus. Vt ſi Rex non poteſt expugnare oppidũ cui facilius id uidetur competere: neq; miles expugnabit/cui difficilius eſt. P. Minus totidem modis accipitur. B. Hæc diſtinctio eſt memoriæ mandanda. Deinde animaduertendum eſt/q̃ ſecundum philoſophum ſecundo topi. Interdum unum predicatum confertur ad duo ſubiecta. Vt expugnare Vrbem/ad Regem/& Militem. Interdũ duo predicata comparantur ad duo ſubiecta. Vt expugnare Ciuitatem ad Regem/Et expugnare Vicum ad Militem. Interdum duo predicata ad unum ſubiectum/Vt expugnare Vrbẽ/& uicum/ad Regem. P. Hæc memoriæ cõmiſi: Sed quo pacto ſit arguendũ his aliis modis/declara: B. Argue primo ſic. Accipiendo maius primo modo & formando maximam hoc modo. Si cui ineſt maius primo modo/illi poterit ineſſe/& minus. Et cui non poteſt ineſſe minus tale/illi neq; maius ineſſe poterit. Vt ſi quis poteſt ferre/decem poterit ẽt ferre illorum quinq;. Et qui nequit̃ ferre quinq;/neq; decem poterit. Et ſi q̃s montem includere/uel pertrãſire poteſt/poterit & collem. Et ſi non collẽ/neq; montẽ

Argue item ſic/formando maximam iuxta ſecundum modum/quo maius accipit. Cui
cunq; ineſt maius ſecũdo modo/illi & minus ineſſe poterit/Et cui minus ineſſe nõ põt
neq; maius poterit. Vt ſi quis poteſt ſuperare Regem/aut Aprum quæ ſunt difficiliora
poterit ſuperare militem/ſeu hædum quæ ſunt faciliora. Et qui nequit militem/aut hæ
dum ſuperare. Neq; Regem/aut aprum poterit. P. Facilius interdum eſſet Regem ſu
perare q̃ militẽ. Vt in duello: Quia Rex milite debilior eſſe poſſet. B. Regis nomine
exercitum ualidum quẽ Rex facere põt intelligimus Per militem aciem paruam illius
met exercitus. Argue tertio ſic. Quicqd maiori (prout maius) ineſt tertio modo/quia
potentius/& maioris uirtutis/repugnat/& minori/repugnabit. Et quicquid talium mi
nori/& impotentiori competere poteſt/& maiori ſiue potentiori competere poterit. Vt
ſi Rex non poteſt ſuperare/ſeu expugnare/neq; miles eius poterit: Et ſi miles eius pote
rit/& ipſe longe melius. Argue tandem ſic quarto modo formando maximam. Si qđ
potius deberet/uel uideretur ineſſe/uel poſſe ineſſe: quia facilius uerificari poſſet/non in
ſit/uel ineſſe non poſſit. Et quod difficilius/uel minus ineſſe uideretur non inerit/uel in
eſſe non poterit. Vt ſi quis domum/uel uicum expugnare non poſſit/Neq; Ciuitatem
poterit. Et ſi quis Ciuitatem expugnare poterit (quod difficilius & minus uerum uide
tur) & domum/ſeu uicum expugnare poterit. Poterimus etiam ſic arguere. Si cui qđ
magis uideretur/uel deberet ineſſe/non inſit/uel ineſſe non poſſit: Neq; alteri quod ſibi
minus uideretur/uel deberet ineſſe/uel poſſe ineſſe/inerit uel ineſſe poterit. Vt ſi magis
Regi uideretur competere expugnare urbem/q̃ militi uicum/uel domum. Et Rex ne
queat expugnare urbem: Nec miles poterit uicum/uel domum. Et ſi miles poterit do
mum/uel uicum expugnare: & Rex poterit urbem: P. In duobus primis modis com
parãtur duo predicata ad unum ſubiectum. Et eadere uidẽtur coincidere in unum mo
dũ: Licet maius in uno aliter capiatur q̃ in altero. In tertio comparatur unum predica
tum ad duo ſubiecta. In quarto iterum comparantur duo predicata ad unum ſubiectũ
Et ſic cum ſecundo modo/& primo coincidit/Licet in ſecundo modo difficilius eſt ma
ius. In quarto uero difficilius eſt minus. In ultimo modo ſecundum hunc locum ar
guendo/comparantur duo predicata/ad duo ſubiecta. B. Recte notaſti. P. Conſidero
quoq; ꝙ arguendo a maiori primo modo proceditur affirmatiue/Et a minori negati
ue. Similiter arguendo a maiori/& minori ſecundo modo. Idcirco illi duo modi/ꝑ uno
computantur. Procedendo autem tertio/& quarto/& alio ſuperaddito/arguimus a ma
iori negatiue: Et a minori affirmatiue. B. Illum tamen modum/quem dicis ſuperaddi
tum/philoſophus pro tertio principali ponit. P. Non ergo recte dicitur ut locus a ma
iori ſemper teneat deſtructiue/Et a minori conſtructiue. B. Illi aliter modos enumera
bant: Nos ex uaria maioris acceptione/uarie proceſſimus. P. Progrediamur.

De conſequentia a ſimiliter ſe habentibus. B. Cap. XXXI.

LOci a ſimiliter ſe habentibus hæc maxima poni poteſt. De ſimilibus/ſimile
eſt ferendũ iudicium. Et tenet cõſtructiue & deſtructiue. Vt ſi unum ſimiliũ

eſt tale/ & reliquum. Et philoſophus ſecundo topi. tribus modis per hunc locũ argue re docet. Primo/ Si unum predicatum ſimiliter ineſſe duobus uideretur/ Vt animal/ homini/ & boui: ſi uni nõ inſit/ nec alteri/ Vel ſi non ſit genus unius/ nec alterius. Et ſi ſit genus unius illorum/ erit & alterius/ Vel ſi habere duos uentres/ ſimiliter inſit omni rumi nanti/ Vt pecudi/ & boui. Si uni inſit/ & alteri. Et ſi uni non ineſt: neq; alteri inerit. Se cundo/ Si duo predicata ſimiliter ineſſe eidem uiderentur: Vt homini admiratiuum/ & diſciplinæ ſuſceptiuum. Si unum ineſt/ & reliquum. Et ſi unum non ineſt/ nec reliquũ. Vel ſi Boui habere cornua/ & duos uentres/ ſimiliter ineſſe uiderent᷑. Si habet cornua/ habet & duos uentres: Et ſi alterum non habet/ neq; alterum. Tertio/ Si duo predicata duobus ſimiliter ineſſe uiderentur. Vt riſile homini/ & hynnile æquo. Si alterum inſit alteri/ uel ſit proprium eius/ & conuertibile cum illo/ Et reliquum/ cum reliquo. Et ſi al terum non ſit proprium/ neq; conuertibile cum altero: Nec reliquum/ cum reliquo. Et diligẽter aduerte ut arguas a ſimilibus/ ea ex parte qua ſimilia ſunt. Nam omnia ſimilia ſunt/ etiã neceſſario diſſimilia: P. De loco a proportione iam diſſerendum.

## Locus a proportionum ſimilitudine. B. Cap. XXXII.

LOcus a proportione/ Quo precipue utuntur Mathematici tenet/ & affirmatiue/ & negatiue: ſitq; adminus iter quatuor terminos. Et oſtẽ ditur proportio inter duo poſteriora eſſe ſimilis illi/ quæ erat inter duo priora. Et hanc Euclydes uocat proportionalitatem/ hoc eſt ſimilitu dinem proportionum. Vt ſicut ſe habent duodecim/ ad ſex. Sic octo/ ad quatuor. Sed duodecim excedunt ſex in duplo. Igitur & octo. qua tuor/ & ſex/ tria (con ſimiliter excedunt. Similiter ſicut ſe habet ſubſtantia ad contenta ſub ea. Ita ſe habet qualitas ad contenta ſub ſe. Sed ſubſtantia reſpectu contentorũ ſub ea/ eſt continens primum/ & continens non contentum. Igitur & qualitas. Et ſicut ſe habet homo/ ad non hominem. Ita bos/ ad non bouem. Sed homo contradicit non homini. Igitur & bos/ non boui. Eodẽ modo ſicut ſe habet Pater ad filios: Ita Rex ad ſubditos. Sed Pater procurat bona filiis/ Igitur & Rex ſubditis. Negatiue uero argui᷑ Sic/ Sicut ſe habet riſile ad hominem: Ita hynnile ad æquum. Sed riſile nõ eſt de eſſen tia hominis/ Igitur neq; hynnile eſt de eſſentia æqui. Maxima/ De ꝓportionalibus idẽ eſt cenſendum. P. Videtur hic idem eſſe cum loco a ſimili. B. Quidam ait in loco a ſi mili comparationem eſſe ſecundum inhærẽtiam/ In loco uero hoc ſecundum habitudi nem. Sed melius eſt dicere/ ut hic locus ſit quidam peculiaris modus arguendi a ſimi li. Quia neq; Philoſophus eum diſtinxit in Topicis. Et Euclyde teſte nil aliud eſt pro portionalitas q̃ proportionum quædam ſimilitudo: P. Proportio poteſt eſſe inter diſ ſimilia in eſſe/ & ſumme diſtantia: Vt inter primum mouens/ ſeu agens/ & primum paſ ſum. Sed proportionalitas formatur in proportionibus conformibus. Et docet ibi Eu clydes arguere a permutata ꝓportione/ Sic. Sicut ſe habent duodecim/ ad ſex. Ita octo/ ad quatuor. Igitur ſicut ſe habet primum ad tertium/ Sic ſecundum ad quartũ. Qui

pacto arguendi utitur etiam Philoſophus in libro priorum :B. Sexibi ſpecies talis mo
di arguendi ponit Euclydes. Primã uocat conuerſam/ Quotiẽs uidelicet ex cõſequen
tibus/facimus antecedentia/Et ex antecedentibus conſequentia: Veluti dicendo. Sicut
duodecim/ad ſex: Ita octo/ad quatuor. Igit̃ ſicut ſex/ad duodecim: Ita quatuor ad octo.
Secundam uocat permutatam/qua ut plurimum utimur: Vtputa. Sicut octo/ad qua
tuor. Ita ſex ad tria. Tertiã appellat coniunctam/Et eſt talis Sicut duodecim/ad ſex: Ita
octo/ad q̃tuor. Igit̃ ſicut duodecim/& ſex/ad ſex: Ita & octo/& q̃tuor ad q̃tuor. Quartã
appellat diſiunctã/Sic. Veluti duodecim/& ſex/ad ſex: Ita octo/& quatuor/ad quatuor
Igitur ſicut duodecim/ad ſex: Ita quatuor/ad quatuor :P. Quia coniuncta in antecedẽ
te/diſiungit in conſequente: Icc irco diſiuncta nuncupata eſt/Et ſuperior illa coniuncta
ratione oppoſita :B. Quintam nuncupauit euerſam. Puta ueluti duodecim/& ſex/ad
ſex: ita octo/& quatuor/ad quatuor: Igitur ueluti duodecim/& ſex/ad duodecim: Ita
octo/& quatuor/ad octo. Sextã tãdẽ uocauit Aequã/& eſt talis. Veluti ſe habẽt uigin
ti/ad decem/& decem ad quinq;: Ita duodecim/ad ſex/& ſex ad tria. Igitur ueluti uigin
ti/ad quinq;: Ita duodecim/ad tria :P. An in omni materia his modis arguendi uti poſ
ſimus :B. Hi modi arguendi tenent euidenter/atq; uniuerſaliter in quantitatibus/& cõ
tinuis/& diſcretis. In terminis autem & orationibus quandoq;. Secundo modo arguẽ
di uſus eſt Philoſophus quoad contradicere/& conuerti. Qui tamen non dicuntur ua
lere/ad antecedere/& conſequi. Et neq; quoad multa eiuſcemodi :P. Si debito modo
enunciationes ordinentur/uidentur etiam in aliis ualere. Nam poſito ut ſicut primum/
ſe habet ad ſecundum: ita tertium ad quartum in exceſſu tali/uel non exceſſu tali. Simi
liter in contradicere/uel non contradicere: Conuerti/uel non conuerti: Antecedere/uel
non antecedere: Sonſequi/uel non conſequi: Ita ſe habebit/& primum/ad tertium/&
ſecundum/ad quartum. Quemadmodum.n.ſe habet homo ad animal/quoad an
tecedere/uel nõ antecedere: Conſequi/uel non conſequi. Ita ſe habet/& Roſa ad florẽ:
Igitur ſicut ſe habet primum/ad tertium: Videlicet homo/ad roſam: Sic ſe habet ſecun
dum/ad quartum: Hoc eſt animal ad florem. Quia neutrum antecedit/aut conſequit̃
alterũ/ſed ſunt diſperata/Duo inq̃ cõtẽta/Et duo cõtinẽtia. Sed nõ ualet dicẽdo/Sicut
ſe hẽt hõ/ad non hoĩem: Ita aĩal/ad nõ aĩal. Igit̃ ſicut ſe hẽt hõ ad aĩal: Ita nõ hõ/ad nõ
aĩal. Oportet ergo arguere in diuerſis/ſeu diſperatis terminis/non in cõtradictoriis.B.
Regulæ illæ ꝓpriæ/& uł̃r tenent in quãtitatibus.P. Ad reliquos locos procedamus.

## De loco a trãſumptiõe & loco ab auctẽate cũ nõnullis locis ãnexis.B. C.XXXIII

LOcus a tranſumptione/quum uidelicet ponitur nomen magis notum
pro nomine minus noto tenet affirmatiue/& negatiue/tam ſubiicien
do/q̃ predicãdo: Pro quo ponunt̃ quatuor regule. Prima eſt: Quic
qd ineſt alicui/ſub nomine magis noto/inerit ſibi ſub nomine minus
noto. Vt ſi ſapiens/ſit ſtudioſus: Et ſophos erit ſtudioſus. Secunda
regula. Cuicunq; nõ ineſt aliquid ſub nomine magis noto/Neq; ſub

nomine minus noto. Nam ſi ſapiens non inuideat/ Nec ſophos inuidebit. Tertia regula. Quotiens aliquid nomine notiori dicit' de aliquo/ totiens/ & notatum nomine ignotiori dicetur de illo. Vt ſi Plato ſit ſapiens/ Plato erit etiam ſophos. Et Bucefalus ſit Caballus/ Erit etiam Equus. Et ſi aliquis erit luxurioſus/ Erit etiã nepos. Quarta regula Si aliquid deſignatum nomine notiori/ nõ ineſt Nec deſignatũ nomine ignotiori inerit Vt ſi bonus non inuidet/ Nec æmulabitur/ Et ſi bos non ſit homo/ ẽt non erit Antrhopos: P. Hic locus eſt a Synonimis/ uel a multiuocis/ & ab eodem ad idem: Ergo eſt locus intrarius pertinens ad ſubſtantiam: B. Si habitudo/ ſeu compoſitio ſumeretur ẽt a re ſignata/ eſſet locus a conuertibilibus/ & a ſubſtantia rei: Sed quia ſumitur a nomine notiori/ & procedit ad nomen ignotius/ quorum unum eſt alteri extrarium. Iccirco & locus extrarius: P. Tranſumptio eſt ſpecies æquiuocationis/ Vt pratum trãſumptiue ridet: B. Alia eſt tranſumptio illa/ Hæc te ducit per nomẽ notius/ in nomen ignotius: P. Forſan etiam ſic arguendo eſſet locus dialecticus/ dictus a tranſumptione/ Hic eſt rapax: Igitur eſt Lupus: Illæ gulæ uitio notatus: Igitur canis. Ille autem eſt fortis robore: Igitur eſt leo. Alius eſt manſuetus: Igitur colũba/ uel agnus. Vt intelligamus tranſumptiue eos tales dici/ & rebus eiuſmodi aſſimilari: B. Placet nobis quod affers/ & hoc pacto erit aperte locus extrarius Poetis/ & oratoribus qui Dialecticam imitãtur accomodatiſſimus: ſicuti & ſequens. Locus ab auctoritate/ ſeu iudicio ſapientis/ & uiri in aliqua facultate experti/ tenet hac maxima/ Vnicuiq; in arte ſua experto credendũ eſt. Vt Ptholomeus dicit coelum ſic uolui: Igitur ſic & uoluitur. Oportet igitur cuius iudicio inniti innar/ illa in ſcientia expertum fuiſſe/ & propria opinione/ ac ea examinata locutum pſuponere. P. Adhunc locum reducunt' & hi. Locus a cõi fama/ Et locus a iuramẽto/ Nequit. n. oĩo falſum eſſe quod multi populi decantant. Vt ſi quid ex ſe ineuidens oĩbus/ uel pluribus uideret' uerum/ illud non eſſet ſpernendum. Vt animæ noſtræ ĩmortalitas eſt quid ineuidens. Quod tñ oĩbus/ uel pluribus uerum uidetur. Si quoq; uir probus iurat aliquid eſſe/ credendum eſt ſibi/ Sed nõ homini Vaſro: B. Locus etiam a teſtibus & torturis/ ad hunc reducuntur. Si. n. fidedigni teſtes aliquid deponunt/ credendũ eſt. Et ſi quis tortura modeſtè illata confeſſus aliquid fuerit. Et locus a lege. Si. n. lex dicat proſequẽdum/ aut fugiendum/ Cõſentiendum eſt. Et diuina quidem auctoritas/ oĩ rationi præferenda eſt. Humana cum formidine excipienda/ Et hic locus eſt penitus dialecticus: P. Loci medii iam afferendi.

## De locis mediis/ Et primo de loco a coniugatis. B. Cap. XXXIIII.

QVidam dicitur a cõiugatis/ Quidam a diuiſione/ Quidam a caſibus P. Medium eſt propius principio: Ergo & hi loci/ priores ſunt locis extrariis: B. Medium non poterat cognoſci niſi cognitis extremis. Nec tñ dicunt' loci medii: ac ſi inter intrarios & extrarios ponerentur. Neq; ex eo/ quia aliqd inter inferentem/ & illatum terminum interponit'. In omni namq; illatione/ eſt media habitudo inter inferens/ & illatum: quem locum

[illegible]

[illegible] uia & si natura [illegible] habens unam formam, uel [illegible] concretum notat habentem. Be. Ea propter [illegible] Quamuis impossibile sit unam rem esse [illegible] & aliam. P. Si esset una res [illegible] uere posset [illegible] Dicit Boetius [illegible] Non igitur una res est alia. Sed [illegible] bonum. Sic. Albedo non est dulcedo. Igitur album [illegible] Valet tamen sic. Albedo non est dulcedo. Et [illegible] abstractum, uel [illegible] abstrahit a [illegible] Igitur album non includit essentialiter ipsum dulce. [illegible] humanitas non est [illegible] concedunt [illegible] additione, fit bona [illegible] simpliciter [illegible] absolute [illegible] regulam. P. De loco a [illegible] iam dictum.

[illegible]

[illegible] dabilius uel magis laudabile. Altero modo hypothetice [illegible] tenet [illegible] Sic. Si homo [illegible] iuſtus erit etiam laude dignus. [illegible] magis iuſtus erit maiori laude dignus: uel erit laudabilior. A comparatiuo [illegible] arguendo ab uno ad unum affirmatiue eſt bona conſequentia. Vt Cato eſt ſapientior Lælio. Igitur eſt ſapiens: Pe. Poſito ut omnes homines ſint æque prudentes: non ualet conſe

quentia, dicendo, Prudens eſt laudabilis. Igitur magis prudens eſt magis laudabilis, Q uum nullus ſit magis prudens : B. Doctus ille, hic non docte dixit. Et ſi enim nullus ſit prudentior actu, eſt tamen aptitudine. Et ratio non ponit ut ſit prudentior : ſed ſi eſſet, Pe. Contra, Album eſt dulce, ut lac. Igitur magis album eſt magis dulce, ut nix. Non ſequitur. Similiter, album eſt extenſum ut papyrus. Igitur magis album, ut Margarita, ſiue unio eſt quid magis extenſum : Non ſequitur. Item non ſequitur, Album eſt coloratum: Igitur magis album, magis coloratum. Q uia gradus generis remanet idem in ſpecierum indiuiduis, & in diuerſis ſpeciebus, quamuis gradus ſpeciei multiplicentur & minuantur : B. Natura etiam ſpeciei gradus ſuos fert ſecum omnes. P. Cur igitur albius hoc illo : B. Q uia intenſiori albedine affectum : Pe. Iſta intenſio unde prouenit : B. A rõnibus indiuiduorum : Pe. Igit̃ ſicut aliquid dicit̃ magis albũ, ita põt dici magis coloratũ : B. Alias iſta diſputabunt. Cõcedi tñ hic põt ut ſicut aliqd ẽ albius, ita ſit & coloratius. Ad illa uero q̃ prius obiecisti, dicimus illas cõſequẽtias nõ ualere in pdicationibus extraneis. Accidit aũt albo eẽ dulce, qa reperit̃ cũ illo in lacte, & accidit albo extẽdi, quia ẽ in quãto cui cõpetit extẽdi : P. Huic regulæ inſeruiũt hæ maximæ. Ad poſitionẽ poſitiui, nõ ſequit̃ poſitio cõparatiui: Sed bñ econtra. Itẽ ſicut Hoc, ad hoc. i. Poſitiuum ad poſitiuũ: Ita Magis, ad magis. Et Maxime, ad maxime. i. Superlatiuus, ad ſuperlatiuum : P. Dicendum iam de loco ab Appoſitione.

## ❧ De loco ab Appoſitione, Et ablatione, B. Cap. XXXVII.

LOcus ab Appoſitione, Fit qñ aliquo alicui appoſito illud ſit tale, Puta bonũ, uel amatum: Et tenet affirmatiue his cõditionibus obſeruatis. Prima eſt, Vt qđ apponit̃ nõ ſit forma illius cui apponit̃. Q uia & ſi tu ſis aĩatus aĩa: Et Calidus, calor, nõ tñ aĩa ẽ aĩata, Aut Calore calidus. Secũda ẽ q̃ illud additũ. Seu appoſitũ, ſit cã ipm, & nil aliud talis pdicati. Et q̃ ſit cã uniuoca, Secus. n. non ſequit̃. Calx appoſitione aquæ calet. Igit̃ aqua magis calet. Calet. n. potius rõne mutuæ ipſorum decertationis. Siſr nõ ſequit̃ Hic eſt calidus ſole, uel motu. Igit̃ ſol uel motus, eſt calidus. Tertia ẽ, ut ipm appoſitũ nõ cauſet aliqd tale p accidẽs. V t. Si honor, aut diuitiæ faciant aliquẽ malũ, & improbũ. Igit̃ honor ẽ malus, & diuitiæ malæ. Q uarta ẽ, q̃ ipm appoſitũ ſit ſuſceptiuũ magis, & minus. Iccirco nõ ſequit̃. T u es hõ pr̃e tuo. Igit̃ Pr̃ tuus ẽ magis hõ. Tenet aũt cõſequentia, hac maxima: Propter qđ aliqđ ẽ tale. V t ſi amo pedagogũ ſolũ ob amorẽ pueri, magis amo puerum: Vel ſic. Q đ appoſitũ alteri facit tale, ipm ẽ magis tale. Apponi aũt põt. i oĩ genere cauſæ: P. De loco ab ablatione: B. Locus ab ablatione eq̃ cõſimili modo. Q uod. n. ablatione alicuius non remanet tale, ipſo erat tale. Et ipſum erat potius tale : V t ſi ablato filio, ceſſet pedagogi dilectio, gratia filii diligebatur Et magis filius q̃ ille : P. Si appoſito aliquo, fiat res talis: Si quoq; ablato deſinat eſſe talis. Ipſo abſq; dubio: eſt uel erat talis. Sed an illud ſit magis tale inſpectandæ ſunt cõditiones ſuperius dictæ : B. Optime accepiſti. De his itaq; hactenus.

P. Q uid eſt diſputatio. B. De quatuor generibus diſputationum. Cap. I

D Iſputatio eſt decertatio/ſeu actus decertatiuus īter duos/uerbis/
non pugnis/medio ſyllogiſmo uero/uel apparenti/gratia alicu
ius ueritatis oſtendendæ/uel diſcutiendæ/uel gratia experiēdi/
uel gratia uincendi/aut gloriam conſequendi: P: Cur dicis me
dio ſyllogiſmo: B. Q uia inſtrumentum quo utitur opponēs
eſt ſyllogiſmus/Siue comunius loquēdo (ſi tamen communius
aliquid ſit) argumentatio/Q uæ fieri poteſt uere/aut apparen
ter: P. Q uo inſtrumento fit diſputatio/Et cur fit/accepi. Sed
ubi poſuiſti ſubſtantiam eius: B. Ibi quando dixi/eſt actus quidam decertatiuus/non
quidem pugnis/niſi per accidens: ſed uerbis: P. Q uot ſunt genera ſyllogiſmorum.
B. Syllogiſmorum quidam eſt demonſtratiuus: qui uidelicet procedit ex primis/atq;
medio carentibus/& facit rem per cauſam (quæ ſe aliter habere nequeat) cognoſcere.
Alius ſyllogiſmus eſt dialecticus/q ex probabilibus ꝓcedit/Hoc eſt ex his q̃ omnibus
talia uidentur/aut pluribus/aut ſapientibus. Omnibus quidem/ Vt omnem matrem
unicum diligere filium. Pluribus autem/Vt omnem hominem uelle charius uendere
& uilius emere. Sapientioribus autem/Vt uiuendum eſſe temperate: & uoluptatem/
tamq̃ peſtem quādam eſſe fugiendam. Tertius ſyllogiſmus eſt temptatiuus/Q ui ex
illis q̃ rñdens facile cōcedit ꝓcedere uř/ut experiař rñdētis peritiā/uel inſcitiā. Q uartus
ſyllogiſmus ē ſophiſticus/ſeu litigioſus/q oſtētationē quēdā ſyllogiſmi h3/rē nō hēt.
Nā ſicut q̄dam apparēt argētea/aut aurea/aut pulchra/aut bona/nec tñ ſunt. ſic ſophi
ſtæ ſibi faſtu quodā/ꝓbitatē & pulchritudinē/q̃ nō hñt/attribuūt: P. Q uo pacto li
tigioſus differt a ſophiſtico: B. Q uia prior peccat in forma/Poſterior in mā: Nā & ſi
uer3 inferat/illud tñ nō ꝓbat. Prior quoq; diſputat/ut uincat ſolū. Alter ut gl'iam repor
tet. Siue ergo peccet in forma/dř litigioſus/Siue ī mā/& diſputet grā uincēdi/dř litigio
ſus: De q̄bus dř/Cū uerboſis noli cōtēdere uerbis/Silř ſi peccet ī forma/& diſputet grā
gl'iæ cōſequēdæ dř/ſophiſticus. Differt q̄q; falſigraphus ab utroq;/Q uia uterq; hoꝝ
ꝓcedit ex cōibus/& ꝓbabilibus apparēter: Falſigraphus uero ex ꝓpriis ſciæ apparēter.
P. Ex his conicio quatuor eſſe genera diſputationū. Prima ē doctrinalis/Cuius inſtřm
eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus/Et finis/ē generare ſciam. Vñ illa fit inter docētē & ad
diſcētē/q̄ ſuo doctori credere op3. Proterui. n. ſunt/qui principiis non aſſentiunt/nec
ſyllogiſmo ꝑfecto. Secūda diſputatio eſt dialectica. Cuius inſtřm eſt ſyllogiſmus ꝓba
bilis. Finis uero/gignere opinionē/Et eſt collectiua cōtradictionis. Q uia opponens te
net unam partem cōtradictionis/Et reſpondēs aliā: Et diſcutiūt rōnes utriuſq;/& ſolu
tiones/Et tādē potiores eligunt/Et hoc eſt ꝓprie diſputatio. Nā diſputatio doctrinalis
nō colligit contradictoria/ſed t3 firmiter unā partē/& eam euidenter oſtēdit: P. Dicito
Magiſter reliqua: B. Diſputationes rhetoricæ/Et poeticæ/reducuntur ad dialecticam/
tamq̃ partes eius. Rhetorica quippe procedit ex probabilibus/Similiter & Poetica/ut

inquit Philoſophus in Rhetorica. Tertia eſt temptatiua, Cui inſtrumentum eſt ſyllogiſmus temptatiuus, & finis experiri ingenium reſpondentis. Quarta eſt ſophiſtica, quæ ex his quæ uidentur probabilia, nec tamen ſunt, procedit. Et ita utitur Syllogiſmo apparenti, non autem exiſtenti, pro gloria conſequenda. Proceditur autem ex falſis quãdoq;. Aut uirtute falſarum propoſitionum non peccãdo in forma, & falſitatem inuoluendo, ac ueritatem palliando. Quandoq; autem ex ueris: In forma arguẽdi peccando latẽter. Quomodo autem differt ſyllogiſmus litigioſus a falſigrapho & ſophiſtico, dictum eſt. Quæ tamen uocabula quandoq; confunduntur: Et omnes dicunt ſophiſtici comuni nomine.

## Ars Sophiſtica prout docet eſt ſcientia: Et de Elencho uero ac apparenti. P. Cap. II

ARs Sophiſtica uidetur ſcientia. Igitur procedit ex ueris, ac neceſſariis: Be. Prout docet apparenter opponentem inſiſtere, & reſpondentem uiriliter reſiſtere, & fallacias uelatas diſcoperire, ſcientia eſt. Poteſt. n. argumentatio ſophiſtica diffiniri, poſſuntq; de illa proprietates, & conditiones demonſtrari, Prout autem utimur tali argumẽtatione, uel decipimus alios, uel cõſentiendo decipimur ipſi, non eſt ſcientia, Sed modus apparenter ſciendi, & uere decipiendi, ſeu fallendi. Pe. Quid elenchus, quidue ſophiſticus elenchus. B. Elenchus alias denotat quendam lapidem precioſum, Hac uero in arte ſyllogiſmum redargutiuum, uel etiam omnem argumẽtationem, quã redarguimus recte aliquam poſitionem, aut opinionem. Sed elenchum ſophiſticũ dicimus ſyllogiſmum redargutiuum non uere, ſed apparẽter. Et eſt Elenchus nomine, & oſtẽtatione, nõ re. P. Elencho itaq; uere improbamus aliquid: quia ex ueris, & notioribus certa regula determinatis. Elencho ſophiſtico apparenter, nunc ex falſis, nũc ex minus, uel æque notis, nunc forma regulæ arguendi palliata, concludimus. B. Bonum ergo ſophiſtam apparere ſapiẽtem, nec tamen eſſe oportet. Et ueluti conditio ſapientis eſt nõ mentiri, ſed mendacia, ſeu falſa detegere, malleq; eſſe q̃ uideri, ſic ſophiſtæ eſt mentiri, & mendacia uelare, ſeu falſa proponere, & apparenter defendere, ut oſtendat ſe uera dicere, & malle apparere q̃ eſſe.

## Declarat unum ſophiſma. P. Cap. III.

FOrmo circa hoc tale ſophiſma. Quidã ex nr̃is, quẽ taceo, fingit ſe ſophiſtã eẽ. Conuerſat. n. cũ ſophiſtis, ut credat̃ ſophiſta, qũ tñ non ſit. Quæro igiẽ an ſit ſophiſta. B. Quidã aiũt illud ſophiſma implicare contradictionẽ, & ita eſſe falſum. Quia oĩs fingẽs, eſt ſophiſta. Et q̃a ſi fingit ſe eẽ ſophiſtã, apparebit ſophiſta, & nõ ẽ ſophiſta. Quæ ſibi repugnãt. Sed uĩr errare. Credit. n. ut oĩs fingẽs, ſeu ſimulãs ſit ſophiſta: quem tñ oĩs ſophiſta ſit potius, ſimulator. Et non ecõuerſo. Solus. n. ſapiẽ ſimulator ẽ ſophiſta. Nã ſophiſta, nõ eſt oĩs q apparet ſapiẽs, & nõ ẽ. Sʒ q apparet ſapiẽs ſuis

deceptionibus/aut tendiculis: ſeu captionibus/nec tamen ſit. Non ergo includit ſophiſma contradictionem: P. Fiat ſophiſma/ſic: Hic ſimulat ſe ſimulatorem eſſe/Et ſophiſticatur ſe ſophiſtam eſſe/Seu cauillatur ſe cauillatorem eſſe/Et tamen nō eſt: B. Eo pacto poſſet ſophiſma eſſe falſum tamq̄ includens repugnantiam. Si.n.ſimulare eſt preſefferre/& oſtendere illud quod non ſit tunc ſimulans ſe ſimulare aperte ſe eſſe ſimulatorem/& non eſſe dicit. Niſi quis diceret: ſicut illi qui conueniunt in differentia/& concordant in diſcordia/ſecundum quid conueniunt. Ita & qui ſimulat ſe ſimulare/aut fingit ſe fingere/eſt ſimulator/& fictor ſecundū quid. Sed tranſeant hæ nugæ. P. Quot ſunt metæ/ediſſeræ.

## De metis ad quas reſpondentem opponens trahere conat᷑. B. Cap. IIII.

QVinq; ſunt metæ ad quas ſophiſta reſpondentem ducere ſatagit. Redargutio eſt prima/& potiſſima omnium/Et eſt preconceſſi negatio/aut prius in eadem diſputatione negati conceſſio. Secūda/eſt falſi manifeſte/ui argumentationis conceſſio. Vt hominem non eſſe coloratū/Vel cōpoſitum ex pluribus/Vel nihil moueri/Et huiuſmodi. Tertia eſt/inopinum quid/uel inopinabile/quod uidelicet ſit contra opinionem communem/Vt diuitē/aut Principem eſſe infelicem/Aut cōtra extimationem multorum/præſertim eorum qui adſint/aut quorum ipſe reſpondens ſententiam tenet. Vt ens nō eſſe uniuocum/aut æquiuocum/Vel etiam potētias animæ eſſe alias res ab anima/aut non eſſe. Similiter ſi ſit contra decreta ſapientum/Vt parentes non eſſe obſeruandos/Aut predicamēta nō eē decē. Aut nō eſſe tres ſcientias reales ſpeculatiuas. Poteſt ergo etiam uerum eſſe inopinum/ſeu inopinabile. Quarta meta eſt Soloeciſmus/Hoc ē īparilitas. Siue ut uetuſtiores Latini dicebāt: Stribiligo. Quod nil aliud eſt q̄ uitioſa uerborum compoſitio. Vt inter nobis. Et date ueniam ſceleratorum. Et ſponſus pulchra. Quinta eſt Nugatio/Hoc eſt eiuſdē ex eadē orationis parte inutilis repetitio. Vt homo animal loquit᷑/Aut expreſſius: Homo/homo/loquitur. Dixi inutilis repetitio/quia ſi repetatur cauſa rationabili/Vt cauſa declarandi/uel uehemētius exprimēdi/non eſt nugatio. Vt o homines/homines/ſit uobis cura uirtutis. Aliqui addunt ſextam metā/Videlicet nil reſpondere. Et ſeptimam quæ eſt meta clamoris/uel iniuriaꝝ. Sed hic loquimur de metis malarum/& uitioſarum reſponſionum. Non de taciturnitate/aut clamore.

## De cautelis quibus in diſputationibus uti iuuat. B. Cap. V.

CVperē aliquas cautelas noſſe/quibus poſſem reſpondentem ad metam aliquā deducere: B. Prima eſt/Si reſpondens uidēs ſe redargui/diſtingueret orationem. Tu enitere oſtendere illam non poſſe diſtingui/uel ipſum eam accepiſſe in eo ſenſu in quo redarguitur. Secunda cautela/Si uideris eū da

turum reſponſionem talem quæ poſſet eſſe bona/ preueni eum/ & argue contra illam/
ad hoc ut det forſan aliam non ita bonam/ Vel etiam ſi reſponſio eſſet mala/ prepone eã
ſibi quaſi arguendo contra eam ad hoc ut eam det. Tertia eſt/ Si te uideris nõ eſſe prom
ptum ad arguendum contra illud/ transfer te caute ad aliquid aliud/ Dicendo/ melius eẽ
& utilius de illo diſputare. Q uarta Cautela/ Si reſpondens cõceſſerit aliquod inopina
bile/ aliquando bonũ eſt illud laudare. deinde afferre aliquod probabile. ex quo ſequa
tur oppoſitum illius conceſſi falſi/ uel inopinabilis. Q uod quidem ſi conceſſerit/ redar
guetur/ Si negauerit/ ducetur ad inopinabile. Q uinta cautela/ Interdum iuuat ponere
premiſſas ſine ordine/ ut reſpondens credat nil ſequi ex eis/ & oſtendatur ipſius inſcitia.
Sexta eſt/ Propone & interroga multa/ quia multa ſimul conſpicere eſt difficile. Septi
ma/ Iuuat quandoq; feſtinare arguendo/ & replicando/ & ipſum ut cito reſpondeat ſol
licitando. Octaua. Prouocandus eſt ad irã/ Q uia uel tarde/ uel proterue/ uel ignorãter
reſpondeat. Nona/ Occulta quantum potes propoſitum/ ut lateat ipſum intentio tua
& fallatur. Decima cautela/ Si reſpondens uoluerit tenere alicuius orationis partem áf
firmatiuam/ tu interroga de illius negatiua. Vndecima/ Si reſpondens cnoceſſerit plu
res/ ſingulares alicuius uniuerſalis. Tu caute inferas illam uniuerſalem quæ non erit ue
ra/ uidebitur tamen conceſſa. Duodecima cautela eſt/ Lauda dicta reſpondentis/ ut ipſũ
allicias ad concedendum ea quæ dicis. Tertiadecima cautela eſt/ Non ſtatim oſtendas
te ſibi contrariari uelle. ſed potius ab ipſo uelle addiſcere. Item ducito eum ad illã/
ubi te ſentis copioſiorem/ & reſolutiorem/ cum bona cautela/ ne perpendat te fugere.
Q uartadecima cautela eſt/ Si reſpondens ſit contrarius ſibiipſi doctrina/ & moribus/
puta quia unũ ſim docet (ut uoluptatem eſſe fugiendã Aliud uult & facit. tunc arguen
do eſto cautus. Q uia ſi concedit quod placet/ reprehende eum ex dictis. Si conſen
tit dictis/ argue ex uoluntate/ & moribus/ Q uia lex interdum & natura/ ſunt re
pugnantia/ Si ille alterum concedat/ argue contra ipſum ex altero. Similiter quan
do eſt contrarietas inter opinionem ſapientum/ & uulgi. ſi reſpondens tenet opi
nionem ſapientum/ puta quia magis ſunt ſequenda precepta ſapientum q̃ parentum/
Vel qđ melius eſt iniuriam pati/ q̃ inferre. Vel q diues non eſt beatus. Argue contra
ipſum ex opinione uulgi contraria tenentis: Et econuerſo. Si ille opinionem uulgi tene
ret. P. Suntne et aliæ cautelæ. B. Cautelas quibus poteſt duci reſpondens ad me
tã Nugationis/ uel Soloeciſmi prætermitto: quia hodie ſunt parui momẽti. Nota q̃ una
generalis cautela datur reſpondenti/ ut dicat ſe in meta eſſe uoluntario/ uel caſu/ & nõ ui
rationũ opponentis. Q uia ad hoc ut opponens uincat/ neceſſe eſt q ui rationum ſuarũ
ille ſit deductus ad metam/ quæcunq; ſit illa. P. Q uid eſt fallacia.

De Fallaciæ uaria diffinitione/ & diuiſione. B. Cap. VI.

Allacia multifariã deſcribitur. Vno modo Sic. Fallacia eſt argumentatio cõ
f grua ad decipiendum. Vel eſt modus congruus decipiendi. Q uod fit ex eo
quia argumentatio apparet uera/ & recta/ nec tamen eſt. Vel formaliter. Fal

lacia/eſt modus intelligendi talem argumentationem/uel modum decipiendi/tranſla
tus a deceptionibus/& falſitatibus uendentium/& ementium/& laqueos proximo ten
dentium in quibus eſt manifeſtum peccatum. In his autem eſt potius quoddam men
tis exercitium/quod fieri poteſt ſine culpa :P. Igitur decipere nil aliud eſt/q̄ ratiocinatio
ne apparenti/& non exiſtenti/ad credendum inducere :B. Recte :P. Quot modis id
fit :B. Quatuor modis. Primo Inducendo ut ueritati diſſentiat/ipſius contradictoriũ
putando uerum. Secundo Inducendo ut ueritati aſſentiat ob cauſam quæ nõ eſt/Sed
apparet ſolũ. Tertio/Vt falſo/ſeu orationi falſæ aſſentiat. Quarto/Vt falſo ſeu oratio
ni falſæ diſſentiat propter rationem quæ non eſt ratio diſſentiendi/niſi apparenter. Iccir
co etiam alio modo deſcribi poſſet. Fallacia eſt inſtrumentum idoneũ/quo poſſumus
& decipi/& decipere: Iccirco aliqui eam ſic diffiniunt. Fallacia eſt idoneitas decipiendi fa
ciens credere de ente ꝙ ſit non ens. Et de non ente ꝙ ſit ens/mediante phantaſtica uiſio
ne. Idoneitas ibi accipienda eſt pro inſtrumento congruo decipiendi. Vel Idoneitas ui
detur accipi pro ipſa promptitudine/uel habitu ſcientiæ ſophiſticæ inquantum illa do
cet formare ſyllogiſmos ſophiſticos: non autem inquantum docet ſoluere. Duo.n.do
cet hæc ſcientia/Formare rationes apparẽtes/Et eas ſoluere. Sed ſcire formare fallacias
non eſt proprie fallacia: Sed uti eis ad decipiendum. Nam fallacia eſt ratiocinatio qua
recte quis inferre uidetur ut decipiat/Nec tamen recte infert/niſi apparenter :P. Poſt diſ
finitionem ſolet poni diuiſio :B. Omnis fallacia/aut eſt in dictione/aut eſt extra dictio
nem/Nomine uero dictionis accipimus omnem terminum ad placitum/Siue ſit cõple
xus/ſiue incomplexus. Et q̄uis interdum in eodem paralogiſmo plures fallaciæ concur
rant/propter id tamen non eſt una fallacia ratione/ſed ſolo ſubiecto :P. Quot fallaciæ
in dictione :B. Fallaciæ in dictione reperiuntur ſex :P. Cur tot :B. Quia tales fallaciæ
cõſequuntur multiplicitatem/Vel pueniunt ex ipſa multiplicitate :P. Quotuplex eſt
multiplicitas :B. Triplex/Actualis/Potentialis/Phantaſtica/ſeu ſecundum conſidera
tionem. Multiplex autem actuale/aut ẽ in una dictione plura actu ſignificante/Vt æq
uocatio. Aut in una oratione. Vt Amphibologia: Hoc eſt ambiguitas/uel oratio ambi
gua. Multiplex quoq; potentiale/aut eſt in unica dictione/Vt fallacia accẽtus/Aut erit
in oratione/Et id bifariam/Aut componẽdo/Et eſt fallacia cõpoſitionis/Aut diuidẽdo/
Et erit fallacia diuiſionis. Multiplex autem ſecundum conſiderationem/non ſubdiuidi
tur/Sed fit uno modo. Et uocatur fallacia figuræ dictionis :P. Cur ſic dicta :B. Videbis
& affatim ... :P. Tres igitur fallaciæ in dictione non ſubdiuidendo :B. Recte. Nam aut
eſt fallacia multiplicitatis actualis/Aut potentialis/Aut ſecundũ conſiderationem. Et
poſſunt dici tantum duæ primæ. Quædam.n.erit fallacia in dictione prouenienſ ra
tione dictionis. Quædam ratione cõſiderationis. Prior ſubdiuiditur/Quia uel erit ra
tione multiplicitatis actualis/Aut potentialis :Pe. Sic etiam poſſet dici hoc. Nam cer
tum eſt omne multiplex eſſe uocem unam/Aut igitur illa uox deſignat plura re/Aut
conſideratione. Siue/Aut actu/Aut potentiã. Sed deueniendũ eſt iã ad primã fallaciã.

De fallacia æquiuocationis: Et de ipſius primo modo. B. Cap. VII.

TRibus modis decipimus æquiuocando. Primus eſt quando æquiuo
cum eſt caſu: Vt omnis æquus eſt animal hinnile. Sed princeps eſt
æquus. Igitur Princeps eſt animal hinnile / Vel ſic. Omnis liber eſt
Codex / Sed omnis dominus eſt liber. Igitur omnis dominus eſt co
dex. Similiter Omne expediens eſt bonū: Sed malum eſt expediens:
Igitur malum eſt bonum: Hic fit deceptio / Quia illa dictio / quā dici
mus / expediēs / in græco tria deſignat Honeſtum / Vtile / Et neceſſarium Expediens igiť
in maiori / ſignificat idem quod honeſtum / & utile / In minori uero ſignificat neceſſariū
Eſt. n. aliquod malum (ut mori / & interiræ quæcūq; orta ſunt) neceſſarium: Eodem
modo quicunq; diſcunt / Sunt ſapientes / Sed ignorantes diſcunt / Igitur Ignorantes
ſunt ſapientes / ſeu ſciētes: In maiori ipſa dictio / diſcere / accipitur pro docere. Signum. n.
ſcientis eſt poſſe docere / In ſecūda pro addiſcere. Cui uulgare Romanum modernum
alludit / Nam eodem uocabulo utitur pro docere / & addiſcere: Pe. Hic primus modus
fit uno / uel pluribus modis: Be. Primus modus in tria diuiditur membra. Nām uno
modo decipimus / quando unum nomen ſignificat plura caſu / Vt in exemplis ſuperius
poſitis patuit. Secundo / Quando una dictio unū ſignificat: Sed plura cōſignificat. Et
hoc duobus modis / Quia uel cōſignificat diuerſa tēpora / Vel conſignificat diuerſas cir
cunſtantias: P. Da exempla primi membri ſecundi modi. B. Quicunq; ſanabatur /
ſanus eſt. Sed laborans febre / aut alia ægritudine / ſanabatur. Igitur laborans / ſanus eſt
Si in minori / illa dictio / laborans / conſignificet tempus preſens / minor erit falſa / Quia
ſenſus eſt / Laborans nunc ſanatur / & concluſio ſimiliter eit falſa: Si autem / laborans /
cōſignificet tempus preteritum imperfectum / minor erit uera / Quia ſignificat ꝙ labo
rans tunc ſanabatur. Igitur laborans / uel ægrotans non nunc / ſed prius / eſt ſanus. Si
militer & quicunq; ſurgebat / ſtat Sed ſedēs ſurgebat / Igitur ſedens ſtat. P. Da Exem
plum ſecundi membri / ſecundi modi. B. Analogum interdum idem ſignificat / ſed plu
ra conſignificat / Et erit ea ratione æquiuocū / Vt omne ſanum eſt animal. Medicina eſt
ſana. Igitur Medicina eſt animal. Nam omne ſanum tamq̄ ſubiectum / eſt animal: Ali
qua tamen ſanitatem efficiunt. aliqua conſeruant / aliqua ſignificant. Et illa non opor
tet aſſe animalia. Licet dicantur ſana / uel ſalubria. Inopia. n. uocabulorum / non ſolum
dicimus ſana quæ habent proportionem humorum. ſed etiam ea quæ cauſant / uel con
ſeruant / uel ſignificant huiuſmodi proportionem humorum. Multa / & alia reducentur
ad hūc modū æquiuocationis Veluti ē illud Philoſophi in fine predicamēti de qualita
te ſic dicentis Proprium eſt qualitati / ut ſecundum eam dicatur aliquid ſimile / & diſſi
mile. Sed ſimilitudine eſt quis ſimilis / Igitur ſimilitudo eſt qualitas. Fallacia conſiſtit in
hoc / Quia alr̄ ſumus ſimiles q̄litate / Aliter ſimilitudine. Qualitate uidelicet taq̄ fun
damento & cauſa. Similitudine tamq̄ forma / Hanc autem differentiam importat illa
dictio Secūdum (ut aiunt) Sine tamen illa dictione poterit fieri Sic. Quo quis eſt ſi
milis / illud eſt qualitas. Sed ſimilitudine hic eſt ſimilis. Igitur ſimilitudo eſt qualitas.
Si ēt dixeris: Oīs pannus eſt de aliqua patria. Omnis patria eſt terra. Igiť Omnis pan
nus / uel aliquis pannus / eſt de terra / uel de aliqua terra. Illa dictio / de / poteſt denotare lo

cũ originis/& cauſam materialem :P. De ſecundo modo principali per hanc fallaciam decipiendi iam eſt aliquid dicendum.

### De ſecundo/& tertio decipiendi/per hanc fallaciam modo.B. Cap.VIII.

SEcundo modo decipimus quando æquiuocũ eſt conſilio/& per tran
ſumptionem. Vt omne ridens habet os. Sed pratum ridet. Igitur pra
tum habet os. Similiter quicquid currit habet pedes: Sed Arnus cur
rit: Igitur habet pedes :Pe. Solutio fieri debet diſtinguendo illam pre
miſſam in qua terminus ſtat per metaphoram. Quandocũq;.n.po
nitur metaphorice poteſt etiam accipi principaliter & ꝓprie: Non aũt
econuerſo :B. Tertio modo fallimus quando dictio cõpoſita ſignificat plura/Simplex
autem unũ/Vt immortale/Et incorruptibile. Accipitur.n.ĩmortale biſariam/Pro eo
uidelicet quod impoſſibile eſt mori/Et pro illo quod & ſi poſſibile ſit mori/tamen poſ
ſibile eſt nõ mori/Xel ꝙ uix & tardiſſime moritur. Mortale autem unico modo accipi
tur/Pro eo uidelicet qđ poteſt mori. Sic dicito de incorruptibili. Facito paralogiſmũ.
Omne immortale eſt perpetuum/ſeu ſempiternum. Sed omne potens non mori/uel
diu uiuens eſt immortale. Ergo omne potens non mori/uel diu uiuens/eſt perpetuũ
uel ſempiternum. Cõcluſio falſa/Ergo aliqua premiſſarum/Nõ minor. Ergo maior.
Vel ſi non maior: Igiť minor/propter duplex ſignificare ipſius immortalis. Et ſi utraq;
ſit uera in uario ſenſu/argumentatio non ualet propter multiplicitatem terminorum.
Sic dicito/Omne incorruptibile eſt æternum/& neceſſe eſſe. Sed omne potens nõ cor
rumpi/uel quod uix/aut difficile corrumpitur/eſt incorruptibile. Igitur omne potens
nõ corrumpi/uel qđ uix/aut dificile corrumpiť/eſt æternum:& neceſſe eſſe.P. Quidã
omnes terminos ampliantes hoc modo decipere poſſe credunt, Vt/omnis uirgo fuit
uiolata. Sed hæc eſt uirgo. Igitur fuit uiolata. Similiter: Omnis meretrix erit uirgo.
Et oĩs puer fuit ſenex, Omniſq; ſenex erit puer :Be. Ibi potius eſt fallacia figuræ dictio
nis/aut accidentis.P. Alii etiam illum paralogiſmum/Quicunq; ſanabatur ſanus eſt
Sed languẽs ſanabatur/Remouent ab hac fallacia/& dicunt ibi eſſe fallaciam acciden
tis.B. Inquantum decipit dictio ex uaria conſignificatione/æquiuocatio eſt: Et philoſo
phus illud Exemplum in hac fallacia inducit.P. Dicunt hunc eſſe tertium modum fal
laciæ: Omnes Epiſcopi ſunt homines. Sed hi boues ſunt Epiſcopi. Ergo hi boues ſunt
homines.B. Prout fit deceptio ratione uarii ſignificati/aut conſignificati alicuius dictio
nis ad placitum/ad hanc fallaciam attinet: Prout uero ratione uariæ cõſiderationis eiuſ
dem rei/ad alias fallacias ſpectat. Poſſunt quippe eadem in oratione plures fallaciæ ſi
mul eſſe :P. Alii addunt quartum modum huic fallaciæ: Quãdo dictio in una ſuppo
nit perſonaliter. In altera materialiter: Sic arguẽdo. Omne riſile eſt homo/Sed riſile eſt
proprium hominis. Igitur proprium hominis eſt homo.Be. Iſta fallacia non eſt in di
ctione/Sed in conſideratione. Quare nil addiderũt. Neq; in minori riſile ſtat mãliter/
hoc eſt pro ſignificato materiali: ſed formali ſupponẽte ſimpliciter/ut habetur in ſuppo

ſitionibus noſtris. Tres igitur unius fallaciæ modi. Erit ergo æquiuocatio una fallacia: Solum.n.decipit multiplicitate actuali eiuſdem dictionis. Sed interdum uox ipſa ſeorſum eſt multiplex. Interdum ſolum quando eſt compoſita. Et priori modo ſubdiuidit. Quia aut erit plurium re æque & (ut aiunt) caſu ſignificatiua: aut conſignificatiua Aut unius ꝓprie: alterius tranſumptiue eſt ſignificatiua. Et hoc modo fiet diuiſio bimembris. P. De ſecunda fallacia quid.

## De fallacia amphibologica. B. Cap. IX.

Amphibologia quoq; utimur tribus modis pœne conſimilibus his q iam dicti ſunt. Nam ſi oratio una deſignet plura actu æque primo: erit primus modus. Hoc autem uenari poterimus quatuor uiis. Nā ſi plura nomina eiuſdem caſus regantur ex utraq; parte ab aliquo uerbo infinitiuo iuncto utriq;: erit primus modus. Ut Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Secundo ſi ponatur hoc uerbū Contingit: aut conſimile: cum infinitiuo alterius uerbi regente accuſatiuum poſt ſe: fiet ambiguitas eiuſdē modi. Ut contingit tacentem ſeu ſilentem uel mutum dicere. Et: cecum contingit uidere. Utriuſq; eſt duplex ſenſus. Alter falſus. Alter uerus. Falſus. Cōtingit ut tacēs ſeu ſilens & mutus aliquid dicat: Et cecus uideat. Verus. Contingit dicere aliquem eſſe tacentem ſeu ſilentem aut mutum. Et contingit aliquem hominem uidere cecum. Ubi fit paralogiſmus hoc modo. Quemcunq; contingit uidere habet uiſum. Sed cecum contingit uidere. Igitur cecus habet uiſum. Similiter quemcunq; contingit dicere ille loquitur. Sed tacentem ſeu ſilentem & mutum cōtingit dicere. Igitur tacens ſeu ſilēs & mutus loquitur. Tertio. Si in tali oratione ponatur ablatiuus abſolute. Ut nullo homine currente tu es bos. Ideſt Si nullus. Vel quādo: aut quia nullus. Sic dicito de Gerundio: Quandoq;.n. ambiguum eſt an ſtet actiue an paſſiue. Ut legēdo libros multum conſumo temporis. Hoc eſt dum lego libros uel dum libri leguntur. Similiter Fœmina uidendo uiuit. Et cantando rumpitur anguis. Memoria excolendo augetur. Hæc tamē poſteriora accipiunt (ut aiunt) paſſiue. Ambiguum ſaltem eſt gerundiū. Quia ſicut & ablatiuus trifariā accipi pōt. Videlicet. Si. Quādo. Vel quia. Unde fit ſophyſma iam in alia parte expoſitum. Neutrum oculum habendo tu potes uidere. Similiter. Si genitiuus ex uaria ui cōſtruatur cum Nominato. Ut liber Ariſtotelis. Poteſt intelligi quia poſſeſſus ab eo: uel ſcriptus. Sic dicito de quibuſdam aliis. Quarto modo. Si oratio ſit cum ſigno excluſionis. Ut tantum homo eſt animal. Ambigimus n. an nota cadat ſuper tota orationem. An ſuper ſubiectum ſolum. De quibus in alia parte huius libri. Hæc de primo modo Amphybologiæ: P. Poſſet forſan addi: ut quotiens oratio diſtinguitur. Puta quia aut eſt hyppotetica: aut de predicato: uel ſubiecto conditionato: copulato: uel diſiuncto. Similiter quādo copulatum tenetur copulatim. Aut diſiunctim: B. Hæc etiam eſt ambigua Quicūq; dicit te eſſe animal dicit uerum. Eſt.n. eius duplex ſenſus. Ut qui dicit hac. Tu es animal dicit uerum: Et hic eſt uerus

ſenſus. Aut qui dicit antecedentem ad illam. Tu es animal dicit uerũ. Vt qui dicit te eſſe
aſinum/aut bouem. Et ſit paralogiſmus. Quicunq; dicit te eſſe animal/dicit uerum.
Sed quicunq; dicit te bouem/dicit te eſſe animal. Ergo dicit uerum. P. Affer ſecũdum
modum: B. Secundus autem modus eſt quando oratio aliqua unum ſignificat ꝓprie
Alterum per metaphoram/Vt lupus eſt in fabula. Et littus aratur. Haurio aquam cri
bro. Et multi putant omnem orationem quæ ui ſermonis unum denotat. Et uſu do
ctorum/aliud eſſe reducendam ad hunc modum amphiboliæ: Vt Sol eſt in Aqua
rio. Et genus in ſpecie/Et ſpecies in genere: P. Da & tertium: B. Tertius deniq; modus
eſt quum oratio aliqua per ſe ſumpta unum denotat. Alteri autem adiuncta aliud. Vt ſe
culum ſcit hoc. Dubium eſt/an ſeculum habeat ſcientiam de hoc. An hoc de ſeculo. Si
militer/Animal paſcit hoc. P. Quo pacto hæ orationes ſumptæ per ſe habent unum
ſenſum: B. Sic dicendo/Hoc ſcit/Hoc paſcit. Siłr ſi dixero Hoc uidet/Vnus ſenſus ẽ;
Si autem ſic: Quicquid aliquis uidet/hoc uidet. Ambigam an pronomen ſit ibi caſus
nominatiui an accuſatiui/Vnde ſit paralogiſmus addẽdo illi. Sed Cato uidet lapidem/
ſeu columnam. Igitur lapis/ſeu columna uidet. Sic etiam dicendo/Cato cognoſcit/Sẽ
ſus unus monſtratur. Dicẽdo uero/Cato cognoſcit/Et falſum ſcit. Dubitabo eum ut ſe
ſus ipſum falſum ſit. Hãc philoſophus amphiboliæ adſcribit/Licet nõ huic modo ſed
potius primo. Vellem me capere pugnantem/ſeu inimicum. Cuius bifariam accipitur
ſenſus. Nam ſi ille accuſatiuus/pugnãtem/ſeu inimicũ/fuerit perſonæ agentis/deſignat
ꝙ uellem/ut pugnans/ſeu inimicus me caperet. Si uero perſonæ pacientis/ſignificat ꝙ
uellem ut ego caperem pugnantem/ſeu inimicum. Vbi poteſt fieri talis captio/ſeu pa
ralogiſmus tenendo accuſatiuum illum perſonæ agentis. Quoſcunq; uellem me cape
re. uellem ꝙ me caperent/Sed certantes mecum/uellem me capere. Igitur certãtes me
cum uellem/ut me caperent. Tenendo autem illum accuſatiuum ꝓ perſona patienti ꝓ
gredi debemus ſic Quoſcũq; uellẽ me capere. Vellẽ ego eos capere/ſed certãtes mecũ
uellem me capere. Igitur certantes mecum uellem ego capere. Arguendo uniuoce/non
ſit fallacia. Sed quando una premiſſarum ſit in ſenſu uno/Altera/in altero/tunc
fallacia perpetratur: Pe: Aliqui putant etiam hanc ad preſentem fallaciam pertinere.
Quicunq; ſunt/Epiſcopi/ſunt uiri perfecti/Sed boues ſunt Epiſcopi. Igiť boues ſunt
uiri perfecti. Be. Videtur illis ut quando dictio decipit ob uarietatem caſus ſit/hæc de
ceptio: Videlicet Amphiboliæ/& nõ æquiuocationis/Quia caſus/& quædam alia ac
cidentia dictionum/ut Numerus/& perſona/dantur dictioni ob id/ut cum alia dictio
ne congrue ordinetur. Iccirco putant illam eſſe amphiboliam. Sed ego amphiboliam
dico/quando ex ſe oratio eſt dubia/& non ratione dictionis plura ſignificantis. Potius
ergo ibi eſt fallacia æquiuocationis. Immo/ibi uidetur fallacia figuræ dictionis/uel acci
dentis/propter uarium modum ſupponendi. Non inconuenit tamen plures fallacias di
uerſa ratione eſſe in eadem oratione.

Declarat multa ad hanc fallaciam pertinentia. Et ab his duabus fallaciis abſtrahit
unam eis comunem. B. Cap. X.

Ex his accipio

EX his accipio. Oēm orationē ambiguā nō ptinēre ad amphibologiā. Q. uia poſſum ābigere iſtā. Aſtra ſunt parua. Q uæ tñ i ſeñ ſignificat ambigue. Multæq; orones deſignāt ambigue. V t illæ in qbus ē fallacia cōpoſitionis aut accētus: quæ tñ nō ſunt amphibologicæ: quia i eis eſt multiplicitas potētialis: Aliquæ ēt actu plura importāt gratia dictiōis æquocæ/ & reddūt ambiguum ſenſum/ nec tñ ſpectāt ad hanc/ ſed ad æquiuocationis fallaciā. Amphibologia ergo eſt oro ambiguū ſenſum ex pluralitate actuali ſuorum ſignificatorum adæquatorum reddēs. B. Cauſa deceptionis puenit ex hac maxima falſa. Oīs oro actu una/ uno ſignificato gaudet. Cauſa defectus eſt multiplex oronis eiuſdem ſenſus: P. Videnť mihi orones allegoricæ/ ſeu tropologicæ/ atq; hiperbolicæ/ ac p antiphraſim dictæ/ & aliæ plures ad hāc fallaciā pertinere: B. Si plura eis ſignificata adæquata actu ſint/ recte uides. Si potentia/ uel ſm conſiderationem/ nō recte: P. Nōne oſtēſum eſt amphibologiā eē oronem plures. Q uod ſi eſt oro plures/ uera erit maxima illa: Oīs oro actu una/ uno ſignificato gaudet: B. Si terminus æquiuocus eſt terminus plures. Et oro talis eſt oro plures. P. Augere dubia nō eſt ea ſoluere. Dubito ia. nō minus an terminus æquocus ſit plures/ uel unus: B. Concretū/ utputa ſignum/ non multiplicaǩ rōne formæ ſolius/ puta rōne ſignificationis in pposito/ niſi & id puta illud nomē Canis/ uel Aquila. Nā eſt Aquila Auis quā fugiūt pēna repidāte columbæ. Et ē Aquila ſidus. V el aliud tale in quo forma eſt multiplicet. Eſt igiť illa plures orones æquiualēter/ nō formaliter. Nā rōne multitudinis ſignificatorum & ſignificationum ſunt orones plures. Signū ēnim unū/ quis multa ſignificet. Iccirco una oro formaliter plures æquiualēter: P. Si forma termini ſit ſignificare/ oro multiplex nō erit eadē ſm formā: B. Erit una oro formaliter/ quis in ea plures ſormæ. Sicut unus pes eſt formaliter in quo tñ ſunt plures pūnctus. Et unū ſimile. In quo tñ plures ſimilitudines: P. Accidentia eiuſdē ſpeciei pluraneqt eē ſimul eodē ſubiecto: B. Reſpectiua: & præſertim rōnis poſſūt: P. Proſequere: B. Ab his duabus fallaciis pōt abſtrahi una fallacia cōis q dicať multiplicitas actualis. Et diuidatur in tres modos cōes: Sic Multiplicitas actualis/ Q uædā caſu/ Q uædā cōſilio/ Q uædā ex cōpoſitiōe. Deinde ſubdiuidatur in has duas. Sic. Alia in dictione una. Et dr æquiuocatio. Alia i orone. Et dr amphibologia. Forſan ēt melius eēt multiplicitatē actualē primū diuidere in æquiuocationē & amphibologiā. Hoc ē in eā multiplicitatē actualē quæ eſt in dictione una. Et quæ in orone. Deinde utrāq; ſubdiuidere p illos mōs Caſu/ Conſilio. Et cōpoſitiōe: P. Si oro & terminus ſit multiplex. Igiť ponet oīa ſua ſignificata copulatiue. Et p cōſequēs erit oro cū una cōiunctione & nō oro plures: B. Terminus & oro multiplex oīa ſua ſignificata denotat actu ſignato/ tā copulatiue q diſiunctiue. Actu uero exercito ponit ea ſeparatim. Canis. n. & Aquila ſignificat hoc & illud. Immo ēt hoc uel illud. Sic & hæc oro. Littus arať & liber Ariſtotelis. Q um tñ dico Canis eſt/ uel Aquila eſt/ ponunť oīa ſignificata abſq; copulatione & diſiūctione. Sic Aīal latrabile eſt. Sydus eſt. Belua marina eſt/ uel Auis eſt. Sydusq; cæleſte eſt. Sic dicito de oratione amphibologica: P. De fallacia multiplex potentialē cōtinēte/ præſertim illa quæ in compoſitione & diuiſione conſiſtit/ V t me doceas Auto

P

## De fallacia compoſitionis & diuiſionis. Et declarat primum modum huius fallaciæ. B. Cap. XI.

COmpoſitio eſt eoꝝ quæ diuidēda erāt cōiunctio. Diuiſio uero eſt eoꝝ quæ cōiungenda erant ſeparatio: P. Quid eſt fallacia talis: B. Fallacia cōpoſitionis eſt inſtrm aptū ad decipiendū. Quia oratio ſi accipiat in ſenſu cōpoſito erit falſa. Si in diuiſo uera. Fallacia diuiſionis econtrario: P. Quæ cā huius: B. Cauſa apparentiæ eſt quia oratio eſt eadē. cā Defectus ē dr̄ia ſenſus diuiſi & cōpoſiti facietis orationē aliā & aliā potētialiter. Pōt. n. bifariā accipi Vel in ſenſu cōpoſito Vel in ſenſu diuiſo: P. Quom oratio eſt uera in ſenſu diuiſo falſa uero in ſenſu compoſito fallacia erit compoſitionis. Quum falſa i ſenſu diuiſo erit diuiſionis. Quum in utroq; uera aut falſa neutra fallacia erit. Poteſt igitur eſſe compoſitio abſq; fallacia cōpoſitionis. Similiter & diuiſio ſine fallacia diuiſionis: B. Pōt utiq;: P. Quot modis fit ſenſus cōpoſitus & diuiſus: B. Plurimis quidē. Primus eſt Quotiens enunciatio eſt modalis & quo pacto exponantur Modales alibi pōnit. Secūdus modus fit medio relatiuoꝝ gramaticalium De quo ē dictū eſt alibi. Tertius modus fit p terminos cōcernentes actū mentis & appellantes formā. De quibus quoq; alibi. Quartus modus eſt quum idē terminus nūc ſtet confuſe tantū nunc determinate Et ſi cōfuſe Senſus cōpoſitus eſt. Si determinate diuiſus Vt ſemper fuit aliqua dies Igit aliqua dies fuit ſemp. Sub cōſequēte licet diſiūctiue deſcēdere. Sub ātecedēte nō licet. Quintus modus ē. Nā quum hæ dictiones totus & infinitus accipiūt ſicathegorematice: Sēſus cōpoſitus ē Qū ſyncathegorematice diuiſus. Sextus ē ſꝫ aliquos: Quia ſi dixero Ita fuit aliqñ ꝙ Adā ē oīs hō Erit ſenſus cōpoſitus. Si aūt dicā abſolute Adā ē oīs hō Fiet ſenſus diuiſus. Silr & hic Aliqñ erit ita Tu es oīs hō diſputans. Igit tu es oīs hō diſputās. Eodē modo Ita pōt eſſe ꝙ tu es pditor. Igitur tu es pditor: Sed manifeſte cōſequentias tales nō ualere notū eſt. Iccirco nō pertinent oīmode ad hāc fallaciā. P: Alii nō non enumerant tot modos: B. Breuibus expediūt duos modos huius fallaciæ ponētes. Prior eſt qñ eadem determinatione uarie aliquid determinatur Vt album eſſe nigrum eſt poſſibile: Et ſedentem ambulare. Et non ſcribentē ſcribere. Et quinq; eē duo & tria. Poſterior eſt Qñ eadē determinatio pōt diuerſa determinare Vt omne quod uiuit ſemper eſt Et quicunq; litteras ſcit nunc didicit eas: P. Enuclea ulterius: B. Prior ille modus poſſet diuidi in duos alios modos ſpecialiores. Quando. n. dictio determinans determinat dictum pro ſe toto erit ſenſus compoſitus. Quando uero pro ſui parte diuiſus. Quum namq; dico album poſſe eſſe nigrū Aut album cōponit ſimul rem cum albedine ut ſit ſenſus. Res habēs albedinem & illa ſibi inherente pōt fieri nigra Et exponit ſic Hæc oratio eſt poſſibilis. Albū eſt nigrū. Et erit falſa. Aut album ſolum ſtat pro re illa ſeorſum ab albedine accepta. Et erit oratio in ſenſu diuiſo & uera. Reſoluit. n. ſic Hoc oſtēſo æquo albo pōt eſſe nigrū. Et hoc eſt albū. Igit albū pōt eē nigrū: P. Sic intelligo ꝙ qñ albū ſtat p ſuppoſito aut p albo formalr oro ſit falſa. Qñ p ſubiecto aut p albo fundamētalr ſit uera. Interdū tn̄

utroq; modo eſt falſa. Vt hoc album quod eſt Cygnus poteſt eſſe nigrum. Et hec ni
grum quod eſt coruus aut Aethyops poteſt eſſe album. B. Alter modus ſpecialis eſt
quando coniunctio uarie coniungit. Nam aut cōiungit inter enunciationes. Et ſit enū
ciatio hyppotetica in ſenſu diuiſo. Aut inter terminos & ſit cathegorica & in ſenſu com
poſito. Vt quinq; ſunt duo & tria. Quæ in ſenſu compoſito ſeu coniuncto ſignificat
quinq; conſtare ex duobus & tribus. In ſenſu autē diuiſo ſeu disiuncto diſignat quinq;
eſſe duo. Et quinq; eē tria. Et ſic eſt falſa. Similiter hec: Nullus homo dum dormit
uigilat. Nullus. n. homo uigilat dum uel quando ipſemet homo dormit. Sed bene ali
quis homo uigilat dum uel quando alius homo dormit. Omne animal eſt ſanum uel
egrum. Omne animal. Si eſt mugile eſt bos. Omnis enunciatio uel eius contradicto
ria eſt uera. P. Si et in una oratione ponamus duas cōiunctiones. Siue conſimiles. Si
ue diſſimiles poterit accipi hyppotetice in ſenſu diuiſo aut cathegorice ī ſenſu coniūcto.
Vt hæc. Duo & tria ſunt paria & imparia. Cuius ē triplex ſenſus. Si. n. prior cōiunctio
coniungat orationes erit ſenſus primus. Et talis. Duo ſunt paria & imparia: & tria ſimi
liter. Si aūt poſterior coniunctio cōiungat orationes erit ſenſus. Duo & tria ſunt paria.
Et duo & tria ſunt imparia. Tertius ſenſus eſt talis. Duo ſunt paria & tria ſunt imparia.
Et hic ſenſus eſt uerus. Quā aūt cōiungerent terminicathegorice tunc eēt ſenſus. Ali
qua quæ ſunt duo & tria utputa quinq; ſunt paria & imparia. Et eſt ſenſus falſus. Niſi
pdicatum ſit copulatum. Et quinq; accipiat materialiter p duobus & tribus. Et fiat pa
ralogiſmus. Sic. Duo & tria ſunt paria & imparia. Sȝ quinq; ſunt duo & tria: Igit quin
q; ſunt paria & imparia. B. Hæ quoq; conſimiliter ſunt diſtinguendæ. Oēs homines
ſunt Leones. Vel homines & leones ſunt Leones. Pōt. n. eſſe is ſenſus illius. Omnes
homines ſunt Leones. Vel homines & leones ſunt leones. Vt ſit de predicato disiūcto
prior pars copulatiuæ. Ac etiam talis. Oēs homines ſunt Leones. Vel homines & leo
nes ſunt leones. Vt ſit de ſubiecto disiūncto poſterior pars disiunctiuæ. P. Multe hæ
uidētur ad amphibologiam pertinere. B. Quando ſenſuum uarietas ex uaria permu
tatione atq; pnunciatione prouenit preſens fallacia eſt. P. De altero principali modo
eſt necne aliquid ulterius dicendum.

Declarat ſecundum modum eiuſdem fallaciæ. B. Cap. XII.

ILle etiam ſubdiuidi poteſt. Aut enim dictio determinans intelligitur
poſſe diuerſa determinare. Aut intelligitur unum determinabile pluri
bus dictionibus determinantibus determinari poſſe. Exemplum pri
mi. Quicquid uiuit ſemper eſt. Sed Cato uiuit. Igitur Cato ſemper
eſt. In maiori illa dictio ſemper poteſt determinare uerbum precedēs
Et eſt uera. Minor autem imperfecta. Aut uerbum ſequēs. Et eſt fal
ſa. Minor autem perfecta. Similiter. Quod poteſt ferre ſolum unum poteſt & plura
ferre. Si illa dictio ſolum ſit nota excluſionis & determinet illud uerbum poteſt poſi
tū añ ſe facit ſenſum cōpoſitum. Et eſt oratio falſa. Si uero ipſa dictio ſolum ſit nomē

& conſtruatur cum relatiuo quod aut cum illa dictione unum facit ſenſum diuiſum.
Et poteſt eſſe uera: Cuius ſenſus erit talis. Quod ſolum hoc eſt ſine ullo alio ferente
unum poteſt ferre ipſum etiam plura poteſt ferre: Vel ſic Quod unum ſolũ ſine aliis
poteſt ferre plura etiam uel cum illo uel ſine illo poteſt ferre. Concluderetur ſolet teſte
philoſopho maius eſſe æquale. Sic: Quod eſt tantumdem & adhuc amplius eſt tã
tundem hoc eſt æquale. Sed maius ut bipedale eſt pedali tantundem & adhuc ampli
us. Igitur Maius ut bipedale erit tantundẽ pedali. Et ita æquale pedali. Decipit. Quia
palliat Maius eſſe tantundem minori. Et tamen ſecundum maius non eſt diuiſim tantun
dem ſed copulatim: Tantundem & aliquid amplius. Illa etiam eſt diſtinguenda. Ego
poſuite ſeruum exiſtentem liberum. Sic eſt de hac. Quo uidiſti Petrum percuſſum
hoc percuſſus eſt. Adde Sed oculo uidiſti eũ percuſſum. Igitur ipſe oculũ percuſſus eſt. Ipm
pro hoc determinare poteſt oculum quo uidiſti & inſtrumẽtum quo percuſſus eſt. Si
militer ipſum quo poteſt conſtrui cum inſtrumẽto percutiendi uel cum organo uidẽ
di. Sic de hac: Omnis operans aliquid inordinate & male agit. Exemplum ſecundi.
Quinquaginta uirorum centum heros liquit Achilles. Et eſt carmen Homeri. Si nãq;
genitiuus ille determinetur a nomine numerali ſuperiori & pauciori cõpetente erit falſa
& in ſenſu compoſito. Nequit n. e numero minori excerpi maior. Si uero idẽ genitiuus
determinetur per nomẽ numerale Latius erit uera: & in ſenſu diuiſo: Sic Virorũ hoc eſt
uirorum ſeu militum centum quos duxerat heros Achilles ad expugnandum Illium: quin
quaginta liquit hoc eſt amiſit. P. Quo pacto agnoſcã ibi ſenſum cõpoſitũ & diuiſum
B. Quum determinatur id quod aptius & cõuenientius eſt determinari & dictiones con
ſtruuntur ut eſt decentius erit ſenſus cõpoſitus. Quum aliter erit diuiſus: P. Vñ ſciã
cõſtructionem decentiorẽ & determinationem cõgruentiorem. B. Cõgruentius eſt
uerbũ principale determinari q̃ minus tale. In aliis uero dictio propinquior determina
tioni ut determinetur cõuenientius eſt. Et ſi utraq; fuerit æque ꝓpinqua & præcedẽs q̃ ſe
quens determinetur aptius uidetur: P. Progrediendum eſt ad ea quæ ſequuntur.

## De Fallacia Accentus. B. Cap. XIII.

ACcẽtus quid ſit quæue ſpecies eius puta grauis acutus & circũflexus
ex Gramatica notũ ẽ: P. De fallacia tali quõo fit quæro: B. Fallacia ac
centus quattuor modis cõmittitur. Primo quum uox aliqua capitur ut una
dictio uel ut plures Sicut hic Deus nil facit I uite: Et tñ plurima facit
in uite. Tu es q es Nec tñ tu es q es. Et põt ſic decipere. Tu es q es. S;
q es ẽ requies uel nomẽ. Igitur tu es requies uel nomẽ. Et quæcũq; facit
qs in uite facit coacte. S; Deus ain ũ facit in uite. Igitur uin ũ facit coacte. Philoſophus di
cit hãc fallacia fieri i ſcripturis & poematibus potius hoc ẽ in ꝓſa & carmine: Et ponit
quoddã carmẽ Homeri: Et de in ſomnio Agamẽnonis: Sed illa nõ parit linguæ latinæ
accomodari. Iccirco q traduxerũt acceperũt Ex nr̃is teſtimonia Primũ i ꝓſa: Deide i car
mine. In ꝓſa ſic. Metuo longas pereũte noctes Lydia dormis. In prima triſyllaba parit

nẽ tres dictiones. Vz me tu & o: Et ſit ſenſus. O Lydia tu dormis me percutiunt longas noctes. Poſſunt etiam eſſe duæ dictiones. Sic. Me tuo lidia peruigil ſtertis longas noctes: Poteſt etiam eſſe una dictio. Metuo hoc eſt timeo q tu lidia ſtertis longas noctes me percutit. Carmen autem ex Virgilio inducit quidtus ille liber in Bucolicis. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo. Nam illud epitetum aeria poteſt cõſtrui cũ dictione Turtur: Et ita Turtur erit fœminini generis. Vt putauit Seruius. contra oppoſitum dicit Ouidius: Et niger a uiridi turture amatur auis. Similiter & Plautus dixit: Tibi obuſtos turtures. Poteſt etiam illa dictio aeria conſtrui cum ulmo. Q d' potius eſt credendũ Q d' uidelicet ab ulmo aeria nõ ceſſabit turtur gemere. Ipſius. n. canere ẽ gemere. Fit deceptio gratia uariæ prolationis illius dictionis metuo: Seu cõſtructionis illius aeria. Secundo quim ratione ſyllabæ breuis & longæ dictio plura importat. Vt pẽdere media longa & media breui. Nam iuſtum eſt bonos uiros pendere media breui. Sz nõ ẽ iuſtũ media lõga. Malũ ſibi ẽ dulce & bonũ. Nec tñ malũ ẽ dulce aut bonum. Populus ẽ arbor. Immo & collectio hoĩum. Volo iacere nec tñ uolo iacere. Tertio quim rõne aſpirationis. Sicut eſt hara porcorum. Venerabilis ara Deorum. Hamantur piſces. Amant quãodq; quæ hamo non capiuntur. Hamo uterdi in piſces quos non amo. Fiat paralogiſmus. Omnis ara eſt in templo. Sed ſtabulum porcorum eſt hara. Igitur. Similiter. Quæcunq; hamant hamo capiunt. Sed Sancti amantur. Igitur. Quarto quim utimur Ironia. Vt optat ephippia bos piger. Optat arare caballus. Pe. In omnibus his cauſa decipiendi prouenit ab unitate materiali dictionis. Cauſa defectus eſt uaria ſignificatio. Et fit quandoq; proferendo. Et quandoq; ſcribendo præſens deceptio. Maxima eius hæc. Quotiens dictio eſt una unum eſt & ſignificatum eius unuſq; ipſius accentus. Sed non uideo quo pacto gratia accentus deceptio fiat. Nam accentu poſito remouetur multiplicitas. Licet enim ſcribendo ſane ſit quædam multiplicitas. Proferendo tamen fit ſimplicitas. Be. Dicimus q licet per accentum remoueatur multiplicitas, ſi accentus recte fiat, tamen poſſet accentus non recte fieri & ſic deciperet. Dicimus inſuper accentum bifariam accipi. Vno modo pro uocis depreſſione ut in accentu graui. Aut eleuatione. Vt in accentu acuto: Aut eleuatione & depreſſione ſimul. Vt in circumflexo. Et de his Grammatici. Altero modo accentus capitur communiter pro quocunq; modo proferendi aut ſcribendi dictionem aliquam. Nam ara differt ab Ara per aſpirationem quæ communiter a ... non profertur. Et ſi proferatur non alio accentu profertur. Vt uidelicet unus ſit acutus alter grauis. Similiter populus pro arbore, & pro collectione hominum non differt: Neq; in ſcribendo, neq; in proferendo. Sed ſolum in uerſu. Quia ibi cognoſcitur breuis & longa ſyllaba. Accentus igitur hic nil aliud eſt q̃ multiplicitas dictionis. Eiuſdem quidẽ materialiter, nõ autem eiuſdem ſecundum proferendi aut ſcribẽdi aut in metro ponendi modum. Vnitas itaq; eſt cauſa apparentiæ. Diuerſitas illa cauſa non exiſtentiæ. Pe. Iam de multiplici phantaſtico ſeu ſecundum conſiderationem.

De fallacia figuræ dictionis. B. Cap. XIIII.

Figura hæc in re non eſt uitium cum ratione factum: de quo Gramati
ci. Nec eſt ſupficies termino ſeu linea clauſa Vt circulus Aut terminis
uel lineis. Vt triãgulus. Neq; ipſa clauſio. Sed figura in re noſtra eſt ſi
militudo & quædam quaſi cõfiguratio dictionum. Fallacia uero figu
ræ dictionis eſt inſtrumentum congruum decipiendi. Et cauſa appa
rentiæ eſt configuratio dictionum. Cuius maxima eſt hæc. Credendũ
eſt dictiones ſimiles habere modos ſignificandi & cõſignificandi ſeu ſignificata uel cõ
ſignificata conſimilia. Cauſa non exiſtentiæ & defectus eſt ipſarum dictionum diuerſi
tas in cõſignificando uel in modo ſignificandi. P. Tria competunt omni dictioni. Ter
minatio ut uidelicet deſinat & terminetur eodem modo. Significatio. Et modus ſigni
ficadi. Be. Primus igitur modus huius fallaciæ ponitur quando ex eo quia dictiones
conueniunt in una triũ conditionum inferimus eas & in alia uel in aliis cõuenire. Quan
do ergo inferimus conſimilem modum ſignificandi eo quia dictiones conſimiliter termi
nantur decipimus. Vt opinando Muſa & Templa eſſe eiuſdem numeri. Et has dictio
nes Poeta ac Muſa eiuſdem generis. Arguendo ſic. Omne nomen deſinens in A eſt fœ
ge. iuxta antiquam regulam. Sit tibi nomen in A muliebre. Vt muſa. Sed Poeta deſi
nit in A. Igitur eſt fe. ge. Similiter ſi unum deſinentium in A eſt numeri ſingularis Vt
Muſa. Et Alterum ut Templa. Sic dicto de uerbis conſimiliter deſinentibus. Vt amo
[illegible] Vel ſicut uerbero & uapulo ac exulo. Interdum igitur maſculinum interpretat
fœmininum. Vt omnis ſubſtantia eſt bona. Equus eſt ſubſtantia. Igitur Equus eſt bo
na. Interdum econtra. Vt omnis homo eſt natus ad uirtutem. Mulier eſt homo. Igit
mulier eſt natus ad uirtutem. Interdum neutrum interpretatur alterum illorum. Omis
ſubſtantia bona. Omne animal eſt ſubſtantia. Igitur omne animal bona. Vel ſic. Omnis
homo eſt bonus. Aliquod animal eſt homo. Igitur aliquod animal eſt bonus. Quan
do etiam ex ſimili modo ſignificandi inferimus ſimilitudinem ſignificatorum eo pacto
decipimus. Vt ſi inferamus audire aut uidere aut ungere ſeu ualere denotare actionem
quia calefacere & ſecare eam denotat. Aut quod incarnari denotet in Theologis paſſio
ne. Quia amaricam denotat. Quando præterea ex ſimilitudine ſignificati [illegible]
tatem concludimus eundem modum ſignificandi ipſarum dictionum hanc fallaciam
committimus: Vt quia lapis & petra ide ſignificant. Ergo ſi lapis eſt generis maſculini Et
petra. Quandoq; propter ſimilitudinem cathegoriarum in uoce uel in ſcripto credimus
eaſdem aut eodem modo ſignificare. Vt ſemper fuit aliqua dies. Et aliqua dies fuit ſem
per. Omnis contradictionis altera pars eſt uera. Et altera pars contradictionis eſt uera.
Similiter quia orationes conueniunt in una proprietate puta quantitate ideo credamus
eas conuenire & in alia ut qualitate. Sic arguendo. Sicut ſe habent hæ duæ. Omnis
Homo eſt animal. Nullus homo eſt animal. Sic & hæ duæ: Omnis homo eſt iuſtus
Nullus homo eſt iuſtus. Sed illarũ una eſt uera. Altera falſa. Ergo & iſtarum. Quan
do deniq; ob ſimilitudinem unius totalis argumẽtationis cum alia credit ualere (hæc)
ſicut illa fit conſimilis deceptio. Vt ſi credatur hæc argumentatio eſſe bona. Quando
cũq; Petrus fuit epidaurii fuit homo. Sed quater Petrus fuit Epidaurii. Ergo quater fuit

homo. Propterea quia hæc eſt bona [illegible] quotienſcunque [illegible] totiens mouetur. Sed Petrus bis cucurrit: Ergo bis fuit motus: P. Prolixior fuit iſte modus. Et ſoluuntur eius paralogiſmi per negationem conſequentiæ: B. Secundus modus principalis ex commutatione unius predicamẽti uel generis in aliud, peruenit. Ut quicquid heri emiſti hodie comediſti. Sed carnes crudas, uel piſces crudos emiſti. Vel ſic. Sed crudum heri emiſti Igitur carnes crudas uel piſces crudos aut crudum hodie comediſti. Commutatur quid ſubſtantiæ in quale accidentale: P. Si ſubiectum cõcluſionis amplietur, concluſio eẽt uera, & argumentatio eſſet bona. Non tamen probat quod intendit [illegible] dicere ut rem exiſtentem tunc crudam quis comederit. Hæc tamẽ nõ ualet. [illegible] fuiſti heri es hodie. Sed heri fuiſti nudus aut ebrius & malus, ergo & hodie. [illegible] in minori accidens, & in maiori ſubiicitur ſubſtantia. Similiter [illegible] [illegible] uel quaſcunque arbores heri in orto habuiſti. Tantas uel eas hodie habes. Sed [illegible] heri habuiſti. Igitur & hodie. Poſito unam defeciſſe, commutat [illegible] [illegible] aut ſubſtantiam in quantitatem: B. Bene addidiſti: P. Hic ſecundus modus uidetur conuenire cum ultima parte primi modi: B. Differt hic modus ab ultima parte primi modi. Nam primus eſt quo ſolum decipimus gratia [illegible] argumentationis non commutando genus. Secundus uero tranſit de genere in genus. [illegible] dum: B. Tertius modus huius fallaciæ ex uariatione [illegible] ſuppoſitionis [illegible] hoc bifariam. Aut arguendo a ſuppoſitione perſonali ad ſimplicem. Et e contra. Aut arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam. Exemplum primi. Aliquis homo non eſt ſpecies. Igitur homo non eſt ſpecies. Vel ſic. Homo eſt ſpecies. Igitur aliquis homo eſt ſpecies: Vel ſic arguitur. Plato eſt homo: Et homo eſt ſpecies. Igitur Plato eſt ſpecies [illegible] Quicquid predicatur de predicato, predicatur de ſubiecto. Quæ hic falſa eſt. Vel non eſt ad rem. [illegible] ſecundi. Caput habet Cato. Caput habet Plato. Et Lælius atque Scipio. Et ſic de aliis. Igitur caput habet omnis homo. Et omnes paralogiſmi [illegible] per negationem illationis: P. Ex tua doctrina habemus [illegible] dicimus Caput aut animal [illegible] non ſtare determinate ſed potius [illegible] & indefinite pro natura. Melius igitur fuiſſet dicere. Aliquod caput habet Cato. Et aliquod caput habet Plato. Et ſic de aliis. Igitur aliquod caput habet omnis homo. Similiter. Aliquod animal eſt Cato & cetera id genus. Igitur aliquod animal eſt omnis homo: B. Bene meminiſti. Unde hanc poſſet aſſerere. Caput habet omnis homo. Sicut hæc. Animal eſt omnis homo, capiendo animal pro ipſa natura. Sed alii accipiunt animal pro aliquo animali determinato & nõ faciunt differentiam inter particularem & indefinitam [illegible] Et ſi quando nos non cogitantes [illegible] propriam [illegible] aliquid poſuimus ex [illegible] in conſideratione & conſuetudinem [illegible] dicitur forſan in genere animal ſic ſemper predicatum non [illegible] ſicut & caput & talia eiuſdẽ generis: P. Non omnis mutatio ſuppoſitionis cauſat hanc fallaciam. Quia licet a diſtributiua ad determinatam aut confuſam [illegible] procedere. Ut patet in omnibus modis particularibus [illegible] decipiamus [illegible]

ſuppoſitionis. Siue ratione ſignificati deceptio proueniat rõne ſimilitudinis dictionum aut orationum, uel argumentationum. Etiam cõmutando unum genus in aliud. Dicta eſt.n. fallacia figuræ dictionis, quia decipit ratione dictionum configurationis: Sed iam de fallaciis extra dictionem.

## De fallaciis extra dictionem: Et de fallacia accidentis peculiariter. B. Cap. XV.

FAllaciæ ſeu captiones extra dictionem ſunt ſeptem. Prima eſt fallacia accidentis. Secunda ſecundum quid ad ſimpliciter. Tertia ignorantiæ Elenchi. Quarta petitionis pncipii: Seu petitionis illius qđ ẽ in principio. Quinta conſequentis. Sexta non cauſæ ut cauſæ. Septima ſecundum plures interrogationes ut unam. Differunt autem hæ fallaciæ a precedentibus tripharia. Illæ namq; ſumunt apparentiam ex parte uocis. Et potius decipiunt alium cui proponuntur, q̃ ſeipſum. Atq; tertio illarum paralogiſmi ſoluuntur per diſtinctionem, Excepta fallacia figuræ dictionis, cuius paralogiſmi ſoluuntur per negationem conſequentiæ. Hæ uero fallaciæ accipiunt apparentiam ex parte rei. Et potius decipiunt ſecum cogitantem, ſoluunturq; omnes earum paralogiſmi per negationem conſequentiæ, Excepta fallacia petitionis principii, quæ ſoluitur per negationem antecedentis: P. Fallacia figuræ dictionis ex quo eſt ſecundum conſiderationem uidetur eſſe extra dictionem: Be. Sapit aliquid earum obuicinitate. Finis.n. unius cõuenit cum principio alterius. Decipit tamen eo quia dictio uariæ conſideranda fuiſſet: quæ tamen uno modo conſideratur. P. Quia accidens multa denotat (nam eſt omne quod ſubſtantiæ inhæret) Et omne quod non eſt de eſſentia alicuius. Et quintum uniuerſale. Immo & commune quarto & quinto uniuerſali accidens dicitur. Accipitur etiam pro euentu caſuali uel fortuito, ac pro omni enunciatione contingenti. Quo pacto hic accipitur ſcire uellem: B. Pro medio extraneo inepto ad coniungendum neceſſario extrema. Eſt.n. partim idem & partim diuerſum. Cauſa igitur apparentiæ eſt illa conuenientia. Videtur q; ſequi regula megarenſi. Quæcunq; uni & eidem ſunt eadem inter ſe ſunt eadem. Cauſa defectus eſt ipſa diuerſitas. Vt dicendo Homo eſt ſpecies. Cato eſt homo. Igitur Cato eſt ſpecies. Illa quippe res, homo, put ſubiicitur ſpeciei & extranea eſt Catoni. Ideirco extranea eſt Platoni ratio ſpeciei. Vnde hæc putatur falſa: Cato eſt homo prout homo eſt ſpecies. Et ecõtra. Prout homo predicatur de Catone nõ eſt ſpecies. Eſt autẽ fallacia accidentis inſtrumentum aptiſſimũ decipiendi etiam ſapientes. P. Quot eius modi: B. Tres modi eius dicuntur eſſe. Primus eſt, Quum medio in priori premiſſa terminus ſecundæ intentionis. In altera uero intentionis primæ iungitur. Vt animal eſt genus: Homo eſt animal. Igitur homo eſt genus. Et animal non eſt ſpecies ultima. Homo eſt animal. Igitur homo non eſt ſpecies ultima, ubi nota medium terminum hic uocari accidens. Maiorem extremitatem attributum. Minorem uero rem ſubiectam: Animal namq; ſub tali attributo quod eſt genus accidit, hoc ẽſt alienum uel extraneum rei ſubiectæ, uidelicet homi

nū P. Da ſecundum modum. B. Secundus modus: Quando extrema uniuntur medio illimitato ad illa. Vt omnis homo eſt animal. Et omnis Leo eſt animal. Igitur omnis aut aliquis Leo eſt homo. Talis combinatio ē inutilis. Omnis igitur inutilis combinatio poteſt ad hunc modum reduci. Et ita ſecundus modus erit: quia combinatio inutilis. Cuius una ſpecies eſt medio exiſtēte illimitato reſpectu utriuſque extremitatis. P. Da & tertium. B. Tertius modus fit arguendo ab aliquibus diuiſis ad coniuncta. Vt Cato eſt bonus & cytharedus. Igit bonus cytharedus: Et ille eſt monachus & albus. Igit Monachus albus. Et Canis ille eſt pater & tuus: Igitur pater tuus uel tuus pater. P. Si inferrem Igitur tuum eſt pater. Aut Igit album eſt Monachus. aut Bonum eſt cytharedus. Nō eſſet ibi fallacia: B. Nullo modo. A quibus autem diuiſis ad coniuncta liceat arguere dictum eſt. P. Adde quartum modum. Quum fit diſcurſus ſub terminis actum mentis continentibus. Vt Philoſophus cognouit Deum. Sed Deus eſt trinus: Igitur cognouit Deum trinum. Et quintum contingens eſt uidelicet ens artificiale ... Omne aurum eſt ens naturale. Statua ē aurum: Ergo ſtatua eſt ens naturale. Quantis minor illa poſſit negari. B. Iſtos modos nonnulli reducunt ad primum modum. P. Oſtende de quaſi ſequuntur.

## De fallacia ſm quid & ſimpliciter. Et de modis quibus fiunt. B. Cap. XVI.

Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter eſt impedimentum idoneum deceptionis ... conuenientia inter orationem ſecundum quid talem & ſimpliciter talem. P. Quid eſt ſecundum quid. B. Quando apponitur determinatio diminuens aut diſtrahens. Vt homo pictus. Homo mortuus ... quia in poemate ſolo. Quando uero ... ſine determinatione ponitur abſque determinatione tali dicitur ſimpliciter ſiue abſolute. Cauſa apparentiae (ut iam patet) eſt conuenientia. Videtur ... homo eodem modo ſe habere ... ſolum maneat. Maxima fal ... Nil manet ... ſe grauiatum aliquis exterioris appoſiti. Alia maxima. De quo dicitur aliquid ſine appoſitione ... de illo & cum tali appoſitione dicetur. Cauſa defectus eſt dicti ſecundum quid & ſimpliciter magna diuerſitas. P. Videtur haec deceptio prouenire ex ſimilitudine dictionum aut argumentationum in uoce: B. Quando ex eo prouenit eſt fallacia figurae dictionis: Quando autem ex rebus ſiue aut ſic conceptis eſt preſens fallacia. P. Quot eius modi: B. Duo praecipui. Vnus a ſecundum quid ad ſimpliciter. Alter A ſimpliciter ad ſecundum quid. Et utriuſque ſolent aſſignari ſex modi ſpecialiores. Primus eſt arguēdo a diſtracto ad abſolutum. Vt uiuit in memoria. Igit uiuit. Eſt homo pictus. Igit homo. Similiter Eſt homo mortuus. Igitur homo: Videlicet exiſtēs. Nō ſequitur. Sequitur tamen ad alteram partem. Videlicet eſt mortuus & pictus: P. Videt rō procedere a toto in modo ad partē & pp ſimilitudinem. Nam quia hic eſt bona conſequentia. Homo albus. Igit homo. Ergo & ille homo pictus: Ergo homo: B. Si fiat ratione ſimilitudinis dictionum erit fallacia figurae dictionis. Si uero a rebus pluribus

ſic conceptis erit hæc fallacia. Secundus, Si arguatur a dictione reſtringente negatiue. Vt hic non eſt homo albus, Igitur nõ eſt homo. Vel Huic uenenum non eſt bonum Igitur non eſt bonum. Diuitiæ huic malæ aut non utiles. Igitur malæ aut non utiles. Tertio arguendo a parte tali ad totum tale: Vt eſt albus dentes. Igitur eſt albus. P. Ar guitur ſic: Eſt criſpus capillos aut cæcus oculis. Igitur criſpus & cæcus. B. Quum ac cidens nequit ineſſe toti: niſi per determinatam partem. Tunc ſi parti ineſt, Et toti: & in eiuſmodi non fit hæc fallacia. P. Da quartum. B. Quartus Quum determina tio competit alicui ratione alicuius ſibi attributi. Vt arguendo. Lapis eſt homo pictus aut ſculptus: Igitur lapis eſt homo. Sed hic modus uidetur idem cum primo. Quar tus igitur modus, Fit arguẽdo a coniunctis ad diuiſa. Vt, Eſt bonus miles. Igitur bonus Quia eſſe bonum militem: eſt eſſe bonum quadam bonitate, non autem bonum abſolute. Prout uirum ſtudioſum dicimus bonum. Quintus eſt arguendo a determi natione ſecundum locum. Vt bonum eſt patrem mactare in triuallis. Igitur bonum eſt patrem mactare. Sextus eſt arguendo a determinatione ſecundum tempus aut perſonam aut diſpoſitionem talem uel cauſam. Vt bonum eſt triſtari pro cõmiſſis cri minibus. Aut Petro neganti & in hac uita atque carnem ut ſpiritui ſeruiat mactare. Et mori ut immortalis euadat, Igitur bonum eſt triſtari: & carnem affligere & mori. Pe. Secundus igitur modus principalis erit arguendo a ſimpliciter ad ſecundum quid. Et habet ꝗ ſibi totidem modi ſpecialiores: B. Addunt aliqui duos alios modos, Arguendo uide licet ad ſimpliciter negatiue ad ſecundum quid eodem modo. Vel ponantur duo modi principales: & uterque ſubdiuidetur: in affirmatiuum uidelicet & negatiuum. Deinde uterque in modos iam enumeratos. Exemplum prioris patet dicendo. Non eſt albus den tes: Igitur nõ eſt albus. Et ſic de aliis. Exempla poſterioris. Lapis nõ eſt homo: Igitur non eſt homo ſculptus. Non eſt albus: Igitur nõ eſt albus dentes. Non eſt bonus: Igi tur non eſt bonus miles aut faber. Non eſt bonum mactare innocentem: Igitur non eſt bonum mactare innocentem Deo iubente. Non eſt bonum triſtari: Igitur non eſt bonum triſtari ob facinora perpetrata: Pe. Quocunque modo arguatur a ſecundum quid ad ſimpliciter: Et econtra. Siue affirmatiue ſiue negatiue conſequentia non tenet. Vt patet diſcurrendo per ſingulos modos: Be. Si determinatio illam partem determi naret quæ ſit apta denominare ſuum totũ ualebit omnibus modis. Vt, Eſt criſpus ca pillos. Igitur eſt criſpus: Et econuerſo. Eſt criſpus. Igitur criſpus capillos. Et negatiue: Non eſt criſpus capillos. Igitur non eſt criſpus: Et econuerſo. Similiter ſi arguatur a coniunctis accidentaliter. Et ſi determinate nõ competat alicui ratione illius determina tionis ſolum. Vt lapidi eſſe hominem ſculptum: ſed abſolute. Vt cani eſſe hominem iu ſtum. Et ita dicito de reliquis modis: P. De ignorantia Elenchi.

## De fallacia ignorantiæ Elenchi ſeu redargutionis. B. Cap. XVII.

ELenchus ſeu redargutiuus, eſt ſyllogiſmus contradictionis, hoc eſt conclu dens contradictoriam enunciationis poſitæ a reſpondente. Quem oportet

neceſſario eſſe illatiuum. Eſt enim ſyllogiſmus. Et probatiuum quia eſt dialecticus. Et con
tradictorium eo q̄ propoſitioni reſpondentis cõtradicit. Eſt igitur Elenchus Argumē
tatio Illatiua Probatiua Et contradictoria. Non. n. ſemper opponens utit̄ ſyllogiſmo
niſi capiendo ſyllogiſmum pro omni argumentatione uel tenendo omnem argumen
tationem eſſe ſyllogiſmum. Q uotiens itaq; non uere concludit. Sed ſolum apparen
ter peccat contra bonum elenchum. Q uotiens ſimiliter non uere probat aut non ue
re: ſed apparenter contradictorium poſitionis concludit contra bonum elenchum pec
cat. Et ſic omnis fallacia eſt ignorantia Elenchi. Sed preſens fallacia comittitur ſolum
dum contra aliquam particularum ad uerum elenchū requiſitarum peccat: P. Q uot
ſunt ueri Elenchi particulæ. Be. Q uatuor ſunt particulæ in omni contradictione ob
ſeruādæ. Vt affirmatio & negatio referatur ad idem uel dicatur reſpectu eiuſdem. Vt di
catur & negetur ſecundum idem. Vt affirmetur & negetur ſimiliter. Vtq; eodem tem
pore uel inſtanti. Pe. Fallacia ergo ignorantiæ Elenchi erit inſtrumentum decipiendi
idoneum proueniens ex apparēti talium particularum obſeruatione. Et ſic habeo cau
ſam apparentiæ & cauſam defectus atq; non exiſtentiæ: B. Iuxta ergo illas quatuor
pticulas quatuor ponūtur modi huius fallaciæ. Primus quum arguit̄ ſic. Eſt filius Cato
nis: Et non eſt filius Ciceronis. Igitur eſt filius & non filius. Et ē contra particulam pri
mam. Secundus fit ita quidem arguendo: Hic uidet oculis Vel intelligit intellectu: Et
nō uidet auribus Nec intelligit uiſu. Igitur Videt & non uidet. Intelligit & non intelli
git. Similiter. Eſt huius filius ſpiritu & non eſt carne. Igitur eſt ſibi filius & non filius.
Tertius ſic dicendo Plato legit contingenter: & non legit neceſſario. Igitur legit Et nō
legit. Et ſic homo eſt ſpecies & nullus homo eſt ſpecies. Igitur idem eſt ſpecies & non
ſpecies. Q uartus fit modus ita procedendo: Hic ante prandium non eſt lætus: Poſt
prandium eſt lætus. Igitur lætus & non lætus: P. Omnes hi ſoluuntur negando con
ſequentiam. Sed miror cur hæc non contradicant (ut ait quidam) Marcus currit Et
Tullius non currit: B. Q uia Philoſophus dixit Elenchum eſſe ſyllogiſmum contra
dictionis unius & eiuſdem non nominis tantum nec rei tantum: Sed nominis & rei ſi
mul non quidem nominis ſynonimi: Sed eiuſdem. Ideo ſic dicunt ut euitetur latens
deceptio. Si tamen illis nominibus idem prorſus denotetur erunt conceptus repugnā
tes. Addit idem q in hac fallacia proceditur a duobus ſecundum quid ad duo ſimplici
ter. In fallacia ſuperiori ab uno ad unum. Et in hoc ait Differt hæc fallacia ab illa. Nec
uidet q dicendo Cato eſt pater huius & filius illius neutrum eſt ſecūdum quid. Nam
ſequitur. Eſt pater huius: Ergo pater. Et filius: Ergo filius. A ſecundum quid autem
ad ſimpliciter conſequentia non ualet: Pe. Valde obleſtat id. Sed iam aliquid de peti
tione principii.

## De Fallacia petitionis principii uel petitionis eius quod eſt in principio. B. Cap. XVIII.

ALiud eſt petere principium, aliud uero petere in principio. Tunc.n.ut
Philoſophus in elenchis dicere uidetur petimus principium, ſi ſtatim
hoc eſt ſub eiſdem nominibus idem repetamus. Vt homo legit: Igitur
homo legit. Et hoc pacto nulla fit fallacia. Quia nulla ꝓbationis ap
parentia. Tunc autem petimus id quod eſt in principio, quom idem
non ſtatim, ſed ſub aliis uocabulis, uel per aliquod minus notum, aut
æque notum: tamen idem & non omnino diuerſum, apparens tamē diuerſum proba
mus. Et eam ob rem in. Synonymis, ſeu multiuocis non proprie fit hæc fallacia, quia
nec apparentia magis, & minus noti. Vt ſi dicerem, Caballus trepidat: Igit' Equus me
tuit. Animal hinnile trepidat: Igitur Equus metuit. Ebur hoc nitet: Igitur dens elephā
tis nitet. Aliquid tamen captionis uidetur eē in his, q̄ ſi omnino idem eiſdem uocabulis
replicaremus. Petere autem hic (arbitratu meo) nō eſt quippiam ab aduerſario poſtu
lare. Quia dementiæ argueretur ſi contra ſe petitionem exaudiret. Neq; petere eſt inter
rogare. Sed eſt tranſire ad idem. Vt peto urbem. Petere igitur eſt iam mihi negatum,
per ipſummet, apparens tamen diuerſum probare. Et ſic tranſimus, redimus, & regredi
mur in idem quod a principio nos probare oportebat. P. Interdum per quod proba
mus ex ſui natura nō eſt notius illo quod probamus, Notius tamē erit illi contra quē
ꝓbamus. Vt notius eſt alicui uēto agitari mare, q̄ exhalatione calida & ſicca lateraliter
mota circa terrā. Et interdum alterum æque notorum poterit ꝓbari cum authoritate,
cui reſpondens diſſentire non poteſt. Num ergo per huiuſmodi æque nota probare po
terimus: B. Immo equidem. Rationis.n. Dialecticæ antecedens oportet, uel ex ſui na
tura, uel reſpondenti notius eſſe conſequente. Fallacia igitur petitionis illius, quod in
principio, uel principii (ut ſolet communiter dici) non faciendo differentiam inter petere
principium. Et petere quod eſt in principio, eſt inſtrumentum ipſum decipiendi. Ex eo
quia putabitur antecedens diſtinctum a conſequente, & notius illo, quum tamen non
ſit: P. Quot huius fallaciæ modi. B. Quinq; modos Philoſophus octauo Topi. ui
detur ponere Quāuis ſecundus, & tertius poſſint accipi pro eodem. Nam petere par
ticularia in uniuerſali: Et econtra. Vniuerſale in particularibus, uidetur eſſe idem mo
dus, Sicut petere diffinitum in diffinitione: Et econtra. Et ſicut petere coniunctum in di
uiſis: Et ecōtra. Et relatiuum in relatiuo Primus eſt, quum diffinitio petitur in diffinito,
aut diffinitum in diffinitione. Vt animal rationale diſputat: Igit' homo diſputat. Aut ecō
tra. Et in priori petit' diffinitum in diffinitione. In poſteriori diffinitio in diffinito. Secū
dus eſt, quum particularia petuntur in uniuerſali. Vt hunc ignem calefacere, & illum, &
ſic de reliquis, quia omnis ignis calefacit. In illa uniuerſali repeto particulares enumera
tas. Silr contradictorioꝝ, cōtrarioꝝ, priuatiue, & relatiue oppoſitoꝝ, eſt eadem diſcipli
na: quia omnium oppoſitorum eſt eadem. Tertius modus eſt quum uniuerſale petitur
in particularibus: Vt ſi uniuerſalem probarem inducendo, & enumerando ipſius ſingu
lares. Quæ non ſunt niſi illa uniuerſalis. Quartus eſt, cum coniunctum petitur in di
uiſis, Aut econtra. Exemplum prioris, Si ꝓbare uellem medicinam tractare de ſano, &
ægro. Eo q̄a tractat de ſano alicubi, & alicubi de ægro, Et ſic repetit cōiunctū in diuiſis

Exemplum

Exẽplũ poſterioris [illegible] Si pꝫ [illegible] Quia [illegible] petatur in alio. Vt quia filius eſt. Pater eſt. Et econtra. Et Dñr [illegible] conſtat. Et quia & [illegible] Et econtra. Et Laelius eſt filius Scipionis eo q̄ Scipio eſt pr[illegible] cius. Oēs eſt diſcurſus [illegible] Quo [illegible] decipiũt. B. [illegible] quidem recte [illegible] pbāt. Et quia videntꝫ pbare, [illegible] P. Oīs demonſtrās & oēs inducēs [illegible] communē petere principiũ. B. Bifariã petit principiũ. Vel ſimplr. Vel ſm qd̄ & ad hoīem. Quedā n. ſunt notiora ſimplr. Quedã quo ad nos. Quia ergo natura eſſentia & diffinitio eſt [illegible] ꝓprietas ineſt ſubiecto. Icirco ex natura rei notior eſt predicatio ꝓprietatis de eſſentia & diffinitione ſubiecti q̄ de ſubiecto. [illegible] eſt ſimplr notior. P. Colligo [illegible] a diffinitione cõpetere demonſtratori [illegible] bis [illegible] concludimus ꝓprietatē de ſubiecto. Quum uero aliqd̄ aliud concludimus [illegible] Et [illegible] colligis. Et ro[illegible] duco ad [illegible] ipſa demõſtratione dixi[illegible] eſt cumulatiõſa [illegible] potius ē cautela [illegible] Quia [illegible] opponẽte nõ petere [illegible] aut forma [illegible] petit [illegible] in principio. Quia nõ aſſumit notiora. Et ſic [illegible] apparentes [illegible] argumentis [illegible] Vñ [illegible] demonſtrãs aſſumit [illegible] e neceſſaria [illegible] demonſtrabile [illegible] modo [illegible] uocabulũ petere principiũ. Si [illegible] demonſtret p poſterio [illegible] Qui [illegible] pbat p priori. Quoniã [illegible] aſſumit [illegible] petere principiũ. Vt hꝫ. Omne habens materiã eſt corruptibile. [illegible] quidam tenent in celo eſſe materiam [illegible] nec tamen celum eſſe corruptibile. [illegible] Fallaciam conſequentis ut explices [illegible]

De fallacia conſequentis: Et de tribus modis quibus fieri ſolet. B. Cap. XIX.

Conſequētia qd ſit, atq; antecedēs & cõſequēs iam diximus. Fallacia conſequētis eſt [illegible] deceptio [illegible] ex eo [illegible] Cũ ergo appa[illegible] eſt apparēs [illegible] Quia defectus eſt ipſoꝝ in [illegible] P. Quot [illegible] dicunt eē tres modi. Primus eſt [illegible] deſtructione antecedentis ad [illegible] cõſequētis. Vel a poſitione cõſequētis ad poſitionē antecedentis. Exēplum prioris. Si [illegible] currit animal currit. Sed nullus homo currit. Igitur nullum animal currit. [illegible] plum poſterioris. Si Cignus eſt album eſt. Igitur ſi album eſt Cignus eſt. Similiter Si mel eſt dulce eſt. Igitur ſi dulce eſt mel. Et ſi pluit terra eſt madida. Igitur ſi terra madida pluit. Et ſi febricitat calore afficitur. Igitur ſi calore afficitur febricitat. Et ſi aliquid eſt generatum habet principium. Igitur ſi non eſt generatum [illegible] principio. Falſum eſt. Nam anima nõ eſt generata & tamen eſt principium. P. Antecedens hic dicitur inferius [illegible] Conſequens ſuperius [illegible] continet. Omnis ergo d[illegible]

[illegible] Et a specie [illegible] ad hunc
modum pertinens dictum. Unde si arguatur sic. Omnis homo currit, Igitur omne ani
mal. Aut sic. Cato differt a Platone, Igitur differt ab homine. Aut Cato incipit esse al
bus. Ergo incipit esse coloratus. Et quando arguitur a propositione habente plures cau
sas ueritatis ad unam illarum. Ut Cesar non est iustus. Igitur est iniustus. B. In omni
bus his neganda est consequentia. P. Da secundum modum. B. Secundus modus
est. Si arguatur ab insufficienti enumeratione singularium. Ut aliquis bos fuit in Archa
Noe. Et aliquis ursus. Et aliquis leo. Et sic de singulis speciebus in descendendo unum indi
uiduum. Igitur omne animal fuit in Archa illa. Vel sic Cato est animal. Et e conuerso. So
crates est animal. Et e conuerso. Et sic de reliquis. Igitur omnis homo est animal. Et e
conuerso. Et quia omnia hominis singularia enumerantur, & non animalis. Iccirco fal
sa est posterior particula conclusionis, quae denotat uniuersaliter, omne animal esse ho
minem. Si n. conuerteretur per accidens, uera esset. Similiter si hanc. Omnis homo ui
det omnem bouem, probet ita. Iste uidet illum bouem. Et ille illum. Et sic de reliquis.
Igitur omnis homo uidet omnem bouem. Committitur haec fallacia. Nam aut sub illius
subiecto fiet defectus solummodo. Aut sub predicato tantum. Aut sub utroque. Et habet
[illegible] orationis [illegible] P. Da tertium modum. B. Tertius modus est. Si arguatur pro
[illegible] accidentibus. Quae uidelicet non se necessario consequuntur. Ut ille est com
ptus. Igitur adulter. Similiter Poeta & Musa consimiliter desinunt. Igitur [illegible] est
foeminini generis. & reliqua. P. Simillima haec fallacia figurae dictionis. B. Illa est
in uoce, haec in mente. P. Sunt igitur fallaciae accidentis similis. B. Ista agitur in enun
ciationibus cathegoricis. Haec uero in hypoteticis. P. Forsan fallaciarum tam [illegible]
plus numerus non est necessarius, sicut nec perdicamentorum numerus denarius. Sat
sit nobis agnoscere omnes deceptiones cuicunque fallaciae illae ascribantur. Sicut ibi sat
nobis est nosse oia entia cuicunque perdicamento attribuant. Sed iam de sequenti fallacia.

## De Fallacia q̄ sibi nomē nō ſm cām ut cām peculiariter uendicauit. B. Cap. XX.

FAllacia nō ſm cām ut cām ē in ſpē decipiēdi idonea, apparētia as
signatione causae, quae tamen non sit causa hanc (ut plerique [illegible]) philosophus i li. prio
nominauit. Non propter id falsum accidere. Cum igitur apparentia [illegible] defectus [illegible]
[illegible] Fit saepe solum in syllogismo ducente ad impossibile quia in illo solum ne
cesse e interimere unā premissarum. In syllogismo ostensiuo non potest poni pre
missa nō cā posita. Sed quia ostensiuo nō decipit logico dicunt fallaciam hanc non
fieri in syllogismo ostensiuo. Nam si arguas sic. Omnis homo legit. Cato est homo. & Luna est in
Cancro. Ergo Cato legit. Non apparet ut illa premissa, Luna est in Cancro sit cā conclusionis.
Philosophus tamen in elenchis uidetur tenere hanc fallaciam posse fieri in syllogismo ostensiuo po
nens tale exemplum. Id post quod [illegible] male est cā malorum. Sed post [illegible] Ciuita
tis fuit mala. Igitur [illegible] cā malorum. Conueniens tamen sit haec fallacia in syllogismo ad impossi
bile. P. Ut quia et illata illa conclusione debet [illegible] progressum. Videlicet Conclusio

eſt falſa ꝙ ciuitas ſit cauſa malorum. Igitur Aliqua premiſſarum/ Et non minor. Igitur Maior. Et tñ neq; maior eſt cã. Cauſa.n.eſt peruerſa hominũ uolũtas. Sic poſſemus ẽt hãc ꝓbare ꝙ Deus eſt cã peccati: eo ꝙ ſine nutu eius nihil põt fieri. Ille cuius nutu nihil põt fieri eſt cã peccati. Sed ſine nutu Dei nihil põt fieri. Igitur Deus eſt cauſa peccati. Concluſio falſa. Igitur aliqua premiſſarum/ Nõ minor. Igitur Maior. Et tamẽ neq; illa eſt cauſa peccati/ Vel ꝙ Deus ſit cauſa peccati. Et ſic ponitur non cauſa/ ut cauſa. Eſt aũt cauſa uoluntas obliqua/ & rationi diſſona. Dicito tamen quot modi huic fallaciæ attribuuntur. B. Duo modi aſſignantur huic fallaciæ. Primus eſt Quando premiſſa nõ cauſa/ conuenit in predicato cum premiſſa cauſa. Vt omne animal eſt bos. Omnis equus eſt animal. Omnis homo eſt animal. Igitur omnis homo eſt bos. Concluſio falſa/ Et proſequere. Secundus modus eſt/ Quando premiſſa non cauſa conuenit in ſubiecto cum premiſſa cauſa. Vt omnis bos eſt mugilis: Omnis bos eſt homo: Et omnis homo eſt animal. Igitur omnis homo eſt bos. Concluſio falſa: Igitur aliqua premiſſarum/ Et non niſi illa. Omnis bos eſt mugilis: P. Admodum groſſus. Immo bos eſſet qui his deciperetur argumentationibus. Meliora inducta fuere. Be. Philoſophus tale hic ponit exemplum. Concedat quis animam/ & uitam eſſe idem. Contra. Mors & uita ſunt contraria. Corruptio quoq; eſt contraria generationi. Et mors eſt corruptio. Igitur uita/ eſt generatio. Et per conſequens uiuere/ eſt generari/ Hoc autem falſum & impoſſibile. Quæ enim uiuunt/ non generantur. Sed iam genita ſunt. Et generari non eſt uiuere: ſed eſt uia ad uiuere. Ergo falſum eſt illud propter quod illatum eſt hoc impoſſibile/ Vt uidelicet anima & uita ſint idem. Ecce aſſignatur cauſa falſitatis/ id quo etiam remoto adhuc illud eſſet falſum. Pe. Quæ igitur premiſſarum eſt cauſa falſitatis concluſionis: B. Aiunt/ ut illa/ Mors & uita ſunt contraria/ Nam ſunt priuatiue oppoſita. P. Contra: Si mors eſt priuatio. Igitur non eſt corruptio. Quia corruptio eſt terminus poſitiuus/ & non priuatiuus. Et ſignificat aliquid de genere actionis/ aut paſſionis. Confirmatur. Ideo namq; generatio infertur eſſe uita/ quia mors dicitur eſſe corruptio: & non quia mors & uita ſunt contraria. Preterea Concedatur mortem eſſe priuatiue oppoſitam/ Et addat̃ mortem eſſe corruptionem. Cui opponitur generatio. Igitur uita eſt generatio/ ſequetur. Et poſſem ſic formare rationem. Quandocunq; unum contrariorum predicatur per ſe de aliquo priuatiuo/ aut contrario/ Et contrarium illius predicabitur de poſitiuo/ ſeu de contrario. Sed mors quæ eſt priuatio uitæ/ uel cõtrarium uitæ/ eſt per ſe corruptio. Aut ſic/ Sed corruptio per ſe predicatur de morte/ quæ eſt uitæ priuatio/ aut eſt eius contrarium. Igit̃ & generatio erit uita. Tunc ulterius: Si abſtractum predicat̃ ꝑ ſe/ de abſtracto/ Et concretũ de cõcreto: Sed uita ꝑ ſe predicat̃ de generatione. Igit̃ & uiuere ꝑ ſe predicabit̃ de generari. Concluſio eſt falſa. Et ſequit̃ ex illo/ quia mors ꝑ ſe dr̃ eſſe corruptio: Igit̃ illa premiſſa fuit falſa/ Et cã falſitatis eſt/ Quia ſi alia aſſignet̃ erit nõ cauſa. B. Acutus es/ Sat eſt ut delibemus quæ fallacia ſit hæc. Neq; tamen ex philoſopho hic accipias/ animam/ & uitam eſſe idem/ aut non eſſe idem. Sed ſolum hoc illam/ Anima & uita ſunt idem/ non eſſe cauſam illius illati impoſſibilis. Aduerte deniq; oẽm argumentationem in qua ex

premiſſis poſſibilibus ſibi tamen incompoſſibilibus, infertur cõcluſio impoſſibilis poſ ſe reduci ad hanc fallaciam. Vt arguẽdo Cato eſt albus, Et Cato eſt niger. Igitur eſt albus & niger. Vel, Si hoc eſt album, & hoc eſt nigrum. Igit̃ eſt album, Et nigrum. Cõcluſio eſt impoſſibilis. Igitur aliqua premiſſarum. Ecce comittis iſtam fallaciã. Vtraq; enim premiſſarum eſt poſſibilis. Poſſibile autem non eſt cauſa impoſſibilis. Cauſa igitur concluſionis eſt incompoſſibilitas premiſſarum, non autem impoſſibilitas: P. Admodum id oblectat. Si ergo cõcluſio falſa, Et aliquã premiſſarum ſemper. Sed ſi concluſio impoſſibilis, non oportet ullam premiſſarum eſſe impoſſibilem, ſed uel impoſſibilem, uel unam alteri incompoſſibilem. Si tamen conſequens acciperetur pro diuerſis temporibus ſicut & antecedẽs accipiebat̃ tunc cõſequens eſſet poſſibile Q uod Cato eſt albus Et niger poſſibiliter: Et q album fundamentaliter, eſſet nigrum poſſibiliter. Eo pacto concedimus nunq̃ ex poſſibilibus poſſe inferri impoſſibile. Sicut nec ex ueris falſum B. Q uamuis in omni ſyllogiſmo ſophiſtico ſit apparentia cauſæ, & ita non cauſa ponatur pro cauſa, tamen hæc fallacia peculiarius ita nominata eſt, quia ſit in ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile. Eo modo quo diximus. Et prior progreſſus poteſt eſſe bonus. Alter peccat in materia dum premiſſam non cauſam, aſſerit eſſe cauſam. P. De ultima fallacia dicendum.

## De fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam. Et de reductione omnium fallaciarum ad duas, & ad unam. B. Cap. XXI.

Fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam, ſit quando ad interrogationes plures una reſponſio datur. Cauſa apparentiæ principiumq; motiuum eſt unitas apparens non dictionis, Vt in æquiuocatione. Neq; orationis, Vt in Amphibolia. Neq; propter modũq; interrogandi, ſi ille teneatur ex parte uocis, & hæc fallacia ſit extra dictionẽ. Sed ſi modus interrogandi non determinet dictionem, ſed actum mẽtis, ſic res componentis, & exprimi iubentis, erit unitas apparens ipſius interrogationis. Cauſa defectus eſt pluralitas in ipſa interrogatione latenter exiſtens. Q uando enim a parte uidetur interrogationũ pluralitas: Vt an terra, ſit mare, uel cœlum. Q uod ualde diuerſum eſt ab his inferiotibus facile eſt percipere ibi eſſe plures interrogationes. P. Q uid ẽ interrogatio plures. B. Enunciatio, Propoſitio, Cõcluſioq;, Ac interrogatio, poſſunt eſſe una eadẽq; oratio, ſola rõne differens. Si ergo quid ſit enũciatio plures noſti, qd & iterrogatio plures ſit, agnoſces. Enimuero quinq; modis (aiũt) põt dici interrogatio plures. Primo, quum latenter, uel ĩplicite, interrogant, unũ uel plura, de pluribus, uel plura de uno. Et pmi mẽbri ſunt duo mẽbra. Exẽplũ pmi, An liber ſit codex, uel an Canis ſit latrabilis & Aquila uolatilis. Exẽplũ ſecũdi: An Canis ſit riſilis. Canis n. plura denotat, & riſilis bifariã accipit: Vl ſic. An Canis ſit nepos, hoc ẽ natus nati, ul̃ luxurioſus. Exẽplũ ſecũdi mẽbri. An hõ ſit liber. Vl̃ an Cato ſit nepos. P. Ad hũc modũ ſpectãt amphibologicæ interrogationes. Vt An Cato ſit lupus in fabula, Vel An Cal

dias littus aret. B. Secundo (prout nonnulli ponunt) qum expreſſe plura / uel unum de pluribus / uel de uno plura / interrogantur cathegorematice. Vt an homo leo ſit fortis / ſapiens. Aut an homo leo ſit fortis. Aut an homo ſit fortis ſapiens: Sed eiuſmodi interrogationes uidentur ineptæ. Tertio qum interrogatio fit per ſingulare geminatum uel in plurali numero: Vt oſtenſo Codro & Crœſo / an hic / & ille ſit diues. Et oſtenſo cœco / & uidente: an hi ſint uidentes. Quarto / qum interrogamus plura / uel de pluribus coniunctis nota hyppotetica. Vt an Cato bucefalus ſit homo: Vel an bos ſit riſilis & mugilis. Quinto / qum ponuntur plures termini ex una parte extremi / uel ex utraque quorum alter determinet alterum. Vt an Cato ſit homo ſapiens: Vel an homo ſapiens ſit honore dignus: Vel an homo ſapiens ſit res ueneranda: P. Duo poſteriores nõ ſunt oratio plures: & ita nec interrogatio: B. Recte. Niſi fieret interrogatio de homine / & de ſapiẽte tamq̃ de pluribus. Ponimus itaque duos huius fallaciæ modos. Primus ſit qum uidelicet interrogatio fit primo modo / & ſecundo. Poſterior aũt quum fit tertio / & quarto modo. Nos tamen uidemur in tertio poſuiſſe etiam quartum. Nam interrogatio per ſingulare geminatum / eadem eſt cum ea quæ fit p coniunctionem. Aliqui ſic procedũt / & quaſi in idem redeunt. Dicunt. n. Si modi huius captionis ſumantur ex modo interrogandi erunt duo modi. Aut. n. interrogatio plures fit in numero ſingulari dicendo / An hic & hic oſtenſo Lelio & Catone ſit homo. Si reſponderit Sic. Contra: Igitur ſi quis hunc & hunc percuſſerit / percutiet hominem / & non homines. Hoc autem eſt falſum: Et hoc modo Philoſophus inducit captionem. Aliqui non capientes forſan mentem eius ſic eam inducunt. An hic & hic (oſtenſo Catone & uno boue) ſit homo. Si affirmauerit: Igitur ille bos erit homo. Si negauerit: Igitur Cato nõ eſt homo: Sed iſte eſt alius modus ab illo Philoſophi: Si autem interrogatio plures formetur in numero plurali. An hæc ſint bona / oſtenſo aliquo bono & aliquo malo. Et qualiter cunque reſponderit / ſequetur q uel malum erit bonum / uel bonum malum. Similiter / oſtenſo cœco & uidente / ſi quæratur. An illa ſint cœca uel uidentia. Non poteſt dici q ſint uidentia. Quia tunc cœcus uideret: Neque poteſt dici / ut ſint cœca: quia tunc uidens eſſet cœcus. Sed poteſt dici negatiue. Illa uidelicet non eſſe uidentia: quia cœcus / & uidens non uident. Ratio huius eſt. Quia quando aliquid affirmatur de pluribus ſimul / poteſt inferri de quolibet ſeorſum: Si non teneatur copulatim. Sed quando negatur de pluribus ſimul / non eſt opus ut negetur de quolibet ſeorſum: Quia illa negatiua æquiualet huic. Ille non eſt uidens / uel ille. Et ſatis eſt ſi pro altero uerificetur. Sequitur enim q non ſunt uidentes: et etiam q nõ ſunt cœci: ſed unus tantum eſt cœcus / & alter ſolum eſt uidens. Pe. Quo pacto fit deceptio hæc. Be. Si mihi ſic interroganti / Putas ne homo & bos ſit animal rationale: Si reſpondebis eſt. Ego ſubinferam. Ergo bos eſt animal rationale. Si dixeris non / Subnectam: Igitur homo / non eſt animal rationale. Similiter ſi interroganti / Putas ne mel & fel ſit dulce. Si reſpondebis eſſe dulce. Subiungam / Ergo fel eſt dulce. Si non eſſe dulce / Addam: Igitur mel non eſt dulce: Pe. Quid ergo faciam. Be. Diſtingue / pluresque reſponſiones affer. Mel quidem eſſe dulce / Fel / minime. Hominem eſſe animal rationale. Bouem minime.

P. Interrogatio plures quo pacto ſe habet ad unam? B. Eo modo quo enunciatio plures ad unam. Et ſicut ſi formentur plures enunciationes explicite ſunt enũciationes plures, & non proprie enunciatio plures. Sic & de interrogatione plures eſt dicendum. Nam formaliter loquendo interrogatio plures, eſt intentio ſecunda, & modus intelligendi eiuſmodi orationes. P. De reductione fallaciarum eſt aliquid dicendum.

## Reducuntur omnes fallaciæ ad unam. B. Cap. XXII.

DEclaratis uniuſcuiuſq; fallaciæ proprietatibus tandem philoſophus reducit omnes fallacias et illam quam uocauerat Elenchi ignorantiam in ſpeciali ad ignorantiam Elenchi in comuni. Ita ut dicere ualeamus Omnis fallacia eſt Elenchi ignorantia. Hoc eſt nõ ſolum illa fallacia quam ſpecialiter Elenchi ignorantiam uocauimus peccat contra uerum Elenchum. Sed omnis fallacia eſt ignorantia elẽchi, quia unaquæq; peccat contra uerum elenchum, & deuiat ab aliqua particula ueri elenchi. Reducere g. eas ad elenchi ignorantiam nil aliud eſt q̃ unamquãq; earum contra aliquam ueri elenchi particulam errare oſtendere. Bonum quippe uno modo fit, malum autem multifariam. Bonum elenchum opus eſt ſyllogiſmum eſſe, & per conſequens unius cõcluſionis neceſſario illatiuum, & eſſe ſyllogiſmum Dialecticum, & per cõſequens probatiuum, & eſſe ſyllogiſmum contradictionis non ſolum quia infert contradictorium concluſionis datæ a reſpondente, ſed etiam quia obſeruat quatuor particulas ad contradictionem requiſitas. Eſt quippe ſyllogiſmus cõtradictionis unius, & eiuſdem non nominis tantum nec rei tm̃, nec ſed nois & rei ſimul. Idem n. & reſpectu eiuſdem & eadem rõne non poteſt eſſe pater & non pater. Quod autem contra illum peccant omnes fallaciæ probat philoſophus inductiue. Nã in fallacia æquiuocationis & amphiboliæ & figuræ dictionis, licet ſit unitas dictionis, non tamen eſt unitas rei hoc eſt ſignificati. In fallacia quoq; Accentus, Compoſitionis Et diuiſionis, nec eſt rei unitas (Diuerſos n. ſenſus habẽt.) nec nominis. Nã in accentu uox poſt diuerſimode prolata, hæc q. non habet proprie unitatẽ. In compoſitione & diuiſione ſimiliter uariantur ſigna & non ſunt omnino eadem: Hoc etiam inducit in fallaciis contradictionem. Fallacia n. accidentis peccat contra elenchũ ea ratione qua ſyllogiſmus eſt. Similiter & fallacia conſequentis. Quia nõ cõcludunt de neceſſitate. Unde & earum paralogiſmi ſoluuntur per interemptionem conſequẽtiæ. Fallaciæ uero ſecundum quid & ſimpliciter & ignorantiæ elenchi peccant contra elenchum uerum ea ratione qua eſt ſyllogiſmus contradictionis. Non. n. affirmant idem de eodem. Neq; dictum ſimpliciter & dictum ſecundum quid eſt idem dictu. Fallaciæ deinde petitionis illius quod in principio: & non cauſæ ut cauſæ peccant contra illationem neceſſariã. Sicut & fallacia accidentis & conſequentis: Ac etiam contra illam particulam qua elenchus dicitur ſyllogiſmus probatiuus. Fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam peccat contra unitatem enuntiationis illatæ. Nam in quolibet ſyllogiſmo infertur una concluſio. Quare hæc fallacia contra ſyllogiſmi diffinitionem p

peccare uidetur: P. Poſſent ne cuncte aliter reduci omnes ad elenchi ignorantiam: B. Poſſent inq̃. Nam omnes fallaciæ in dictione & illa quæ eſt ſecundum quid ad ſimpliciter peccant contra cõtradictionem. Omnes aliæ quæ ſunt extra dictionem peccant contra diffinitionẽ ſyllogiſmi. Quia uel non inferunt neceſſario. Vel non probant. Vel unitatem non obſeruant. Admodum conducit omnes perpendere captiones, & deceptiones: non quidem ut decipiamus, ſed ne decipi ualeamus. Tot ſunt aũt fallaciæ a totius philoſophiæ parente Ariſtotele ſtragirita meo nobis acutiſſime traditæ. Et quia nil neceſſarium: aut egregium pretermiſit (licet nullum ante ſe qui hanc artem artificioſe contexiſſet habuerit) uenia ſibi nulla opus. Et quia omnia preclare omnia exacte tradidit ſumma [illegible] proſequendus eſt gratia. Innumeras eidem profecto perſoluere debemus grates.

# TRACTATVS DE SVPPOSITIONIBVS TERMINORVM

P. Non paruo cum labore ſuppoſitionis naturam dialectici inquirunt. Quare [illegible] ut enudeares opetarem.

Diffinit ſuppoſitionem. Et tres modos. Significatum termini comunis conſiderandi ponit. B. Cap. I.

Suppoſitio accipitur interdum pro relatione ſuppoſitioni oppoſita. Interdum pro [illegible] demonſtrabili [illegible] conceſſa propoſitione. Interdum pro abſtracto a ſuppoſito: P. Quo pacto in propoſito ſumitur: B. Suppoſitio eſt termini aut ſignificati eiuſdẽ uel uarii ſub uario modo conſiderãdi poſitio: P. Quo pacto ſuppoſitio eſt termini ſub uario modo poſitio. B. Iſtud poſt modum tibi cõplanabit: P. Qui ſunt hii uarii modi idem ſignificatum conſiderandi. B. Significatum termini comunis poteſt trifariam conſiderari. Primo quidem prout eſt in ſuis ſuppoſitis ſeu ſingularibus. Quod uocat ſuum eſſe materiale hoc eſt indiuiduale ſuppoſitale ſeu perſonale & phiſicum. Et in tali eſſe primo inſunt ei accidentia comunia. Vt homini eẽ Album. Aut [illegible]. Et ſic dicitur homo ſupponere perſonaliter. Hoc eſt prout eſt in perſona, ſiue in ſingulari, ſub eo contento. Secundo illud ſignificatum poteſt conſiderari in ſe prout abſtrahit a ſuis inferioribus. Quod uocatur [illegible] naturale & metaphiſicũ. Et in tali eſſe inſunt ei prędicata naturalia hoc eſt eſſentialia & per ſe [illegible] ſecũdo modo. Vt homini eſſe animal & rationale & riſibile. Et dicitur ſupponere naturaliter, quia talia inſunt ei ex ſui natura. Tertio illud idem ſignificatum poteſt conſiderari prout eſt ab intellectu cognitum & comparatum ſeu aliis aſſimilatum. Quod quidem eſſe tenue ſimplex, ſecundum quid & logicum appellatur. Et in tali eſſe inſunt ei Intentiones ſecũdæ. Vt dicendo, Homo eſt ſpecies, Hominem diffinitum [illegible] infinitus. Et dicitur ſupponere ſimpliciter, hoc eſt pro eſſe [illegible] & ſimplici, qđ habet non in re ſed prout eſt in ipſo intellectu: P. Supponere igitur aliquando eſt ſub aliquo illorum [illegible] idem ſignificatum ponere,

B. Recte tu quidem. Quidam tamen dicunt ipſū ſub denotati pro. Iuxta illud Terentianum in Eunucho puerum ſupponi. Quod nec nobis diſplicet, modo intelligat pro aliquo ſignificato, ſeu pro aliquo modo conſiderandi poni.

## Declarat uaria termini ſignificata. P. Cap. II.

CVt dixiſti, Suppoſitio ē interdum uarii ſignificati alicuius termini poſitio: B. Quia nōnulli ſuppoſitionem ſolūmodo termini pro uario ſignificato poſitionem putauerunt, Nos illud addēdo correximus. Nō enim ſolum ſuppoſitio eſt pro uario termini ſignificato poſitio: ſed quādoq; eſt eiuſdem ſignificati ſub uario modo conſiderandi poſitio. Et quādoq; eſt ipſiuſmet termini reſpectu uarii ſignificati poſitio, ut patebit. P. Quotuplex eſt termini ſignificatum: B. Formale, & materiale. P. Declara utrūq; B. Formale eſt quod terminus extra ſe ipſum ſignificat. Materiale eſt quādo terminus ſeipſum, & non aliquid extra ſe ſignificat. P. Aliqui ſic diuidunt ſignificatum. Aliud perſonale, Aliud materiale: B. Rectius nos. Nā ſicut materiæ non correſpondet perſona, ſed forma, ita materiali non correſpondet perſonale ſed formale. Quando ergo dicimus homo diſputat ſubiectum ſtat pro ſignificato formali. Quando uero dicimus hoc non eſt biſſyllabum. Subiectum ſtat pro ſignificato materiali. Et quia multi errant credētes ſuppoſitionem termini nil aliud eſſe q̄ acceptionem pro alterutro ſignificato. Idcirco ut illum errorem corrigeremus diximus ſuppoſitionem non eſſe ſolū poſitionem p altero ſignificatorum. Sed quandoq; eiuſdē ſignificati, Siue formalis, Siue materialis ſub uario modo cōſiderandi eſſe poſitionem. Nam ſi dixero Homo eſt literis aureis exaratū. ſtat perſonaliter. Si uero dixero Eſt exarabile. Vel ē ugā: Naturaliter. Si tertio ſic dixero, Ly homo eſt ſpecies ſupple uocis uel ſoni, ſtabit ſimpliciter.

P. Eſt ne ne alia diuiſio termini in ſignificata:

## Diuidit alio modo termini ſignificata. Et ponit diffinitionem formalem ſuppoſitionis. B. Cap. III.

EStuq;. Nam aliquod ſignificatum eſt ꝓprium: Aliquod improprium. Nam ſi concreta ſtent pro illo quod denominant, ſtant pro ſignificato improprie. Vt album calcaribus ſtrenuo. Si aūt pro illo qd' ſignificant ſtant p ſignificato ꝓprio. Vt album eſt coloratum. Et pro utroq; poteſt ſupponere tripliciter. Sanum autem poteſt poni. Pro conſeruante ſanitatem. Vt eſt dieta. Et pro efficiente: Vt eſt medicina. Et pro ſignificante: Vt eſt lotium, ſeu urina. Et pro habente: Vt eſt animal. Eſt etiam aliquod ſignificatum ex primeua, & propria inſtitutione: Aliquod ex quodam uſu loquentium & per tranſlationem: Vt in Metaphora, Antonomaſia, Metonimia. Et cetera id genus. Et omnia ſignificata poſſunt uariis modis conſiderari & uario modo ſupponere. Nō

ergo benè dicitur ut ſola ſubſtantiua/uel ſola ſuppoſita/ſeu ſubiecta/& non appoſita/
ſeu predicata ſupponant: Licet euidentius ſubiecta ſupponere uideantur: P. Nonnulli
aiunt ſuppoſitionem eẽ acceptionem. Aliqui uero eam eſſe ſtationem/ Et tu dixiſti ſup
poſitionem eſſe poſitionem: B. Horum trium eſt talis ordo/ Poſitio/ Statio/ Acceptio.
Primo.n.ponitur. Secundo ſtat. Tertio accipitur. Et hæc tria primo intelligi poſſunt
aptitudine q̃ actu: Vt ponibile/aptum ſtare/& aptũ accipi. Nam accipitur ſic/quia ſtat
ſic. Et ſtat ſic quia ponitur ſic. Qualis autem eſt ordo actuum/talis & aptitudinum/ar
guendo ab effectu: Et econtra. Arguendo a cauſa ſeu priori. Nullum tamẽ illorum triũ
eſt genus ſuppoſitionis/quæ formaliter ſic diffinitur. Suppoſitio eſt modus intelligen
di terminos ſic poſitos/ ſic ſtantes/ſic acceptos. Et ſicut poni/ſtare/& accipi/ſunt meta
phorica/ſic & ſuppoſitio hic accipitur metaphorice: pro modo intelligendi. Nam termi
norum poſitio eſt uocabulum trãſlatum a poſitione rei in loco uel dignitate. Et ſtatio/
a ſtatu tali alicuius rei. Et acceptio ſimiliter. Ecce pontifex. Primo ponitur in eſſe tali. Se
cundo ſtat. Tertio accipitur ſiue ſuſcipitur/& adoratur tanq̃ iam poſitus/& ſtans in tali
dignitate. P: Quis ſenſus qum dicimus terminus ſupponit: B. Hic ſenſus. Sub tali/
uel pro tali ſignificato/aut modo conſiderandi ponit: Pe. Quomodo ponit: B. Sicut
predicat & diffinit/ut quo/non ut quod/ſic & ponit/ac ſupponit. Intellectus quippe me
diis terminis illa omnia facit: P. Cur non dicimus/terminus ſubicit/ſicut dicimus predi
cat. B. Forſan quia non ſumus conſueti/loquendum autem eſt ut plures.

## Soluuntur tres ſatis utiles queſtiones. B. Cap. IIII.

INſurgunt nonnulla dubia. Primum eſt/ An ſubiectum particularis/&
uniuerſalis reſpectu predicatorum per ſe ſupponat perſonaliter/uel na
turaliter. Secũdum/ An ſubiectum indefinitæ reſpectu perdicatorum
per accidens ſupponat perſonaliter/uel naturaliter. Tertium/ An ſubie
ctum indefinitæ reſpectu predicatorum intentionalium ſupponat na
turaliter/uel alio modo: Cauſa primi dubii ẽ. Quia aliquis homo/ Et
omnis homo/ſupponunt pro perſona/uel perſonis. Igitur perſonaliter. Et ex alia parte
illa predicata inſunt gratia naturæ/non perſonæ. Igitur naturaliter. Cauſa ſecũdi dubii.
Quia ſubiectum indefinitæ ſtat ꝑ natura. Igitur naturaliter ſupponit/ Et ex alia parte
illa perdicata accidentalia inſunt gratia perſonæ. Igitur perſonaliter. Cauſa tertii dubii.
Quia ſubiectum ſtat pro natura. Igitur ſupponit naturaliter/ Et ex alia parte/illa predi
cata non ſunt per ſe: neq; ſunt naturalia. Igitur nõ naturaliter ſtat ſubiectum/ Neq; per
ſonaliter: quia non gratia perſonæ inſunt. Igitur ſupponit alio modo: Be. Quando ſic
enunciamus Homo eſt animal/ tunc homo ſupponit oĩno naturaliter: Quia & ſtat
pro natura/& perdicatum ineſt gratia naturæ. Quando uero dicimus. Aliquis homo
Vel omnis homo eſt animal/ſi ſubiectum ſtet pro homine/tamen non abſolute. Sed
prout eſt in aliquo inferiori/uel inferioribus/uidetur habere eſſe perſonale/& per conſe
quens ſupponit perſonaliter: Tamen quia predicatum illud non ineſt gratia perſonæ/

ſꝫ grã nãæ:ut ſupponere naturaľr:P.Eſt itaq; aliqua ſuppoſitio mere nãlis.Aliqua mere perſonalis/aliqua mixta.Nã ſi dixero/Homo eſt animal/ſeu riſilis/Eſt mere naturalis/Quia ſubiectum ſtat pro natura:Et predicatum ineſt gratia naturæ.Si aũt dixero Petrus ambulat/Eſt mere perſonalis/Quia ſubiectum ſtat pro perſona:& predicatũ ineſt gratia perſonæ. Aliæ omnes poſſunt dici mixtæ.Nam etiam hæc/Petrus eſt animal/Eſt mixta/Quia predicatum non ineſt ratione perſonæ/ſed naturæ:B.Poſſet tñ fieri ex pacto/ut quotiens ſubiectum ſtat pro perſona/dicatur ſuppoſitio perſonalis. Et ſic/Hic homo/Et aliquis homo Et oĩs homo eſt aĩal/Supponeret perſonaliter.Quotiens autem ſubiectum ſtat pro natura/ſupponeret naturaliter.Et ita omnis ſuppoſitio ſimplex in qua natura ſubicitur/eſſet naturalis.Vnde pleriq; illam ſuppoſitionem quã nos uocamus naturalem/uocant ſimplicem.Poſſet etiam fieri pactum/ut quandocũq; aliquid predicatur de natura quod ſibi non ineſt/ut eſt natura/ſed uel gratia ſuppoſiti & indiuidui (hic.n.non diſtinguimus inter perſonam & ſuppoſitum & indiuiduũ) diceretur ſupponere perſonaliter/Vel gratia comparationis ad alia/diceretur ſupponere ſimpliciter.Et ita hic/Homo currit/Homo ſupponeret perſonaliter.Et hic/Homo eſt ſpecies/Homo ſtaret ſimpliciter/& non naturaliter. Poſſet etiam fieri pactum aliomodo/Vt quandocũq; ineſſet ſingulari ſignato/uel uago/uel diſtributo aliquod predicatum gratia naturæ/ſtaret naturaliter. Quandocunq; uero ineſſet gratia perſonæ/ſupponeret perſonaliter.Et ita in hac/Homo ambulat/ſubiectum ſtaret perſonaliter.Quãcũq; uero predicatũ/neq; grã naturæ/neq; grã ꝑſonæ ineſſet/ſed ſolũ grã cõparationis/ſupponeret ſimpliciter/Vt homo eſt ſpecies.Et hic homo eſt indiuiduum.Aut ergo facienda ſunt pacta/uno modo/uel alio.Aut utere illa diſtinctione de ſuppoſitione mere/& non mere:naturali/& perſonali.Semper addendo ſimplicem.Ex hiis autem ad omnia a te poſita dubia reſponſionem/& pro atq; contra rationum ſolutionem accepiſti.

## Pro quo ſtet ſubiectum indefinitæ.Et qualiter ſpecies fundamentaliter ſunt ueræ res nouo modo declarat.P. Cap.V.

CVperem noſſe/An ſubiectum indefinitæ preſertim reſpectu predicati accidentalis/ſiue dicatᷣ ſupponere perſonaliter/ſiue naturaliter/ſiue mixtim/ſtet pro natura/uel æquipolleat ſubiecto particularis:B.Quicquid dicant alii/nos ita ſentimus/Indefinitam eſſe nuncupatam ex eo quia ſubiectum eius eſt natura/ſiue eẽntia/aut quiditas quæ ex ſe eſt indeterminata/& ſequitur ad omnia ſingularia/& ad unum ſignatum/uel uagum.Nam ſi omnis homo loquitur/Homo loquitur.Si ille loquitur/uel ſi aliquis homo loquitur/Homo loquitur.Non itaq; ꝓ eodem ſtat/Homo loquitur/& aliquis homo loquitur.Si.n.pro eodem omnino ſtaret/non eſſet conſequentia ab inferiori ad ſuperius/dicendo/Hic loquitᷣ.Igitur homo loquitur/ſed ab eodem/ad idem/uel a ſingulari determinato/ad ſingulare uagum.Quæ dicere non licet.P.Hii dicunt loqui non competit niſi huic uel illi homini:Per conſequens dicendo Homo loquitᷣ/ſubiectũ ſtat

pro hoc uel illo: B. Licet huiuſmodi prædicata non competant communibus niſi ratione ſingularium competunt tamen communibus. Sicut & prædicata per ſe non competunt ſingularibus niſi ratione communium: ipſis tamen competunt. Hoc manifeſte oſtenditur a philoſopho in primo diuinorum: qui actiones & paſſiones per ſe ſeu immediate tribuit ſingularibus. Per accidens tamen & ratione ſingularium eas aſtruit competere uniuerſalibus. Ait namque hominem non curat Medicus niſi per accidens. Igitur Medicus hominem curat: Sed mediante hoc homine uel illo. Igitur pro alio ſtat ſubiectum cum dico homo curatur. Pro alio cum dico aliquis aut hic uel ille curatur. Nam ſi ibi homo curatur. Homo ſtaret pro aliquo homine. Hominem Medicus per ſe curaret: non per accidens. Quia hunc hominem per ſe curat & illum. Quare contradiceretur ſententiæ philoſophi: Accedit ad hæc. Nam ſi ſubiectum indefinitæ non ſtaret pro communi & uniuerſali: nulla eſſet enunciatio in qua poneretur uniuerſale ſiue natura in ſe. Et ita ars hæc eſſet inſufficienter tradita. Antecedens patet. Nam uniuerſalis diſtribuit pro ſingularibus. Singularis ſtat pro indiuiduo certo. Particularis pro indiuiduo determinato in determinate. Et non reſtat alia niſi indefinita. Quare in illa ſtabit ſubiectum pro natura: P. Nominales rident quando ponimus uniuerſalia ſeu naturas quaſdam diſtinctas a ſingularibus: B. Non curamus hic determinare hanc difficultatem. Satis eſt nobis quod homo & Plato non ſignificant idem: ſiue ſignificatum termini communis ſit in ſolo & nudo intellectu: ſiue ex parte rei. Forſan domino concedente nos ponemus tertiam opinionem mediam: quæ conciliabit illas extremas. Ponemus enim naturas puta naturam humanam eſſe ſicuti unam maſſam: unum mare: uel unum lacum. Et ex illius diuiſione fieri multitudinem ſingularium. Ita quod ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua. Ita quælibet pars illius maſſæ quæ uocatur humanitas: eſt homo. Et ſic natura humana eſt una res quæ [illegible] ipſa in ſe exiſtit. Sed producitur ſic diuiſim & per fruſta. Veluti ſi lacum aliquem natura non produxiſſet ſed produceret fruſtatim eius portiones. Et ueluti ſi numquam maſſa lateri aut paſta ex qua panes fiunt fuiſſet producta: Lateres tamen & panes: hoc eſt ipſius paſtæ portiones producerent. Maſſa quidem eſſet & paſta: ſed non niſi in ſingularibus. Hoc modo naturæ ſunt res quædam. Et habent propriam unitatem: aliam ab ipſa unitate numerali. Sicut alia eſt unitas totius maſſæ: alia lateris uel panis. Quæ unitas eſt maior. Vno modo. Quia complectens omnia in quæ diuidit. Et minor alio modo. Quia diuiſibilior. Et ita dicendo. Hic homo eſt homo. Dicimus: Hic homo eſt portio humanitatis: Sic ut per hunc hominem portionem humanitatis intelligamus. Et per hominem: ipſam totam humanitatem. Ex hoc patet cur uniuerſalia creata dicuntur diuiſibilia & lacerabilia: non ſicut natura diuina: quæ tota eſt in qualibet perſona. Ex his etiam conſtat ſingularia inter ſe non differre per aliquam entitatem ſuper additam. Sunt enim quædam fruſta ſectionesque ac portiones eiuſdem maſſæ ſeu naturæ. Naturæ igitur non ſunt ſolum in conceptu: ſed in re. Sed alio modo quam aliqui imaginantur. Contra quorum imaginationem forſan bene procedunt nominales: Licet & ipſi deficiant non ponentes naturam realem. Patet igitur quemodo ſpecies rerum ſunt reales. Et quemodo indiuidua inter ſe & a ſpecie diſtinguantur utraque accipiendo fundamentaliter. Qui ergo ponunt unitatem

ſalia eſſe ex parte rei intelligant in eo modo quo nos declarauimus. Qui uero negāt ea eſſe in re intelligantur id negare eo modo quo aliqui imaginātur. Nam hunc modum quem ponimus ut utriq; concedant opus eſt. Hoc tamē ſolum proponimus nō determinamus: P. Accepi quomodo ſignificatum termini comunis poteſt ſupponere tripliciter. Et ex illo infero ſignificatum termini diſcreti non poſſe ſupponere niſi perſonaliter. Vt Petrus deambulat. Aut ſimpliciter. Vt Petrus eſt ſingulare ſeu indiuiduum. Et forſan naturaliter non pure ſed mixtim. Vel ex pacto. Vt Petrus eſt animal. Nunc inquiro quomodo ſuppoſitio eſt termini uel ſigni poſitio ſtatio & acceptio.

## Quo pacto terminus ſupponit pro ſe ut ſignum eſt & non ut ſignificatum oſtendit. Et eſt contemplatio pulchra & noua. B. Cap. VI.

Diximus terminum hēre ſignificatum formale quod non eſt ipſe. Et materiale quod eſt ipſe. Omnis quippe terminus ſicut & omnis res pōt ſeipſum intellectui repreſentare. Et ſic ab eo intelligi & ſignificari. Et poteſt utrumq; ſignificatum ſub uariis modis ponere ut intellexiſti. Nunc ſingulare documentum accipito. Nam terminus eſt aliquid in ſe ut ſignum eſt: & non ſolum ut ſignificatum. Et poteſt conſiderari uariemodo. Et uno modo conſiderandi ſibi aliqua inſunt (quæ alio modo non inſunt) Et econtra. Ne longe petantur exempla. Confligunt pleriq; an Petrus ſit nomen proprium uel comune. Et An Tu ſit nomen uel pronomen. Nam ſi dixeris Petrus eſt nomen proprium. Et tu eſt pronomen: Arguunt contra per conſuetam regulam. Omnis terminus ſtans materialiter & pro ſeipſo eſt nomen & comune non proprium. Si dixeris Petrus eſt nomen appellatiuum: Aut Tu eſt nomē eſt contra rudimenta Gramatices. Ac etiam quia uel illa dicūt de eis prout ſtant pro ſignificato perſonali ut ipſi dicunt: Vel formali ut nos. Et hoc non quia res ſignificate per uocabula Petrus & Tu nō ſunt nomina neq; pronomina. Aut pro ſignificato materiali. Et hoc nē quia (ut ipſi aiunt) Omnis dictio materialiter ſumpta eſt nomen neutrigeneris & indeclinabile. Et ob hanc difficultatem Alter dicit cum dico Petrus eſt nomen proprium ſupponit materialiter. Alter q perſonaliter: P. Quid tu preceptor ſentis: B. Hoc inter multa alia (reor) primum a nobis eſſe inuentum. Et ſi alias fuerit dictum Ego numq̄ me legiſſe memini. Aduerte itaq; ad noua dogmata. Homo interdum ſtat pro ſignificato perſonali ſeu formali. Vt in hac oratione Homo ē animal. Et homo ambulat. Interdum ſtat pro ſignificato materiali. Vt in hac Homo eſt biſſyllabum uel tribus litteris exaratum aut exarabile. Vbi in ora q etiam ſi illa dictio nil ſignificaret eſſet tamē biſſyllaba & ſic exarabilis. Interdum illa dictio homo neq; ſtat pro ſignificato formali neq; pro ſignificato materiali. Sed ſtat pro ſe ipſa inquantum ſignum eſt non inquantum ſignificatum. Tamen uaria dicuntur de illa inquātum eſt ſignum ſignificati formalis. Et inquantum eſt ſignum ſignificati materialis. Et inquantum eſt ſignum formalis ſignificati dicitur nomen comune tertie declinationis. Inquantum uero eſt ſignum materialis ſignificati

lis ſignificati

[illegible] ſignificati hoc eſt ſui ipſius, eſt nomen indeclinabile. Sic Petrus reſpectu ſignificati formalis eſt nomen proprium & declinabile. Reſpectu autem ſignificati materialis eſt nomen comune & indeclinabile. Similiter. Tu reſpectu ſignificati formalis eſt pronomen. Reſpectu materialis eſt nomen. P. Admirandum ingenium & ſubtilem diſtinctionem tuam video. Et perfecto rationi conſentaneum eſt ut aliquid competat ſigno ut ſignum eſt & non ſolum ut ſignificatum eſt. Vnde illa dictio Petrus eſt biſſyllaba ut ſignificatum eſt, non ut ſignum eſt. Et ut ſignum eſt, nomen eſt: non autem ut ſignificatum. Tamen reſpectu ſignificati formalis eſt nomen proprium maſculini generis. Reſpectu materialis eſt nomen comune neutri generis. Sed pro clariori intelligentia. Adde regulas notatu dignas.

## Circa ſuppoſitionem terminorum ponit quinque regulas. B. Cap. VII.

P Rima regula. Omnis intentio in Gramatica pure conſiderata ineſt ſignis ut ſigna ſunt non autem ſignificatis. Vt Species, Genus, Numerus, Figura, Caſus, & cetera id genus. Secunda regula. Alique intentiones dicuntur de ſignis in quantum ſigna ſunt orationis conſtituiva, ſine reſpectu. Hoc eſt ſine ſignificati formale, ſiue materiale ſignificatum. Vt nomen & dictio. Aliquae ratione dicuntur gratia formalis ſignificati dumtaxat, ut Petrus eſt maſculini generis & ſecunde declinationis. Alique gratia materialis ſignificati ſolum. Vt Petrus eſt nomen neutri generis. Tertia regula. Omnis dictio reſpectu ſignificati materialis eſt nomen. Nec eo pacto ſunt plures orationis partes. Quarta regula. Signa ratione formalium ſignificatorum accipiunt varios modos ſignificandi. Et in plures dividuntur orationis partes. Quinta regula. Petrus pro nullo ſignificato eſt nomen proprium aut comune. Tamen reſpectu formalis eſt proprium. Reſpectu materialis eſt comune. Icirco ille dixit dictionem Petrus ſupponere perſonaliter quando dico Petrus eſt nomen proprium. Nō quia ſtet pro tali ſignificato. Sed quia ſtat pro ſeipſo ſigno reſpectu talis ſignificati. Alter dixit ſupponit materialiter Non quia ſtat pro ſeipſo ut ſignificatum eſt. Sed pro ſeipſo, ut ſignum eſt. Pe. Nunc plane intelligo quid dictum ſit. Suppoſitio eſt non ſolum ſignificati alicuius termini. Sed ipſius termini ut ſignum eſt ſub aliquo modo uel ſub aliquo reſpectu rationis poſitio.

## Aliqui terminis habent unum aliqui duo ſignificata. Et circa id ponit duas regulas. B. Cap. VIII.

Q Vamuis terminum habere ſignificatum & formale & materiale dixerimus: tamen ſolet dici terminorum aliquem habere duo ſignificata aliquem unum. P. Quilibet ex ſui natura nō ex impoſitione ſignificat ſeipſum. Et ſi eſt p ſeſſ

ſalia eſſe ex parte rei intelligantur eo modo quo nos declarauimus. Qui uero negāt eſſe in re intelligantur id negare eo modo quo aliqui imaginātur. Nam hunc modum quem ponimus ut utriq; concedant opus eſt. Hoc tamē ſolum proponimus nō determinamus: P. Accepi quomodo ſignificatum termini comunis poteſt ſupponere tripliciter. Et ex illo infero ſignificatum termini diſcreti non poſſe ſupponere niſi perſonaliter Vt Petrus deambulat. Aut ſimpliciter. Vt Petrus eſt ſingulare ſeu indiuiduum. Et forſan materialiter non pure ſed mixtim. Vel ex pacto. Vt Petrus eſt animal. Nunc inquiro quomodo ſuppoſitio eſt termini uel ſigni poſitio ſtatio & acceptio.

## Quo pacto terminus ſupponit pro ſe ut ſignum eſt & non ut ſignificatum oſtendit. Et eſt contemplatio pulchra & noua. B. Cap. VI.

Diximus terminum hēre ſignificatum formale quod non eſt ipſe. Et materiale quod eſt ipſe. Omnis quippe terminus ſicut & omnis res pōt ſeipſum intellectui repreſentare. Et ſic ab eo intelligi & ſignificari. Et poteſt utrumq; ſignificatum ſub uariis modis ponere ut intellexiſti. Nunc ſingulare documentum accipito. Nam terminus eſt aliquid in ſe ut ſignum eſt & non ſolum ut ſignificatum. Et poteſt conſiderari uarie modo. Et uno modo conſiderandi ſibi aliqua inſunt (quæ alio modo non inſunt) Et econtra. Ne longe petantur exempla. Confligunt pleriq; an Petrus ſit nomen proprium uel comune. Et An Tu ſit nomen uel pronomen. Nam ſi dixeris Petrus eſt nomen proprium. Et tu eſt pronomen: Arguunt contra per conſuetam regulam. Omnis terminus ſtans materialiter & pro ſeipſo eſt nomen & comune non proprium. Si dixeris Petrus eſt nomen appellatiuum: Aut Tu eſt nomē: eſt contra rudimenta Gramatices. Ac etiam quia uel illa dicūt de eis prout ſtant pro ſignificato perſonali ut ipſi dicunt: Vel formali ut nos. Et hoc non quia res ſignificatæ per uocabula Petrus & Tu nō ſunt nomina neq; pronomina. Aut pro ſignificato materiali. Et hoc nē quia (ut ipſi aiunt) Omnis dictio materialiter ſumpta eſt nomen neutri generis & indeclinabile. Et ob hanc difficultatem Alter dixit cum dico Petrus eſt nomen proprium ſupponit materialiter. Alter q; perſonaliter: P. Quid tu preceptor ſentis: B. Hoc inter multa alia (reor) primum a nobis eſſe inuentum. Et ſi alias fuerit dictum. Ego nunq̄ me legiſſe memini. Aduerte itaq; ad noua dogmata. Homo interdum ſtat pro ſignificato perſonali ſeu formali. Vt hac oratione Homo ē animal. Et homo ambulat. Interdum ſtat pro ſignificato materiali. Vt in hac Homo eſt biſſyllabum uel tribus litteris exaratum aut exarabile. Vbi in ora q; etiam ſi illa dictio nil ſignificaret eſſet tamē biſſyllaba & ſic exarabilis. Interdum illa dictio Homo neq; ſtat pro ſignificato formali neq; pro ſignificato materiali. Sed ſtat pro ſe ipſa inquantum ſignum eſt non inquantum ſignificatum. Tamen uaria dicuntur de illa inquātum eſt ſignum ſignificati formalis. Et inquantum eſt ſignum ſignificati materialis. Et inquantum eſt ſignum formalis ſignificati dicitur nomen comune tertiæ declinationis. Inquantum uero eſt ſignum materialis ſignificati

li ſignificati hoc eſt ſuipſius, eſt nomen indeclinabile. Sic Petrus reſpectu ſignificati formalis, eſt nomen proprium & declinabile. Reſpectu autem ſignificati materialis, eſt nomen comune & indeclinabile. Similiter, Tu reſpectu ſignificati formalis, eſt pronomen: Reſpectu materialis, eſt nomen. P. Admirandum ingenium, & ſubtilem diſtinctionem uideo. Et perfecto rationi conſentaneum eſt, ut aliquid competat ſigno ut ſignum eſt: & non ſolum, ut ſignificatum eſt. Vnde illa dictio Petrus, eſt biſſyllaba, ut ſignificatum eſt, non ut ſignum eſt. Et ut ſignum eſt, nomen eſt: non autem ut ſignificatum. Tamen reſpectu ſignificati formalis eſt nomen proprium maſculini generis Reſpectu materialis eſt nomen comune neutri generis. Sed pro clariori intelligentia, Addo regulas notatu dignas.

## Circa ſuppoſitionem terminorum ponit quinque regulas. B. Cap. VII.

PRima regula. Omnis intentio in Gramatica pure conſiderata ineſt ſignis, ut ſigna ſunt: non autem ſignificatis. Vt Species, Genus, Numerus, Figura, Caſus: & caetera id genus. Secunda regula. Aliquae intentiones dicuntur de ſignis inquantum ſigna ſunt orationis conſtitutiua ſine delectu. Hoc eſt ſiue ſignificent formale, ſiue materiale ſignificatum. Vt terminus & dictio. Aliquae tamen dicuntur gratia formalis ſignificati dumtaxat, ut Petrus eſt maſculini generis & ſecundae declinationis. Aliquae gratia materialis ſignificati ſolum. Vt Petrus eſt nomen neutri generis. Tertia regula. Omnis dictio reſpectu ſignificati materialis eſt nomen. Nec eo pacto ſunt plures orationis partes. Quarta regula. Signa ratione formalium ſignificatorum accipiunt uarios modos ſignificandi: Et in plures diuiduntur orationis partes. Quinta regula. Petrus pro nullo ſignificato eſt nomen proprium aut comune. Tamen reſpectu formalis eſt proprium: Reſpectu materialis eſt comune. Iccirco ille dixit dictionem Petrus, ſupponere perſonaliter, quando dico Petrus eſt nomen proprium. Nõ quia ſtet pro tali ſignificato: Sed quia ſtat pro ſeipſo ſigno reſpectu talis ſignificati. Alter dixit ſupponit materialiter Non quia ſtet pro ſeipſo ut ſignificatum eſt. Sed pro ſeipſo ut ſignum eſt. Pe. Nunc plane intelligo cur dictum ſit Suppoſitio eſt non ſolum ſignificati alicuius termini. Sed ipſius ut terminus & ſignum eſt ſub aliquo modo uel ſub aliquo reſpectu rationis poſitio.

## Aliqui termini habent unum, aliqui duo ſignificata. Et circa id ponit duas regulas. B. Cap. VIII.

QVamuis terminum habere ſignificatum & formale & materiale dixerimus: tamen ſolet dici terminorum aliquem habere duo ſignificata, aliquem unum. P. Quilibet ex ſui natura nõ ex impoſitione ſignificat ſeipſum. Et ſi eſt p ſeſ

gnificatiuus & aliquid extra ſe denotat. Quilibet ergo habet ſignificatum formale & aliud
materiale. Be. Illos dicimus unum habere ſignificatum quorum materiale continetur
ſub formali, uel de quorum materiali ſignificato formale uerificatur. Vt ſunt omnia tranſ
ſcendentia abſolute & apud omnes ſic nuncupata, Vt ens, Vnum, Verum, Bonum. Et
quaedam limitata, Vt qualitas, & accidens, & uox. Quaedam etiam ſecundae intentio
nis dicuntur habere unum ſignificatū. Vt terminus, dictio, nomē. Nam haec dictio Ens, eſt
ens. Et haec dictio, Vnum eſt unum. Et ly uerū eſt uerum. Et ly bonum bonum. Et
ly qualitas in uoce eſt qualitas. Et ly accidens in uoce eſt accidens. Et ly uox in prola
tione, eſt uox. Et ly terminus, eſt terminus. Et ly dictio, eſt dictio. Et ly nomen eſt
nomen: Pe. Significata formalia primae intentionis predicantur per ſe & eſſentialiter
de materialibus. Significata uero formalia ſecundae intentionis predicantur de materia
libus denominatiue. Nam ly nomē denominatur a ſignificato ſuo. Similiter Et ly ter
minus. Et ly dictio. Et ly caſus Nominatiuus eſt caſus noīatiuus. Vbi uide illud mira
bile, ſignificatum eſſe in ſuo ſigno, ut accidens in ſubiecto: Nam ſignificatum huius
uocis nomen, quod eſt modus ſignificandi ſine tempore, fundatur in hac uoce, homo:
B. Bene aduertiſti: P. Qui ſunt habentes duo ſignificata: Be. Illi quorum materiale
non continetur ſub formali. Vel de quorum materiali non uerificatur formale. Vt ho
mo, animal, lapis & caetera id genus. Nam ly homo, non eſt homo. Neque ly animal,
animal. Neque ly lapis eſt lapis. Pe. Illi dicuntur habere unum ſignificatum & illud uo
catur formale, Non quia non habeant materiale, ſed quia materiale continetur ſub for
mali, uel quia formale uerificatur de materiali. Et ſic non faciunt numerum. Et quan
do formale predicatur per ſe de materiali, ſunt magis unum, quam quando denominatiue
& per accidens: Sed iam dato regulas ſi quae ſint: Be. Prima regula. Quando termi
nus habet unum ſignificatum, illud erit formale & nunquam materiale. Et pro illo forma
li ſolum poteſt ſupponere. Tamen ſuſcipiet tam predicata ſolita dici de formali quam de mate
riali. Vt ens eſt unum, mouetur, & eſt tranſcendens. Eſt excitatum, creabile. Eſt que
nomen. Secunda regula. Si termino habenti duo ſignificata addatur ſignum perſona
le ſeu formale, ſtabit pro ſignificato formali. Si materiale, pro materiali: P. Quae ſunt
ſigna perſonalia, quaeue materialia: Be. Perſonalia, ſeu formalia, ſunt Aliquis, Ali
quis, Omnis, Nullus, Nulla, Et huiuſmodi. Materialia ſunt, Haec dictio: Haec uox:
hic terminus: Hoc nomen: Hoc uocabulum: Et ipſum ly. Quod adeo inoleuit ut ex
tirpari uix poſſit. Non inutile ſignum, licet barbarum uideatur: Pe. Aliquod & nul
lum, ac etiam omne, poſſunt eſſe ſigna materialia. Vt dicendo, Nullum homo eſt
triſyllabum. Aliquod homo, uel omne homo eſt biſſyllabum: Be. Quando ter
minus ſimpliciter loquendo non eſt neutri generis, tunc apponendo illa in neutro
genere ſpecificant ipſummet terminum. Quando uero ſimpliciter eſt neutri, tunc
apponendo illa, non ducunt in ipſum terminum. Ideirco hae ſunt falſae. Omne ani
mal, uel aliquod animal eſt triſyllabum. Et haec Nullum animal eſt ſenſile. P. Da
& alias regulas.

Circa ſuppoſitiones terminorum ponit tertiam & quartã regulam. B. Cap. IX.

TErtia regula. Si alicuius enunciationis utrumq; extremum fuerit primæ intentionis, neutrũ poterit ſupponere ſimpliciter. Sed ſolum perſonaliter uel naturaliter, & pro ſignificato formali non aũt materiali niſi adderetur ſignum materiale. Vt homo eſt animal. Et ſi diceres, ly homo eſt animal, ſubiectum ſtaret materialiter, ſed oratio eſſet falſa. Quarta regula. Si alicuius enunciationis ſubiectum fuerit primæ, & predicatum ſecundæ intentionis, ſubiectum ſtabit ſimpliciter, & pro eſſe tenui, ſed non pro ſignificato materiali. Licet interdum pro ipſo termino, ſeu ſigno reſpectu ſignificati materialis. Exemplum prioris: Animal eſt genus. Subiectum ſtat ſimpliciter, & pro ſignificato formali. Nam ly animal, non eſt genus. Exemplum poſterioris: Ly animal eſt nomen indeclinabile. Et ſi diceres ulterius, Ly animal eſt nomen declinabile, & tertiæ declinationis, tunc ſtabit pro ſe ipſo ut ſignum eſt: tamen reſpectu ſignificati formalis. Hæc quia & noua & ſubtilia ſunt ſæpius replicare oportet. Puta q̃ dicitur ſuppoſitio termini, ut ſignum eſt: ita q̃ predicatum de illo dicitur, & non de ſignificato eius. Et q̃ aliqua dicuntur de termino ut ſignum eſt: Non curãdo an ſit ſignum ſignificati formalis, uel materialis: Vt nomẽ de hac uoce homo. Aliqua prout ſignum eſt formalis ſignificati. Vt homo eſt nomen comunis generis. Aliqua prout eſt ſignum materialis ſignificati. Vt homo eſt nomẽ neutri generis. Et q̃ terminus poteſt intelligi ſupponere materialiter duobus modis. Vel q̃ ſtet pro ſeipſo termino non curando de ullo ſignificato. Et ſic quandocunq; aliquid competit ſigno ut ſignum eſt. Ipſum ſignum ſtat materialiter. Quia pro ſeipſo ſigno. Vel q̃ ſtet pro ſeipſo ſolum ut ſignificatum eſt, uel ut quædã res eſt, non ut ſignum eſt. Vt dicendo, Animal eſt triſyllabum, & ſex litteris ſcriptile. Hoc.n. illi competeret etiam ſi nil ſignificaret. Quãdo ergo dicimus, Animal eſt nomẽ, Et animal eſt triſyllabum, Semper animal ſtat pro ſeipſo. Sed in priori pro ſeipſo ut ſignum. In poſteriori pro ſeipſo ut ſignificatum eſt: uel ut quædam res eſt. P. Qui ergo dicunt ſubiectum primæ intentionis in oratione ſtare materialiter reſpectu predicati ſecundæ intentionis, ualde errauerunt. Nam dicendo Animal eſt genus. Animal non ſtat pro ſeipſo. Neq; ut ſignum eſt, neq; ut res quædam eſt. Nam res illa per ly animal ſignificata, eſt genus. Hii non diſcernebant inter modos ſignificandi qui competunt dictionibus, & ſignis ut ſigna ſunt, & modos intelligendi qui competunt rebus ut res ſunt. Dicendo.n. Animal eſt nomen, Animal ſtat materialiter. Sed dicendo Animal eſt genus ſubalternum, ſtat pro re ſignificata. Et terminus ſtans pro ſeipſo interdum ſupponit ſimpliciter, Vt animal eſt nomẽ. Interdum perſonaliter, uel naturaliter Vt animal eſt biſſyllabum, uel exaratum, aut exarabile: Sed proſequere. B. Credũt iſti ut qñ terminus ſecundæ intentionis predicatur de termino primæ, non poſſit fieri conuerſio, Vt dicẽdo Animal eſt genus, Non poſſum dicere, genus eſt animal. Quia cũ dico Animal eſt genus, Predicatũ tale trahit animal ad ſtandum materialiter Iuxta regulã. Talia ſunt ſubiecta, qualia permittunt eorum predicata. Quando aũt dicimus genus

eſt animal nil contrahit animal ad ſtandum pro ſeipſo. Stabit ergo pro ſignificato formali. Et ſic ſubiectum cõuerſæ non erit predicatum conuertentis. Et ſic non erit bona conuerſio. Sed nos diximus ibi Animal eſt genus animal non ſtare pro ſeipſo ſed pro formali ſignificato, Et ita conuerſio erit bona. Enimuero de iſta Animal eſt nomen Forſan bene dicunt q non poſſit conuerti niſi addendo predicato ſignum materiale. Vt Animal eſt nomen. Nomen eſt ly animal. P. Procede.

## Hic ponitur circa predicta Regula quinta & ſexta. B. Cap. X.

Quinta regula. Si ſubiectum fuerit ſecundæ Et predicatum primæ erit predicatio impropria & indirecta. Et interdum oratio erit uera abſolute. Vt genus ẽ animal. Interdum oportebit addere predicato ſignum materiale. Vt nomen eſt ly animal. Nam ſi animali ſeu ly animali coniungitur nomen. Et nomini coniungitur ly animal. Omne enim coniunctum eſt ſibi coniuncto coniunctum. Pe. Si uterq; fuerit ſecundæ quid. Be. Sexta regula. Si tam ſubiectum q predicatum fuerit ſecundæ intentionis dicunt q interdum utrumq; extremum ſtat perſonaliter. Hoc eſt pro ſignificato perſonali ſeu formali. Vt ſyllogiſmus eſt oratio ſeu terminus complexus. Interdum ſubiectum ſtabit materialiter. Vt ſyllogiſmus eſt nomen. Et ſic hanc regulam dicunt eſſe quo ad hoc ſine regula. Sed tu repete altius. Nam ſi predicatum talis dicatur de ſubiecto ut quid ita q per ſe ei competat utrumq; extremum ſtabit pro ſignificato formali & naturaliter. Quia et intentiones ſecundæ poſſunt concipi prout abſtrahunt a ſuis ſingularibus. Si autem predicatum diceret de ſubiecto ut modus quia etiam intẽtiones concipiuntur per modum generis ſpeciei proprii & huiuſmodi tunc ſubiectum ſtabit ſimpliciter. Ita. n. ſtat ſubiectum huius. Syllogiſmus eſt genus. Sicut & huius Animal ẽ genus. Nam ſyllogiſmus ita reſpectu ſyllogiſmi demonſtratiui & dialectici concipitur ut genus. Sicut & animal reſpectu hominis ac bruti. P. Rideo ineptiam illorum qui putant terminum ſtantem pro ſignificato materiali uel pro ſe ut ſignum eſt eſſe ſecundæ intentionis. Nam illa uox homo & conceptus hominis in mente & ſcriptura illius uocis ſunt entia realia non fabricata per actum collatiuum intellectus. Immo neq; ipſe terminus ut ſignum eſt terminus ſecundæ intentionis Licet ſit ens rationis. In plus. n. ſe habet ens rationis q ſecunda intentio. B. Recte rides. Illa. n. uox ſyllogiſmus eſt qualitas realis. Miror q non perpenderint tam groſſum errorem. P. Diuidunt & conſiderant multiphariam ſuppoſitionem.

## Diuiſiones ſuppoſitionum pluribus modis fiunt. B. Cap. XI.

Suppoſitio Alia — Comunis.
— Diſcreta.

Comunis eſt quando ſignificatum termini communis ſub aliquo modo cõſideratur. Diſcreta quando termini diſcreti/ſeu proprii nominis ſignificatum ſub aliquo conſiderandi modo ponitur. Et ſemper ſupponit perſonaliter/quia ꝑ perſona. Licet quandoq; ratione predicati ſupponat naturaliter aut ſimpliciter: P. Subdiuide.

B. Comunium Alia — Determinata. / Confuſa.

Determinata eſt quando ſubiectum termini comunis ſtat pro ſuppoſito determinato/licet indeterminate/ Vt aliquis homo diſputat. Et poteſt ſub ſubiecto deſcendi diſiunctiue/ Sic. Et hi ſunt omnes homines. Igit̃ ille homo diſputat/uel ille homo diſputat. Et ſic ulterius. Diſtributiua eſt/cuius ſubiectum diſtribuitur in omnia inferiora/ Vt omnis homo diſputat. Et licet ſub eo deſcendere copulatiue Sic. Et hii ſunt omnes homines. Igitur ille homo diſputat/& ille/& ille/& ſic de ſingulis. Hanc autem aliqui ſubdiuidũt dicentes Aliquam eſſe eſſentialem/ſeu naturalem. Quãdo uidelicet diſtribuitur ſubiectum pro omnibus inferioribus preſentibus/preteritis/futuris/ac poſſibilibus. Quae diſtributio uerius fit reſpectu predicati eſſentialis/ſeu per ſe. Vt omnis homo eſt animal ſeu riſibilis. Et deſcenditur Sic. Et hii (oſtenſis in mente omnibus indiuiduis etiam poſſibilibus) ſunt uel concipiuntur eſſe homines. Igitur ille eſt riſibilis/& ille. Et ſic de aliis. Aliquam/quando fit diſtributio reſpectu predicati accidentalis/accidẽtalem/ Vt omnis homo eſt coloratus/ſeu omnis homo eſt. Subiectum diſtribuitur pro preſentibus/nõ preteritis/aut futuris. Et minus pro poſſibilibus tantum. Et deſcenditur ad omnes exiſtentes. P. Sic etiam poſſemus deſcendere diſiunctiue/ſub ſubiecto particularis ad omnia inferiora/etiam poſſibilia/uel ſolum ad exiſtentia: B. Pretereamus iſta: P. Quae eſt confuſa tantum: B. Confuſa tantum eſt cuius ſubiectum ſtat pro natura in ſe.

Diſtributiuam item dicunt Aliquam — Mobilem. / Immobilem.

Mobilis eſt ſub cuius ſubiecto licet deſcendere/uel ad omnia preſentia/uel etiam quaecunq; alia. Vt omnis homo diſputat. Et omnis homo eſt animal. Immobilis eſt ſub cuius ſubiecto non poſſumus deſcendere/ Vt neceſſario omnis homo eſt animal. Pe. Non capio ut ſubiectum ſtet diſtributiue/& tamen immobiliter: Be. De hoc poſtmodum diſceptabitur.

Confuſarum tamen ponunt Aliam — Immobilem / Mobilem

Immobilis ẽ cuius ſubiectũ ſtat ꝑ naã dũtaxat/ Vt hõ ẽ ſpecies. Mobilis ẽ qñ ſubiectũ ſtat ꝑ naã/put ẽ in hoc/uel ĩ illo indiuiduo. Et pt̃ deſcẽdi diſiũctim/ Vt uolo cibũ Cupio panẽ: Promitto aureũ. Ita ꝙ deſcẽdẽdo fiat cathegorica de ꝑdicato diſiũcto/ Sic. Ergo cupio hũc/uel hũc/uel hũc panẽ. Ac ſi diceret/ Habeã hunc/uel illum/nõ curo Caeteris paribus. Similiter ſemper fuit aliqua dies naturalis. Supple haec/uel illa/uel illa. Quia

aliquando hæc: aliquando illa. Semper igitur fuit dies indeterminata, ac indeterminate. Semper ergo fuit aliqua dies. Nulla tamē dies fuit ſemper: P. Nõnulli diuidunt ſuppoſitionem in materialem, perſonalem, & ſimplicem. Et ſimplicem uocant, quando terminus ſupponit ꝑ natura, ſiue predicatum fuerit reale, ſiue intentionale. Perſonalem uocant eam quam, & tu. Materialem autem multis modis accipiunt: B. Hæc quia parui ſunt momenti, preterimus. Illi uocant ſimplicem unomodo, quando uidelicet terminus ſtat pro natura reſpectu cuiuſcunqꝫ predicati. Nos uocamus ſuppoſitionem ſimplicem, quando ſubiectum ſtat incomunicabiliter pro ſe duntaxat, ita ut predicatum tale nõ poſſit ea ratione qua ſibi ineſt, neqꝫ de ſuperiori, neqꝫ de inferiori, neqꝫ de ſibi æquali uel eodem dici. Vt homo eſt ſpecies. Subiectum ſtat pro homine ſolum, & nõ pro animali, neqꝫ pro Catone, neqꝫ pro rationali, neqꝫ ꝑ admiratiuo. Ipſi uocant ſuppoſitionē naturalem, quando terminus comunis ſtat pro quibuſcunqꝫ ſuppoſitis. Nos naturalē dicimus quando terminus comunis ſtat pro natura, & non reſpectu predicati intentionalis, ſiue modi intelligendi: P. Videris omnia enucleaſſe.

Circa eandem pro rudioribus ponit tria documenta. B. Cap. XII.

ACutioribus ſiquidem illa ſuffeciſſent ſatis. Pro illis tamen qui pinguioris ingenii ſunt, ponimus hæc documenta. Primum eſt. Signa uniuerſalia affirmatiua terminum comunem immediate ſequentem (Nam ſingularis neqꝫ diſtributionis neqꝫ cuiuſuis confuſionis eſt capax) diſtribuunt mobiliter, ut ipſi ſuperflue addunt. In alio uero extremo, & uniuerſalitate ſequentem confundunt confuſe tantum: ſtat. n. pro natura. Sed an mobiliter, uel immobiliter uidebitur. Vt Omnis homo eſt ſubſtantia. P. Scio quo pacto extrema uniuerſalis affirmatiuæ ſupponant, licet de predicato dubitetur: B. Si pridicatum fuerit uniuerſale abſolute ſumptum confuſe naturaliter, hoc eſt pro natura, ſine deſcenſu. Nam ibi de multis unum comune, non ſingulare affirmamus, dicendo: Omnis homo eſt animal. Sed ſi diceremus: Omnis homo eſt aliquod animal (Quæ tamen ſit uera, uidebitur) predicatum ſtaret confuſe tantum immobiliter. Nam ſub predicato poſſemus deſcendere diſiunctim: P. Pulchrum documentum. Secunda & alia dic. B. Secundum documentum eſt huiuſcemodi. Dictio excluſiua primi ordinis, ſe tenet e contrario uniuerſali affirmatiuæ. Sic. n. ſupponit ſubiectum illius excluſiuæ ſicut predicatum uniuerſalis affirmatiuæ. Et predicatum excluſiuæ, ſicut ſubiectum uniuerſalis affirmatiuæ. Nam ſi dixerimus. Tantũ animal eſt homo: Dicimus, Omnis homo eſt animal. Nullus. n. non animal. P. Dic & tertium ſi lubet documentum: B. Signa uniuerſalia negatiua talem facientia enunciationem, tam ſubiectum quam predicatum confuſe diſtributiue confundunt: Nam dicendo, Nullus homo eſt Ceruus, Dico naturã Ceruinam ab humana remoueri: P. Si dixero. Nullus homo eſt aliqs Ceruus. Quid negatio ex parte predicati diſtribuit. B. Remouendo quodlibet ſingulare determinatum indeterminate ſumptum naturæ Ceruinæ ab omni homine diſtribuit ipſa natura Ceruina predicatꝫ

in quo uis ceruo. Nihil. n. quod eſt aliquis Ceruus dicitur de quocunque homine. Et te iam uides quo pacto illud predicatum diſtribuitur: P. Video quod dicendo. Aliquis Cer uus eſt animal. Ceruus tantum eſt ſubiectum Et ſignum aliquis facit illud ſtare pro in diuiduo uago ſine ulla diſtributione. Dicendo uero. Nullus homo eſt aliquis Ceruus ipſum ſignum aliquis eſt pars predicati & diſtribuitur, put diximus. Nihil namque quod eſt aliquis Ceruus dicitur de ullo homine. Nullus igitur homo eſt ullus ceruus. Si di xero. Nullus homo Ceruus ē. Vel nullus homo aliquis ceruus eſt qualiter predicata ſupponunt: B. Sunt uniuerſales negatiuæ de inconſueto modo loquēdi. Ponatur igiť uerbum ante predicatum. Et eo modo ut plurimum Philoſophus ſuas orationes pro ponit. Sed ſi eſſent de ſecūdo adiacente poſſent habere alium ſenſum. Et tunc Ceruus ſeu aliquis Ceruus non eſſet predicatum: P. Dicito ſi aliud occurrat.

## Circa eandem rem ponit etiam reliqua documenta. B. Cap. XIII.

Quartum documentum. Gradus comparatiuus. Et ſuperlatiuus. & hæ dictiones ita ſicut differt aliud. nō idem. egeo. careo. ſine terminum ſequentem. & a parte poſt rectum cōfundunt (ut aiunt) diſtributiuę. uirtute negationis in ipſis incluſæ. Sed de hiis ſuis in locis: P. Ablati uum tamen quia comparatiuo ex natura caſus regitur dicunt ſtare cōfuſe diſiunctim. Vt ſum maior te tribus digitis ſiue palmo. Sed da & alia documenta. B. Quintum documentum. Dictio exceptiua ſuum caſuale ſiue id quod excipit confundit confuſe diſiunctim ſecundum aliquos ſi capax ſit confuſionis. Secūdum alios diſtributiue. Vt omne animal preter hominem eſt irrationale. De quo dicam in ſuo loco. Eodēmodo determinis cōnotantibus actum mentis. De incipit & deſinit. De ſemper & ab æterno. Suo in loco patet: P. Quid de copulato diuiſim ten to. Vt Romæ & Florentiæ uenditur Lana uel Piper: B. Aiunt ly piper ſtare confuſe diſiunctim. Sed melius ē (quis etiam illud tolerari poſſit) ut ſtet pro natura quæ una quis non eadem numero uenditur Romæ & Florentiæ. Eadem tamē ipſa uenditur. & eſt in mille locis ſimul. Si tamen diceres. Romæ & Florentiæ uenditur aliquod piper ſta bit confuſe diſiunctim: P. Quid eſt modo Copulatim: B. Talia ſunt (aiunt) ſubie cta qualia ut ſint permittunt bonum predicata. Et tu dic latius. Taliter accipiēdi ſunt ter mini in oratione qualiter permittunt eis adiuncta. Cum ergo aliquod ſignatum ſiue de terminatum piper pluribus in locis ſimul eſſe & uendi nequeat. Idcirco in hac. Romæ & Florentiæ uenditur aliquod piper. Oportet ut predicatum ſtet confuſe uel indetermi nate: Si debeat eſſe uera propoſitio. Hæc enim falſa. Aliquod piper uenditur Romæ & Floren tia. Quia in ea ſubiectum pars ſubiecti ſicut erat predicati. Et hanc uide ſ cauſa huius differentiæ uirtute copulati corporis poſterior falſa. Nam predicatum ſigno particulari in regimine indeterminate poſſit ſtare confundi. Et tamen ab illo copulato quod locatū diſtantia in quo copulat corpus ſimul eſſe nequit copulat confundi uidetur. Ta mē ſecūdum ſtat indeterminate poſſit ſteriſi. Nam ſi fiat una cathegorica de ſubiecto

copulato ſic Romæ & Florentiæ ſimul uidelicet copulatim uẽditur aliquod piper. Capitur in ſenſu compoſito & eſt impoſſibilis. Si uero fiat una copulatiua Sic Romæ uẽditur aliquod piper Et Florentiæ uenditur aliquod piper Capit in ſenſu diuiſo Et eſt uera. Quia certum eſt Romæ uendi aliquod piper. Et Florẽtiæ ſimiliter. P. Quæro An uera ſit illa Regula ut particularis enunciationis tam ſubiectum q̃ predicatũ ſtet determinate ſi ſint termini comunes: B. Si dixero Aliquis homo eſt animal aut albus. Predicata ſtant pro ſignificato primario. Si autem dixero Aliquis homo eſt aliquod animal predicatum non ſtat pro natura propter notam illam Nec tamẽ uidetur ſtare pro determinato ſingulari licet indeterminate. Sed pro indeterminato ſic ut ſi deſcenditur deſcendatur diſiunctim non diſiunctiue. Si.n. ſtaret pro determinato ſingulari licet indeterminate tunc ly aliquod non eẽt pars predicati Quod etiam ipſi negant. Dicũt n. ꝙ aliquis & omnis poſita ex parte predicati ſunt pars ꝑdicati Poſita uero ex parte ſubiecti non ſunt pars ſubiecti. Senſus eſt igitur Aliquis homo eſt ens Aliquod animal uel eſt res quæ eſt aliquod animal. Puta homo. Similiter Plato eſt aliquis homo. Senſus eſt: Plato eſt res quæ ſit aliquis homo. Et ſi forſan poſſit uerificari pro determinato indeterminate. Tamen ex ſui natura uidetur ſtare & poni confuſe Si ſignum ſit pars predicati & non ſignum ſolum: P. Proſequenda ſunt iam incepta.

### Proſequitur reſiduum: Et inquirit. Qualiter terminus poſſit ſtare diſtributiue & immobiliter. B. Cap. XV.

Aduerbia numeralia ut bis & ter: & alia eiuſdem generis confundunt confuſe tantum mobiliter ſeu diſiunctim. Vt ille bis bibit uinum Alius ter comedit panem Vinum namq; & panis ſtant pro natura de qua illud uerificatur ratione plurium ſuppoſitorum. Quamuis.n. aliquod uinum determinatum & aliquis panis determinatis non poſſit bis aut ter bibi ſeu comedi uinum tamen & panis etiam centies ab omnibus & ab eodem bibi & edi poteſt. P. Verum eſt id. Sed ut illa aduerbia confundant nõ uidetur uerum. Nam ſi dixero Bis uidi hominem. Ter percuſſi equum Nõ cõfundunt. Igit nec alias. B. Nõ diſplicet obiectio Potius itaq; illa uerba eiuſmodi actiones denotantia confundunt. Non poteſt.n. bis aut ter idem panis comedi aut uinum bibi. Poteſt tamen idem numero centies percuti & uideri & amplecti. Similiter ſi dixero preſupponendo æternitatem mundi uel intelligendo poſt creationem. Semper abſolute uel a principio creationis fuit dies. Aut homo. Stat pro natura ratione innumerabilium ſuppoſitorũ. Si dixero Semper fuit aliqua dies uel aliquis homo. Sẽſus eſt ꝙ ſemper fuerit res quæ dies uel homo dicebatur. Nec determinat ad ullum indiuiduum Sed ponit diſiunctim hãc uel illam diem hũc uel illum uel illum hominem. Similiter ſi promiſero æquum aut pecuniam promitto naturam illam de qua tamen illud uerificari nequit niſi ratione alicuius ſingularis tamen indeterminate ſumpti. Sic & reliqua inſpicias acutius & agnoſces ſi deſcendere liceat & quo pacto: P. Aiunt ſi modus faciẽ

ſenſum compoſitum, cadat ſuper terminum diſtributum, faciet eum ſtare diſtributiue
immobiliter. Vt ſi dixero: Neceſſario Omnis homo eſt animal, non licet (aiunt) deſcē
dere ſub ſubiecto. Sed ego non capio ut diſtribuat uere pro omnibus, & pro illis nō ue
rificetur. Diſtribuere. n. ē predicatum omnibus tribuere, Et ſi de nullo eorum dicatur,
nulli tribuitur. Et ſuperius diximus uniuerſalem nihil aliud eſſe ꝙ coadunationē ſufficien
tem omnium ſingularium: P. Quidam rationem eiuſmodi affert. Intellectus dicens
poteſt ferri ſuper aliquam multitudinem, nullum indiuiduum illius multitudinis con
cernendo. Et ſic fertur in illa uniuerſali. Neceſſario, omnis homo eſt animal: B. Non
incongruū quidem, ut ſic feratur intellectus. Veluti quādo hoc nomen militia ſiue exer
citus imponit. Sed cum diſtribuit, non ſic fertur. Dicēdo. n. Omnis homo fertur ſuper
unum quemq; hominem, & unumquemq; talem dicit: P. Si deſcendemus dicūt par
ticulares falſæ erunt. Nō. n. uerum eſt ut hic homo ſit animal neceſſario, & ille ſimili
ter: B. Illæ particulares uidentur ueræ, abſtrahendo ab exiſtētia. Quod ſi ſint falſæ ex
eo quia concernunt exiſtentiam Neq; uniuerſalis illa eo modo erit uera. Quæ ſicut ali
quando fuit falſa. Ita pōt iterum eſſe falſa. Ille tamen modus non cadit ſuper ſubiectum
diſtributum, ſed ſuper propoſitionem totam. Eſt. n. ſenſus. Hæc propoſitio eſt neceſſa
ria. Omnis homo eſt animal. Poſtq. n. intellectus formauit illam propoſitionem. Oīs
homo eſt animal: Poſtea conſiderat an ſit uera & neceſſaria. Et dicit ꝙ ſic. Non itaq; ille
modus cadit ſuper terminum diſtributum, hoc eſt ſuper ſubiectum illius uniuerſalis.
Sed ſuper totam propoſitionem. Quæ tamen ibi non eſt propoſitio, aut oratio, ſed ter
minus complexus. Et ſubiectū huius enunciationis, Hæc, omnis homo eſt animal: eſt
neceſſaria. Et ſupponit pro ſeipſa reſpectu ſignificati formalis. Aduerte ad ea quæ pau
lo ſuperius diximus. & confer cum illo quod in principio ſecundæ partis Dialecticæ de
oratione attulimus: Et ex hoc illud clarius pcipies: P. Nota cōditionis & rōnis (aiūt)
immobilitant etiam terminos diſtributos & precedētes: B. Dicendo, Si omnis homo
eſt albus: Omne riſile eſt album, poſſumus deſcendere ſub ſubiecto copulatim. Et hi
ſunt omnes homines. Ergo ſi hic & hic & ſic de aliis eſt albus. Omne riſile eſt album,
Et ſub predicato. Et hæc ſunt omnia riſilia, Ergo ſi omnis homo ē albus. Hoc & hoc
riſile: & ſic de aliis eſt album. Si uis etiam ſub utroq; ſimul deſcendere copulatiue pote
ris, Sat eſt, ut pro illis fiat diſtributio, & per conſequens, ut non ſtet imobiliter: P. Hi
ignorabant quartam ſcalam. Placent ad modum ea quæ addis, Sic. n. Ceſſabit admira
tio, cur negatio quæ maligniſſimæ naturæ ſuper precedentia nullā uim habeat, & hæc
alia habeant. Nil. n. ſuper precedentem terminum uires exercebit: B. Illo modo contra
eos dicere poſſumus. Tamen nota conditionis, & rationis, non cadit ſuper terminos di
ſtributos, ſed ſuper totam hypoteticam, uel totam conſequentiā. Eſt. n. ſenſus. Si hæc
Omnis homo eſt albus, ſit uera, Et illa. Omne riſile eſt albū, erit uera. Et ille ſupponūt
pro ſe ipſis, ut ſigna ſunt Reſpectu tamē ſignificati formalis. Similiter, Omnis homo ē
albus. Igitur Omne riſile eſt album, Hoc ē dato, ut hæc Omnis homo eſt albus, ſit ue
ra Et illa Omne riſile eſt album erit uera. Notæ igit illæ non immobilitant terminos
diſtributos, & precedentes ut ipſi autumant, ſed faciunt ut orationes ſupponant pro ſe

ipſis ſignis reſpectu ſignificati formalis. Vnde loco illarum uniuerſalium poſſunt poni oẽs ſingulares, hoc modo. Si hæc: Hic homo, & ille homo, & ſic de ſingulis eſt albus, eſt uera. Et illa. Hoc riſile eſt album, & illud, & ſic de aliis, erit uera. Nõ ergo immobiliter ſtabant, ex quo pro ipſis ſingularibus ſupponebant. P. Subiectum exceptiuæ quo pacto tenebitur quom ſit terminus comunis diſtributus. B. Aiunt quod ſtat diſtributiue immobiliter. Nos uero dicimus quod ſtat diſtributiue mobiliter, hoc modo. Omne animal preter hominem eſt irrationale. Et hæc ſunt omnia animalia preter hominem: Ergo hoc animal, non homo, eſt irrationale, & hoc animal non homo, eſt irrationale. Et ſic de ceteris: P. Pars extra capta ſi fuerit terminus comunis, qualiter: B. Quidam aiunt confuſe diſiũctim. Alii diſtributiue mobiliter. Sed tu dicito cõfuſe naturaliter. Stat. n. pro natura. Sed ex ui predicati uidetur ſequi ut nullus homo ſit talis. Et tunc copulatim deſcẽdes: Omne animal preter hominẽ, eſt irrationale. Et hii ſunt omnes homines. Ergo omne animal preter hunc, & hunc hominem (& ſic de reliquis) eſt irrationale. Verum ſi predicatũ non negaretur uniuerſaliter de parte extra capta, tunc non poſſet accipi diſtributiue. Vt ſi preſupponẽdo diceremus, Omnis fœmella preter mulam eſt fœcũda. Et aliqua mula peperiſſet, ut nuper in ſtabulo Cancellariæ, Neq; poſſemus deſcendere copulatim aut copulatiue, ſed ſolum diſiunctim, uel diſiunctiue. Vel diceremus ſic. Omnis fœmella preter mulam ut plurimum ſterilem, eſt fœcunda. Si quoq; pars extra capta fuerit terminus diſcretus deſcende ſic. Omnis homo preter caliam diſputat. Et hi ſunt omnes homines. Igitur hic homo non calias, uel alius a calia diſputat. Et ille non calias. Et ſic de aliis: P. Dicendo, ſi Sol eſt ſuper terram, dies eſt, quõo. B. Dies pro natura ſtat, ſed rõne diei indeterminate. Hic quoq; Si homo currit, Animal currit. Subiecta ſtant pro natura. Ratione tamẽ ſingularium. He tamen uidentur pro ſeipſis ſupponere: quia ſigna ſunt. Et omnes eiuſmodi uidentur ſupponere diſcrete. Quia ſubiecta ſunt ſingularia. Si hæc eſt uera, Et illa: Aduerte bene, & pro his, & pro ſuperius poſitis, & conſimilibus. P. Si dixero Homo nõ eſt omne animal, quid de predicato. B. Stat determinate (aiunt) non diſtributiue. Quicquid. n. mobilitat immobilitatum, immobilitat mobilitatum. Et quicquid diſtribuit non diſtributum, indiſtribuit, ſiue determinat diſtributum. Sed melius eſt ut totum predicatum, uidelicet ens, Omne animal, uel res quæ ſit omne animal, ſtet confuſe non diſtributiue, ſaltem pro ſui principaliori parte, hoc eſt pro animali, quia altera pars nõ per ſe ſignificat: P. Ex hiis omnibus id colligo. Terminum ſtare omnino immobiliter, Et pro primario ſignificato, accipi ſolum, quando ſupponit ſimpliciter: B. Recte, Tunc. n. ſtat incomunicabiliter omnino: P. Si quis dicat. Vidẽs omnem hominẽ eſt animal. Et æquus cuiuſlibet hominis eſt albus, quo pacto ſtant predicata: B. Non determinate (ut aiunt ipſi) ſed confuſe naturaliter, Quam non poſſit id ſibi cõpetere rõne alicuius determinati ſingularis. Neq; ſubiectũ ſtat diſtributiue, quis pars ſubiecti uideatur diſtributa: B. Non omnis homo eſt albus, duo diſtributiua faciunt ſtare determinate ſubiectum: B. Non eſt ea ratio ibi. Sed quia negans illam uniuerſalem, concedit contradictoriam particularem. Quare non omnis homo, non, ſignificat primarie, idem quod aliquis homo non, Sed hæc ſequitur ex illa. Similiter di

[illegible] homo non est iustus. Infero hanc Omnis homo [illegible]: Vt patet in aequipollentiis. P. Scio omnem enunciationem [illegible] distribuit. B. Signum alterius partem praedicati distribuere uidetur. Subiectum illius ego. Praedicatum. Sciēs omnem [illegible] intelligit substantiuum res sciēs. Quod quidem stat confuse. Et additur [illegible] sciens quia omnem enun[illegible] [illegible] [illegible]. De hoc in loco [illegible] P. Dicares cuperem de relatiuorum suppositione.

## Cap. XVI. B.

Relatiuum [illegible] (de quo nobis est sermo in presenti) est rei cuiuspiam [illegible] [illegible] sermonis ambigui[illegible] [illegible] Grammaticus [illegible] Aiax [illegible] Et Aiax pugnauit. Du[illegible] [illegible] idem homo [illegible] Homo disputat. Ho[illegible] [illegible] Sed si addideris Et ille idem pugnauit uel [illegible] idem currit clare perspicies. [illegible] & sic ipso re[illegible] [illegible] P. Grammatici [illegible] B. Ea ratione qua locutionis con[illegible] [illegible] Sed ea [illegible] dialecticis considerantur. Ac etiam quia [illegible] quandoque ueritas aut falsitas orationis. Vt hic Cato [illegible] opus est dialectico illud cognoscere ibi enim [illegible] fallacia [illegible] compositionis & diuisionis. P. Dauide.

B. Relatiuorum [illegible] quoddam
- per modum [illegible] substantiui ut qui & alius.
- per modum accidentis seu adiectiui ut tal. & tā.

Relatiuum [illegible] per modum [illegible] quoddam
- Idemptitatis ut qui quae quod quus.
- Diuersitatis ut alius alter reli[illegible]

Relatiuorum Idemptitatis quoddam
- Reciprocum ut meus tuus suus & suise.
- Non reciprocum ut ille iste.

Reciprocorum quoddam
- Possessiuum ut meus tuus.
- Non possessiuum ut sui sibi se a se.

Relatiuorum [illegible] accidentis quoddam
- Idemptitatis in accidente non in substantia ut talis & tātus & alteriusmodi.
- Diuersitatis in accidente non in substantia ut aliuscemodi.

Relatiuorum Idemptitatis accidentalis quoddam
- Qualitatis seu potius per modum qualitatis & trāscēdētis ut talis
- quātitatis et trāscēdētis ut tāt. & tot.

Et eorum quae sunt quātitatis quoddam
- Cōtinue uel per modum cōtinui ut tātus
- Discrete uel per modum eius ut tot.

Solet etiam ſic ſubdiuidi.

Relatiuorum ſubſtantiae identitatis. Alia — Nomina ut qui quis quid. / Pronomina ut ille idem.

Relatiuorum identitatis ſubſtantiae. Alia — Reciproca ut ſui ſibi ſe. Et / Non reciproca ut ille idem.

Reciprocorum. Alia — Poſſeſſiua ut ſupra. / Non poſſeſſiua ut ſupra.

P. Cur dicuntur illa reciproca. B. Reciprocum ab eo quia reciprocat quod dicitur. Nam unde profectum eſt illuc redit. Vt dicendo Plato amat ſe. Amor a Platone prodit & in Platonem redit: & hoc eſt proprie reciprocum. Nam ſi Plato amet Catonem & Cato ipſum redamet eſt potius amor mutuus quam reciprocus. Ex eo autem quia porrectum illi reporrigitur ab illo dici poteſt amor reciprocus. Proprie tamen eſt quando ab ipſomet ad ipſummet redit. Vt eundem omnino. Vt eundem in natura ſingulari uo in diuinis: ubi eſt ſolum diſtinctio perſonarum ſine ulla diuiſione naturae ſingularis. Quam ob rem ubi non fit talis reciprocatio non eſt utendum relatiuis reciprocis. P. Non igitur docte dicitur. Non eſt ſibi cura diuinorum. Aut ego ſibi dixi. Similiter nec licet dicere. Ego uidi te ſecum in horto. Ego uidi Platonem & diſcipulum ſuum. Sed loco illius reciproci dicendum eſt. Non eſt ei cura. Ego dixi ei. Vidi Platonem cum diſcipulo eius. Vidi te cum illo in horto. B. Bene percepiſti. Sed non nulli in doctrinis aliquam ſeſtant tamen interdum non reciprocis pro reciprocis utuntur. Vt dicendo. Perierunt propter iniquitatem ipſorum. Melius erat dicere. Propter iniquitatem ſuam. Quandoque etiam iſta confunduntur. Vt dicẽdo. Omnes optant quod ſibi utile eſt. Ac eius quod ipſi utile eſt. Sed in primo dicto eſt reciprocatio. In ſecũdo minime. Melius eſt etiam dicere: Laudate eum omnes Angeli ſui quam eius. Vbi uidetur Sui eſſe uocatiui caſus. Similiter Si alicui patrocinium acclamarem dicerem. O amici ſui. O ſocii ſui. P. Mei tui ſui quo differunt a meus tuus & ſuus. B. Tria poſteriora uidelicet meus tuus ſuus poſſeſſionem actiue deſignant. Nam dicẽdo. Vtilitas mea copia mea memoria mea dolor meus faſtidium meum: reddit talẽ ſenſum Vtilitas quam Ego habeo copia memoria dolor faſtidium quod habeo & quaſi poſſideo. Tria uero priora quaſi poſſeſſionem paſſiue denotant. Nam dicẽdo Vtilitas mei. Significat utilitas non quam habeo ſed quae ab aliis de me habetur. Copia mei ſimiliter & memoria mei & dolor mei & faſtidium mei: hoc eſt quod de me habetur ab aliis. Dicendo etiam Haec eſt pars mea. Vt hereditas talis ſeu fundus. Et haec eſt pars mei. Vt manus. Diuerſitas nõ parua eſt. Sed haec miſſa faciamus: P. Aliqui ſic diffiniunt Reciprocum eſt quod ſignificat ſubſtantiam agentem ſub modo patiẽtis. Vel quod eſt ſui ipſius paſſiuum. Sed iam intellexi iccirco dici reciprocum: quia actum agentis in ipſum retorquet. Ita ut ille qui agit ſuam in ſe terminet actionẽ. B. Numquam ergo de ui ſermonis utendum eſt illis caſibus ſui ſibi ſe a ſe. niſi ubi operatio alicuius in ipſummet regrediatur. Quod ſi aliter loquimur illo pronomine abutimur.

Et ſi per

Et ſi per alia pronomina ita loqui uelimus / officium illorum uſurpamus : Pe. Aliqui quærunt Cur ſui non habeat nominatiuum / Et reddunt rationem Quia agens non poteſt ſignificare patiens / ſiue ſub modo patientis / niſi in obliquis. Sed nominatiuus / dicit modum agentis. Et ideo natura Nominatiui / repugnat naturæ huius pronominis / ſui / & ideo non poteſt habere nominatiuum : Beni. Reſponſio in hoc conſiſtit. Nil poteſt poni in caſu nominatiuo quod ſignificat per modum paſſiui (eo quia nominatiuus ſignificat actiue / ſiue per modum actiui) Sed ſui / ſibi / ſignificat paſſiue / ſeu per modum paſſiui. Igitur ſui / ſibi / non poteſt habere nominatiuum. Cui maior conſtat / rationem negare non poteſt. Sed dicito melius & clarius / Sicut ſi actus agentis in alium tranſiret / ille terminus non poſſet poni in caſu nominatiuo. Sed in obliquo. Vt dicendo / Petrus amat Deum / Vel Petrus meminit Dei / Vel tribuit pauperi / Vel recipit ab aliquo. Sic ſi tranſit in eundem / opus eſt ut ponatur in obliquo. Vt ſit regula talis / Nihil in quod actus tranſit poteſt poni / ſeu ſignificare per modum nominatiui : ſed ſolum in obliquo. Sed illa reciproca retorquent actum in agentem. Igitur non poſſunt retorquere niſi ſolum in obliquo : Pe, Nunc te accepi. Sed da regulas ſi quæ ſint : Beni. Relatiua identitatis ſubſtantiæ / non poſſeſſiua / Vt qui / quæ / quod / referunt idem ſecundum ſubſtantiam / ſiue eſſentiam. Vt Plato legit qui dormit / Vel aliquis homo legit qui dormit. Pe. An idem homo numero dormiat / & legat. Beni. Controuerſia eſt / Videtur tamen idem omnino / ex ui ſermonis denotari. Enimuero interdum non poteſt intelligi pro eodem omnino / Vt ſi dixero / Callias ædificat / Et id facit etiam Plato ; Callias eſt albus Et eodem colore / eſt coloratus Plato. Similiter / Mulier ſanauit / quæ percuſſit : Pe. Forſan hæc ſunt potius uſu autorum / quam ui ſermonis uera. Accipiunt quippe idem pro ſimili. Vt ibi Amicorum eſt idem uelle & idem nolle. Aliqui etiam dicunt / ut quando refert idem numero / ſupponit perſonaliter. Quando uero idem ſpecie / ſupponit ſimpliciter / Vel / ut / nos dicimus naturaliter : Beni. Referunt interdum cathegorice / Interdum hyppotetice, Cathegorice / cum in eadem cathegorica utrunque ponitur & antecedens abſolute refert hyppotetice / quom in altera cathegorica ponitur relatiuum & refert antecedēs non abſolute : Sed determinatū ab altero extremo. Exemplum primi / Homo qui legit ambulat. Exemplum ſecundi. Aliquis homo eſt fur / Et tu es ille : uidelicet homo fur. & non ſolum homo : Quia tunc illa copulatiua eſſet uera : Pe. Furem me noui non eſſe / Aliquem tamen hominem conſtat eſſe. Quare falſum eſt. Vt ſim ille homo fur : Et tamen uerba cum ſonum reddunt / Hæc ioco. Sed quo pacto refert hæc. Omnis homo eſt iuſtus / Et ille eſt prudens : Be. Aiunt ſic referre. Et ille. Videlicet / Omnis homo / Non replicando totum. Sed hoc uidetur ſine ratione dictum. Dicerem Igitur poſſe utroque modo referre. Et quom refert replicando totum / eſſe ſenſum compoſitum / Quom abſolute uel ſolum ſubiectum / Diuiſum. Sic & de ſuperioribus poſſet dici. Sic & de illis. Mulier percuſſit quæ ſaluauit, Et Callias ſcribit / Et idem facit Plato.

ut ſint in ſenſu compoſito falſæ, diuiſo autem ueræ. Sic & illa, Aliquis homo eſt qui Et tu es ille. In ſenſu diuiſo utramq; habet ueram. In ſenſu compoſito, Altera ut præſupponitur eſt falſa.

## Cap. XVII. B.

ADmodum acute. Sed quid de eiuſmodi. Homo diſputat qui ambulat. Vel homo diſputat, & ille ambulat &c. Referunt naturam, cui illa prædicata competunt, gratia ſuppoſiti. Et ſiquidem eiuſdem, ſenſus compoſitus eſt. Si alterius, diuiſus. Tamē uerba potius compoſitum prætendunt: Pe. Da ſecundam regulam: Be. Relatiua idemptitatis reciproca non poſſeſſiua, referunt antecedens diſtributum diſtributiue. Vt Omnis homo eſt amator ſui, uel amat ſe. Sed diſtribuuntur ſingula ſingulis. Quia non omnis omnem amat. Sed hic ſe: & ille ſe: & ſic de aliis. Similiter Omnis homo (aiunt) habens patrem colit illum. Stat diſtributiue Referendo ſingula ſingulis. Sed differt. Quia hic antecedens eſt pater Et ſtat pro natura quæ etiā refert. Quamuis ergo id patri competat ratione multorum, actuariorum ſuppoſitorum, & ſic diſtributiue. tamen Oratio denotat naturam coli: Pe. Dic tertiam regulam: Be. Relatiua ſubſtantiæ poſſeſſiua ſtant pro alio q̄ eorum antecedentia. Vt aliquis homo ambulat Et ſuus Equus dormit. Nam ly ſuus, non ſtat pro homine, ſed pro æquo hominis. Quarta regula, Relatiua diuerſitatis ſubſtantiæ, ſemper ſtant pro alio. Vt duorum contradictoriorum, unum eſt uerum ſemper, alterum falſum. Quinta regula. Relatiua idemptitatis accidentis ſtant pro ſimili uel æquali. Vt Calias eſt rubeus. Et talis eſt Cato. Vel Calias eſt magnus, uel bicubitus, & tātus eſt Cato. Similiter Equi quinq; ſunt æqui Platoni. Et tot boues Caliæ. Sexta regula. Relatiua diuerſitatis accidentis ſtant pro diſſimili uel inæquali. Vt Callias eſt probus. Et alteriuſmodi eſt Cato. Sic ubi cubitus, & alterius quantitatis eſt ipſe: Pe. Cuperem noſſe an relatiua ſeruent eandem ſuppoſitionem, quam antecedentia. Hoc eſt Si antecedentia ſtat determinate uel confuſe utrum ſic & relatiua.

## Cap. XVIII. B.

ACcipe hæc documenta. Primum eſt Relatiua idemptitatis ſubſtantiæ ſi referant cathegorice, ſupponunt ſicut & antecedentia. Vt Omnis homo qui ambulat mouetur. Relatiuum ſtat diſtributiue. Et dicendo, Omnis homo eſt animal quod eſt rationale, Stat confuſe naturaliter: Pe. Quo pacto diſtribui, uel confundi poſſibile relatiuum, cum nil ex ſe ſignificet. Relatiua enim eiuſmodi ſunt termini ſincathegorici. Neq; igitur ſupponunt pro ſignificato formali. Neq; reſpectu illius

quom [illegible] non habeant. Et [illegible] ſignificato materiali [illegible] reſpectu illius non ſunt [illegible] ſed termini per ſe ſignificatiui. [illegible] Hic [illegible] moderni [illegible] dicentes ut ſupponere poſſint. Alii ut non poſſint eo quo ſunt termini [illegible] per ſe ſignificatiui. Sed ſuppoſitio non ſolum eſt ſignificati [illegible] termini [illegible] ſignificati poſitio: ſed eſt etiam uarii modi conſignificandi: uel uarii modi ſignificationem prebentis poſitio. Et hoc modo et ſincathegoremata ſupponere poſſunt [illegible] modo conſignificant: uel uarium prebent modum ſignificandi. Vt Omnis [illegible] quando ponuntur ex parte ſubiecti & ex parte predicati. Et [illegible] quando eſt prepoſitio & quando eſt aduerbium. Et aduerbium conſignificat dupliciter. Et nos priorem conſignificationem ſic (quin) Poſteriorem uero (quem) ex [illegible] ſolemus. Prepoſitionem autem [illegible] Relatiua tamen ad terminos per ſe ſignificatiuos [illegible] R. ſecundo enim ea que per ſe ſignificant: ſignificare uidentur. Et [illegible] hic [illegible] pro antecedente uel pro alio ponere & diſcrete determinate, aut confuſe ſtare, & cathegorice uel hypotetice referre. Dilatanda eſt igitur diffinitio ſuppoſitionis. Sic igitur dicendo: Aliquis homo legit qui diſputat. Stat determinate. Et dicendo: Homo legit qui diſputat. Stat confuſe naturaliter. Et dicendo: Calias legit qui diſputat: Diſcrete [illegible] In illa: Omnis homo eſt animal quod eſt rationale [illegible] relatiuum ſtat determinate ut aliqui dicunt. Et ita illam aſſerunt eſſe falſam. Alii uero [illegible] ſtet confuſe ſicut antecedens: & propoſitio eſt uera. [illegible] Vterque ſenſus ex illa colligi poſſet. Sed poſterior eſt rationabilior. Sic: Omnis homo eſt animal: Animal inquam rationale. Quaſi ſpecificando quale animal ſit. Sicut enim uniuerſale poſſumus demonſtrando ſic [illegible] Vnde hic poſſet [illegible] ſenſus compoſitus. Qui uerus ſi rationale ponatur ſpecificatiue [illegible] diuiſus qui falſus ut ſic ſenſus animal dictum de omni homine eſſe aliquod animale [illegible] quod rationale. Secundum documentum. Relatiua reciproca [illegible] poſſeſſiua: ſupponunt eodem modo quo & eorum antecedentia. Vt Omnis homo amat ſe. Ly ſe diſtribuit [illegible] Ponatur antecedens loco relatiui [illegible] hominem [illegible] manifeſte falſa. [illegible] Non diſtribuit abſolute: ſed cum reſpectu [illegible] ad ſingulos. Vt ſit ſenſus: Plato amat ſe: Platonem inquam. Et Calias ſe Caliam. Et ita debitur [illegible] uniuerſalia affirmatiua: cuius predicatum ſtat diſtributiue. Contra regulam ſuperius datam. [illegible] in hac materia exceptionem. Similiter: Omnis homo colit patrem ſuum. Ly ſuum diſtribuit ſingulis. Ly colens ſtat confuſe naturaliter. Et [illegible] predicati uniuerſalis affirmatiue poteſt ſtare diſtributiue non totum predicatum [illegible] Dicendo: Plato diligit filium ſuum. Stabit diſcrete. Et aliquis [illegible] Determinate. Et homo [illegible] Confuſe naturaliter [illegible] R. [illegible] Aſſero [illegible] documentum.

Cap. XIX. P.

Tertium [illegible] documentum. Relatiua [illegible] ſubſtantie ſi referant hypo

poteſtiue ſupponūt ſicut & [illegible]. Vt Calias currit. Et ille mouetur. Aliquis homo diſputat. Et tu es ille. Per ſingulatiuus & determinatiuus uidetur ſtare relatiuum in utroq; exemplo: Be. Determinatiue. Quia cupit eſſe hominem diſputantem eſſe te quaſi demonſtratiue. Et in alia [illegible] per ly ille Calias demonſtratur. Et ſi dicam Aliquod animal currit. Et homo eſt illud: Dico non ſolum aliquod animal currere disiunctiue. ſed etiam oſtendo illud eſſe hominem. Illa enim pronomina referunt & aliquomodo demonſtrant. Similiter ſi dicatur Aliquod animal currit; Et homo non eſt illud, refero animal currens, & oſtendo illud non eſſe hominem, ſed diſtinctiue aliud ab homine. Vt ſit ſenſus Hoc animal (nō homo) eſt currens. Vel hoc animal (non homo) eſt currens: P. Dicendo animal currit. Et tu es illud. Vel & homo eſt illud. quomodo refert: Be. Animal ſtat confuſe naturaliter. ut ſaepius declarauimus. Relatiuum uero denotat animal currēs eſſe te uel hominem indirecte. Vel te aut hominem eſſe animal currens predicatione directa. Cum enim dico Animal currit. Et illud eſt homo. Eſt predicatio indirecta. Cum uero Et homo ē illud. Directa. Quare relatiuum illud refert naturam de qua curſus dicitur & demonſtrat eam. Non enim ſolum indiuidua demonſtrantur, ut plerique [illegible]: Pe. An haec ſit uera Aliquis homo eſt. Et omnis homo eſt ille: Be. Minime: Sicuti neq; haec. Aliquis homo eſt Rex. Et omnis homo eſt ille: Denotat [illegible] omnis homo ſit aliquis homo qui ſit uel qui ſit Rex. Ac ſi diceremus. Omnis homo eſt unus homo ſignatus & determinatus quamuis indeterminatus: P. Si diceremus Aliquis homo eſt: Et quilibet homo eſt ille. i. aliquis homo exiſtens. Ponendo antecedens loco relatiui. Vera eſt. Saltem diſtribuendo pro preſentibus: B. Ponendo antecedens loco relatiui uariatur ſenſus. Et ipſe relatiuum determinatiue ſtat antecedente ſuo. Quia pro ſingulis [illegible] Et ipſum poſitum ibi confunderetur. Quare cum [illegible] modo ſuppoſitio uariatur [illegible] in ſenſum tranſitur, non eſt ponendum antecedens loco relatiui. Falſa eſt igitur illa oratio: Sed in exemplo altero id magis conſtat dicendo. Aliquis homo eſt Rex: Et quilibet homo eſt ille. Nam ſiue referat in ordine ad totam compoſitionem, ſiue ad ſolum ſubiectum ſemper eſt falſa: Pe. Puto neq; hanc eſſe ueram. Aliquis homo eſt. Et nullus homo eſt ille. Sed non unquam. Quia duae contradictoriae poſſunt eſſe ſimul falſae: B. Accepiſti ut oportet: Pe. Accipio & id predicatum uniuerſalis negatiuae hic ſtare determinate: Be. Dicendo. Nullus lapis eſt Plato. Stabit diſcrete. [illegible] non confundibile confundi poteſt [illegible]: P. Si dicatur. Omnis homo eſt animal. Et ille idem eſt riſibilis. Refert ne diſtributiue: Be. Videtur diſtribuere [illegible] unumquemque hominem commemorando & quaſi ſingulos demonſtrando. Sed ſi ſtaret determinate falſa eſſet: Pe. Si dixero Omnis homo eſt animal. Et illud eſt rationale. Eſt ne oratio uera: B. Si referat determinate. hoc eſt pro aliquo animali quod ſit omnis homo falſa eſt. Si ſtet pro aliquo animali. non referendo totam compoſitionem. Vt ſit ſenſus. Omnis homo eſt animal. Et aliquod animal eſt rationale. Vera eſt. Si autem referat ipſum animal cum compoſitione. ſic & illud uidelicet animal quod de omni homine dicitur eſt rationale

adhuc erit uera. Animal.n. dicitur de omni homine, Et animal est rationale. Si etiam re ferat solum animal, manifeste uera erit. Et hii duo modi posteriores magis placent: P. Hiis duobus modis nō uidetur referre limitatius. B. Immo refert: P. Limitatius cōfuso est determinatum. Ergo refert determinate, Et ita oratio falsa: B. Sicut terminus immediatus limitatius exprimit q̄ mediatus (ut hic ambulat) notius ē q̄ Plato. Vel homo ambulat. Ita hic Omnis homo est hoc animalis natura demonstrata, Vel Omnis homo est illud eadem demonstrata, est dicere limitatius, q̄ dicere est animal. P. Dicendo est hoc, uel illud, singulariter stat: Be. Falsum id, Stat enim pro quo demonstrat, hoc.i. animal. Vnde etiam natura hominis demonstrata, Vt hoc.i. homo, est animal facit propositionem indefinitam, non singularem: Pe. Non sunt uulgaria haec. Sed progredere.

## Cap. XX. B.

Restat quartum documentum. Relatiua diuersitatis substantiae supponunt prout exigit situs uel signum, Et interdum supponunt eodem modo quo antecedens. Vt unus homo ambulat, Et alius disputat. Similiter, Omne animal sanum currit, Et omne aliud iacet. Omnis homo Christianus saluatur, Et omnis alius damnatur. Interdum supponunt aliter. Vt aliquis homo est risibilis, Et nullus alius est irrationalis, relatiuum supponit distributiue. Hic autem Omnis Christianus saluabitur, Et alius damnabitur, Relatiuum stat determinate, Nisi suppleatur, & alius, omnis uel & omnis alius. Quintum documentum, Relatiua quaecumque accidentis supponunt eodem modo secundum exigentiam sui signi uel situs. Vt aliquis homo ē rubeus Et talis est fidelis. Stant eodē modo. Similiter & hic, Omnis rubeus est coloratus, Et nullus talis est niger, Hic uero, Aliquis Cignus est albus: Et nullus aethyops est talis. Relatiuum stat distributiue. In hac autem Coruus ē niger, Et omnis aetyops est talis, Relatiuum stat confuse naturaliter. In hac tamen, Omnis Cignus est albus, Et talis est uxor, uel & talis non est Coruus uidetur relatiuum stare determinate. In hac item Aliquis Coruus est niger, Et alterius modi est Cignus, stat cōsimiliter, Quia denotatur alterius ratio his colore, siue alio colore sit coloratus Cignus. Dicendo autem, Et non huiuscemodi est Cignus: Relatiuū stat confusiue: Quia sonat ut nullo tali colore sit coloratus Cignus. Sic dicito de tantus sicut de talis suo modo. Vt Aliqua linea est bicubita, Et tanta est superficies. Omnis linea est tricubita, Et nullum corpus est tantū. Cetera proprio ingenio perspicies: P. At num relatiua pro eodem significato semper stant pro quo & antecedentia, siue illud sit materiale, siue personale, aut nostro uocabulo formale: B. Sextum documentum eam ob rem accipito, Relatiua semper referunt & rememorant significata suorum antecedentium, siue illa sint formalia, siue materialia, siue per figuram, aut sine figura. Non tamen relatiua ipsa usq̄ stant materialiter. Vt si sic dicero, Animal est trissyllabū, Et illud ex litteris constat. Refert ly animal, Sed ipsum relatiuum non stat pro seipso. Sic.n. esset nomen absolutum, & nihil referret, Vnde ly

illud non eſt relatiuum? P. Ait quidam/ Homo eſt ſpecies/ Et illud eſt nomen/ Vtrũq; ſtat materialiter/ tam relatiuum/ q̃ antecens? Be. Cum hominem dico ſpeciem/ aut animal genus/ Predicata unio ſignificatis formalibus. Non uocibus. Nã & in mẽte/ illa ita concipiuntur/ & in omni lingua. Ly quoq; animal/ nõ eſt genus. Neq; ly homo/ eſt nomẽ. Quãuis hæc dictio hõ/ ſit nomen. Sic intelligẽdo/ ut ſuperius declarauimus/ quia tales intentiones competunt uocibus/ ut ſigna ſunt/ non ut ſignificata/ Vnde uidetur differre/ ly homo/ Et hæc dictio homo. Ly. n. demõſtrat eam uocem/ ut ſignificatũ quoddam/ ſiue ut rem quampiam. Hæc dictio/ denotat eandem/ ut ſignum. Vnde Ly homo eſt biſſyllabum/ Et hæc dictio homo/ eſt nomen. Similiter hoc/ homo/ uel iſtud/ aut illud/ rem demonſtrat. Hoc uocabulum homo/ ſignum ipſum. Errat igitur qui in illa oratione hominem ſtare materialiter putat. Nam quom dicimus/ Homo ẽ ſpecies/ aut animal genus/ neq; pro ſignificato materiali/ neq; pro ſigno illud dici intelligimus. Falſum quoq; eſt (ut diximus) relatiuum ſupponere materialiter/ Et eſt expreſſa cõtradictio/ Quia ſi refert/ non ſtat pro ſe uoce/ uel ſcripto. Et ſi ſtat materialiter/ ſtat pro ſe/ & non refert? P. Quot modis his relatiuis fit ſenſus compoſitus & diuiſus?

## Cap. XXI. B.

PRimo quotiens relatiuum poteſt referre ſolum antecedens abſolute/ & ipſum in ordine ad predicatũ/ fit ſenſus uarius. Et primo modo eſt diuiſus/ Poſteriori cõpoſitus. Vt omnis Equus currit/ Et ille mouetur. Si referat & omnis æquus mouetur/ diuiſus eſt. Si & omnis homo currens mouetur/ Cõpoſitus. Secundo/ Quotiens relatiuum identitatis ſubſtantiæ/ ſtat pro eodem numero/ Compoſitus eſt. Quotiens pro eodem ſpecie/ uel genere/ Diuiſus. Vt lignum mortem intulit/ quod ſalutem attulit. Si ſtet pro eodem numero Falſa. Si pro eodem ſpecie/ uel genere/ Vera. Tertio modo/ Quotiens relatiuum qui/ quæ/ quod refert prædicatum uniuerſalis affirmatiuæ/ Vt omnis homo eſt animal/ quod eſt rationale. Si namq; relatiuũ ſpecificet ipſum animal/ quale ſit/ facit ſenſum compoſitum. Si uero determinate ſtet/ ſenſum diuiſum. P. Mihi uidetur q ex ui uerborum potius ſtet ſpecificatiue. Sed procedo? B. Quarto/ Quotiens relatiuum ille/ illa/ illud refert prædicatum uniuerſalis affirmatiuæ. Vt Omnis homo eſt animal: & illud eſt rationale. Si. n. ſtet determinate/ erit ſenſus diuiſus/ & oratio falſa. Si referat naturam/ erit compoſitus: & oratio uera? P. Mihi uidetur ut hoc ſecũdo modo referat: Sed illi decipiuntur/ Quia ſola ſingularia poſſe demonſtrari crediderunt. Cuius oppoſitum iam declaraſti? B. Quinto/ Quotiens relatiuum qui/ quæ/ quod/ reſtringit antecedens/ & ampliat/ Quando. n. ponitur iuxta ipſum/ reſtringit/ & ſenſum facit compoſitum. Quando poſt uerbum/ ampliat/ & facit diuiſum. Vt Omnis homo qui eſt iuſtus/ eſt prudẽs/ Facit ſenſum compoſitum: Non. n. dicit omnem hominem prudentem/ ſed omnem hominem iuſtum/ eſſe talem. Dicendo autem Omnis homo eſt iuſtus qui eſt prudens/ denotat omnem hominem eſſe iuſtum/ & omnem eſſe prudentem

terni:P. Sed quomodo differunt hii ſenſus:B. Sẽſus uarius eſt/quicquid ſit de ſitu. Cõgruũ eſt eo modo ſitum obſeruare. Fiatq; id etiam ſi ratio euidens non cogeret ſtudii noſtri edicto:P. Eſt ne alius modus:B. Sexto/Quotiens relatiuum qui/quæ/quod/reſoluitur in relatiuum ille/illa/illud. Vt Aliquis homo currit qui mouetur. Aliquis homo currit/& ille mouetur. Omnis homo eſt animal quod eſt rationale. Omnis homo eſt animal/& illud eſt rationale:P. Quando eſt diuiſus:B. Quando reſoluitur in ille/illa/illud/dicitur ſenſus diuiſus: Alter autem compoſitus. Sed hæc de relatiuis:P. Dicito aliquid de ampliationibus.

## Cap. XXII. B.

AMpliatio eſt termini ſupponentis reſpectu ſub eo contentorum/aut reſpectu diuerſorum temporum dilatatio. Exemplum primi/Homo poteſt currere. Exemplum ſecundi/Aliquis homo erit/Et aliquis fuit. Duæ ſunt ergo ſpecies ampliationis/Vna quãdo terminus dilatatur pro pluribus/ſub ſe contentis. Vt dicendo/Aliquis homo currit/Subiectum extenditur ad plura q̃ quando dico/Aliquis homo albus currit. Altera quando extenditur ad plures differentias temporis:P. Videtur q̃ Ampliatio & reſtrictio competat terminis quando ſolum ſupponunt perſonaliter/non autem ſimpliciter/aut naturaliter:B. Quando predicatur intentio ſecunda ſumpta ut modo aliis de prima uel de ſecunda ſumpta/ut quid non poteſt fieri ampliatio aut reſtrictio/quia predicatur incommunicabiliter. Quando autem predicatur naturaliter/ſic ut ſtet pro natura. Et predicatum in ſui ratione naturæ/tunc ſtat ampliſſime. Ex ui ſignificationis ſuæ. Vt dicendo/Homo eſt animal/ac etiam/omnis homo eſt animal: ſtat ſubiectũ pro omnibus inferioribus etiam poſſibilibus. Quando ergo terminus ſupponit naturaliter/tunc ex ſui natura ſtat ampliatiue. Reſtringitur autem per additionem alterius termini. Vt ſi dicerem Omnis homo albus/uel homo albus ẽ animal: Et talis ampliatio dicitur ex ſe. Aliæ quæ fiunt gratia alicuius adiuncti/dicuntur ampliationes per aliud/ut diximus in regulis. Poteſt etiam terminus ſupponere pro natura reſpectu predicati quod ſibi competit ratione ſuppoſiti. Et poteſt ſtare ampliatiue & reſtrictiue. Vt homo currit/& homo albus currit. Et ſic utraq; iſtarum eſt uera. Terminus ſupponens naturaliter poteſt ampliari & reſtringi/ut iam diximus. Sed hoc fit ratione ſuppoſitorum/& non naturæ. Idcirco dicitur q̃ ampliatio & reſtrictio ſunt paſſiones/ſeu proprietates termini perſonaliter ſupponentis. Et aduerte ad uocabula noſtra: Nõ.n. apud nos eſt idẽ ſupponere naturaliter/& ſupponere ſimpliciter/ut iam declarauimus:P. Iſta uocabula ampliatio/extenſio/dilatatio/reſtrictio & coarctatio/uidentur primæ intentionis:B. Nonne alias diximus Omne nomen ſecundæ intentionis/eſſe antea primæ intentionis & impoſitionis. Res.n. propriæ ampliantur/dilatantur/extenduntur/reſtringuntur & coarctantur. Termini per ſimilitudinem quandam. Eſt igitur ampliatio modus intelligendi talem extenſionem ſeu termini dilatationem. Pro pluribus ſuppoſitis/aut

temporum differentiis. P. Accepi. Sed da regulas. B. Quotiẽs termino comuni aliqd additur quo ſtet pro pluribus ſuppoſitis q̃ hiis quæ ſunt, totiens ampliari dicitur. Vt dicẽdo, Sedens põt currere, Et loquentem contingit tacere. P. Senſus eſt ut ille q ſedeat nunc uel poſſit ſedere, ſiue ſit, ſiue non ſit, poſſit currere. Similiter, ut illum quem contingit loqui, uel qui loquatur, illum contingat tacere. Et dicẽdo Omnis homo poteſt eſſe albus, Subiectum ſtat, non ſolum pro omnibus qui nunc ſunt, ſed etiam pro ſuppoſitis poſſibilibus.

## Cap. XXIII. B.

ACcipe documenta primæ regulæ. Primum ſit hoc. Reſpectu talium modorũ. ſ. põt & cõtingit, Siue illi modi ſumant nominalr, Siue participialr, Siue uerbaliter, Siue aduerbialiter. Vt Oĩs hõ poſſibiliter, uel cõtingenter mouetur. Aliquem hominẽ eſt poſſibile eſſe album. Aliquem hominem contingens eſt eſſe album. Aliquis homo poteſt eẽ albus. Semper ſubiecta ſtant ampliatiue. i. non ſolum pro ſuppoſitis quæ ſint, ſed quæ contingat eſſe, uel quæ poſſint eſſe, & non ſint. Secundum documẽtum. Reſpectu terminorum ſignificantium aptitudinem, ſiue actiue, ſiue paſſiue, termini ampliantur pro eo ſuppoſito quod eſt, uel aptum eſt eſſe. Vt omnis res eſt amabilis: Omnis ignis eſt calefactiuus. Omnis ſtudioſus laudandus, uel laudabilis. Tertium documentum, Reſpectu uerborum, uel participiorum quæ poſſunt uerificari tam de illis quæ ſunt, tam de illis quæ fieri, uel cognoſci poſſunt, aut imaginatione apprehendi. Termini ampliantur ad ſuppoſita quæ ſint, uel quæ eſſe, aut cognoſci, aut percipi poſſint. Vt aliquam roſam cognoſco, omnem florem amo. Quartum documẽtũ, Reſpectu horũ uidelicet incipit, & deſinit, termini ampliantur pro ſuppoſitis quæ ſunt, uel incipiãt, aut deſinant. Vt Sacerdos deſinit eſſe Laycus: Et Cardinalis incipit eſſe Papa. Quintum documentum, Reſpectu harum dictionum prius, & poſterius, dilatantur ſuppoſita, ut aliquis actus uoluntatis eſt poſterior aliquo actu intellectus. Et omnis homo eſt prior, & nobilior quouis boue. Tam homo q̃ bos ampliantur pro ſuppoſitis etiam poſſibilibus. Sextum documentum, Quotiens predicatum eſt de eſſentia ſubiecti, totiens ampliatur ſubiectum, etiam pro illis quæ fuerunt, & erunt, & poſſunt eſſe: quamuis non ſint. Vt Roſa eſt flos, lilium eſt ſubſtantia. Sed hæc ampliatio non eſt per aliud, ſed ex ſe ut iam diximus. Cætera innato iudicio perſpicies. P. Da alteram regulam.

## Cap. XXIIII. B.

QVotiens terminus extenditur ad omnes, uel plures temporis differẽtias totiẽs reſpectu temporis dilatari dicitur. Exemplum primi. Omnis homo eſt aĩal neceſſario, Vel aliquis bos eſt ſemper mugilis. Si. n. neceſſario uel ſemper, ergo p quolibet tempore. Exemplum ſecundi: Aliqs

homo erit. P. Illa exempla priora poſſunt utramque ampliationem reſpectu ſuppoſi-
torum & differentiarum temporis. Igitur illa duo [illegible] coincidunt. B. Coincidũt
inquam materialiter, ſed non formaliter. Cadunt. n. duae ampliationes ſuper eundem
terminũ. Sed alia & alia ratione. Sicut idem eſt pater & filius. P. Da & huius ſecundae
regulae documenta. B. Omnis terminus reſpectu participii & uerbi preteriti temporis
quodcumque preteritũ ſit illud ſtat pro illo quod eſt uel fuit. Vt aliquis homo fuit albus.
Ampliatur ibi ſubiectum non pro alio homine, ſed pro duplici tempore abſque delectu
preſenti uel preterito. P. Aliquis homo fuit albus, poteſt ſtare pro illo qui nunc eſt al
bus & fuit heri. Vel pro eodem qui nunc non ſit amplius albus fuit tamen heri albus.
B. Non mutato ſuppoſito dilatatur tempus. Et qui tamen [illegible] ita fuerit ut
iam non ſit uel etiam eſt & fuit. Quare ſi ita dixeris. Aliquis homo qui eſt fuit. Stabit pro
illo qui eſt & fuit. Si uero ſic. Aliquis homo qui non eſt fuit, uel Ceſar ille fuit, ſtat pro
illo qui ſolum fuit. P. Quom participium preſentis & preteriti imperfecti ſit, eadẽ uox
apud latinos, quid dicemus. B. Ratione eius non fit ampliatio nunc. Si. n. dixero eſt
legens preſentis temporis eſt. Si erat legẽs preteriti imperfecti. Sed ſcito quod dicendo Ali
quis homo fuit albus. Poteſt ampliari ſuppoſitum reſpectu eiuſdem temporis. Nam
erit ſenſus. Homo qui nunc eſt uel qui iam fuit fuit albus. Sed talis ampliatio pertinet
potius ad priorem modum. Si etiam dixeris. Album homo legens currit. Põt ampliari
uel pro homine qui nunc legit. Vel pro homine qui legebat & non legit. Et dilatatur
ſuppoſitum. Poteſt etiam ſtare pro eodem homine reſpectu diuerſorum temporum.
Qui uidelicet uel legat nunc uel legebat iam. Vel homo erat legens. Poteſt ſtare pro
illo qui eſt uel erat ſolum. Vt patet. Secundum documentum. Omnis terminus ſuppo
nens reſpectu uerbi futuri temporis, aut participii talis ampliatur pro illo quod eſt uel erit.
Vt aliquis homo curret. Põt ſtare pro illo qui eſt & curret. Vel pro illo qui non eſt ſed erit
& curret. Vel poteſt ſtare pro illo eodem qui nunc quidem currit & curret. Vel ſolum
quia curret & nunquam currit. Omnis enim qui curret aut iam currit aut nondum currit. Sed
quandoque curret. Et hoc ſecundo modo proprie ampliatio fit reſpectu temporis. Illo
priori modo eſt ampliatio ſuppoſitorum. Nam dicendo Petrus amabit. Et ſenſus
[illegible] qui amat in amore perſeuerabit. Vel qui nunc non amat amabit. P. Aliquis ho
mo naſcetur, nequit accipi pro illo qui eſt. Niſi quis denuo naſci poſſit. [illegible]
ſito ut nullus natus naſci ultra poſſit, nõ ampliatur ibi ſed reſtringitur ſuppoſitum. [illegible]
commenta dantur pro rudioribus. Te ais tui docebit ingenii. Sic etiam aliquis homo [illegible]
iam obiit uel mortuus eſt, nequit accipi pro illo qui eſt. Omnis poene regula patitur
(ut aiunt) exceptionem. P. Diceret quiſpiam illam ſemper ſtare ampliatiue, & diſiũctiue
quia ueritas orationis ſolummodo pendeat ab altera parte. B. Sicut tunc ſolum amplia
tur quando põt uerificari pro illo qui eſt uel erit uel pro illo qui eſt uel fuit, ita tunc non
dilatatur quando non poteſt ſtare pro futuro aut preterito ſolum. Et ita illae non dicen
tur ampliatiuae. Videlicet. Aliquis homo naſcetur. Et aliquis homo obiit, ſeu mortuus
eſt. Quia quod nõ poteſt competere unquam Preſenti, fruſtra pro illo dilatatur. Si tamẽ
diſtinguas. Oratio non eſt falſa. Sed nunquam uerificari poterit de homine qui eſt. Niſi [illegible]

naſcetur quis diceremus hic naſcetur. Et tunc aliquis homo naſcetur: poſt ampliatur uel pro illo qui naſcitur uel precise pro illo qui naſcetur aliquando. Similiter Aliquis homo eſt mortuus. Ampliatur pro illo qui nunc moritur uel qui diu iam obiit. Vel ampliatur pro eodem reſpectu diuerſorum temporum. Sic Iſte naſcetur. Vel quia naſcitur & naſcetur. Vel quia non naſcit̃ ſed ſolum naſcet̃. Similiter Ille mortuus eſt. Vel quia nunc moritur: Vel quia diu iam mortuus eſt. Dici etiam poſſet q̃ dicendo Aliquis eſt mortuus Nõ eſt ſenſus: Vt aliquis qui ſit uel fuit ſolum ſit mortuus. Sed aliquis qui fuit & non eſt, eſt mortuus. Similiter Aliquis homo qui erit, & non eſt, naſcetur: Pe. Ad quid hæc: B. Vt intelligamus quid quot ue nobis oratio repreſentare poteſt. Tertium documẽtum. Quotiens terminus ſupponit reſpectu cuiuſlibet temporis dicitur ampliari. Vt Oĩs homo ſemper eſt animal. Vel neceſſario eſt ſubſtantia. Aut p̃ſe eſt corpus: Pe. Poſſet nec ne tertia regula tradi in qua terminus utroq; modo amplietur. Be. Poſſet utiq;. Sed ſi primo ampliet ſuppoſita deinde tempora eſt primi modi. Si primo tempora eſt ſecundi modi. Vel dicito ut iam diximus q̃ coincidunt materialiter nõ formaliter. Pe. Hoc modo etiam termini ſingulares ampliari poſſent: Be. Dicendo Plato fuit in Vrbe. Põt importare Platone qui fuit iam in urbe neq; eſt in urbe neq; omnino eſt tamen in urbe fuiſſe. Vel qui ſit in urbe nihilominus in urbe fuiſſe. Pe. Nonne Plato diu deſiit eſſe: B. Verum id ſed oratio id non deſignat. Non. n. ſequitur Fuit in urbe, Ergo nõ eſt in urbe Aut Ergo nõ eſt. Neq; ſequitur Fuit in urbe: Ergo ẽ in urbe Aut, Ergo eſt abſolute. Sed ſequitur ſic. Plato fuit in urbe Ergo adhuc eſt in urbe uel fuit in urbe ſolum & non eſt amplius. Neceſſe eſt. n. Vt qui fuit in urbe q̃ uel adhuc ſit in ea, uel precise fuit & non eſt in ea.

## Cap. XXV. B.

PErplexa ſophiſmata hæc in materia fieri ſolẽt: B. Ex primæ regulæ documento primo talia formantur. Omne album. Similiter & album abſolute poteſt eſſe nigrum. Intelligendo pro eo quod poteſt eſſe album. Omne. n. quod poteſt eſſe album. Poteſt eſſe & nigrum: Nigrum inq̃ quod eſt uel quod eſſe poteſt. Similiter Sacerdos põt eſſe uere Laycus. Vt Canoniſtis uictoria hæc tribuatur. Vtrumq; extremorum Et Sacerdos & Laycus hoc documento ampliatur. Sed & hæc quoq; uera, Ridens poteſt eſſe homo. Etiam ſi nullus homo ſit. Calidiſſimum poteſt eſſe calidius Et uiliſſimum uilius. Eodem modo Sedentem poſſibile eſt ambulare. Et tacentem loqui. Hæc uero falſa. Omne currens poteſt eſſe homo etiam ſtante ueritate huius Oĩs homo currit Et omne currẽs eſt homo. Si illa omne currens poteſt eſſe homo accipiatur ampliatiue falſa eſt ut alias diximus. Si uero non ampliet pro eo quod eſt uel poteſt eſſe currens ſed ſtet ſolum pro omni nunc currente poteſt eſſe uera. Non. n. ampliant ex natura ſui ſed habent duplicem ſenſum. Qui non cognoſcitur ex ui prolationis niſi ſiat pactum. Sic eſt & de his Album uel omne album poteſt eẽ nigrũ. Homo

fuit. Homo erit. Loquimur igitur de ampliatiuis hoc eſt de illis quæ poſſunt ſtare ampliatiue. Hæc tamen Omnis homo eſt animal uidetur ex ſui natura ampliare etiam pro poſſibilibus. Et hæc. Oĩs hõ mouet reſtringere p preſentibus. Similiter Hõ mouet. Et hõ albus mouet. hæc reſtringit ſtatim p albo tm. Sed iſte q̃ poſſe & apto eẽ poſſunt utrũ accipi: B. Si quid quod non eſt impoſſibile fieri poſſit tale. Et ſi quid non ſit neceſſarium & euadere poſſit. Sicut Te non fuiſſe Romæ. Verum eſt immo ſum quod fiet impoſſibile ſi modo tu Romam acceſſeris. Et tamen erit neceſſarium quod nunc eſt falſum. Et ſic ambæ illæ ſunt ueræ. Quia illud impoſſibile quod non eſt ſed erit impoſſibile poteſt eſſe & eſt uerum. Et aliud neceſſarium quod fieri poteſt neceſſarium & nunc eſt falſum. P. Quidam arguunt. Quicquid poteſt eſſe uerum eſt poſſibile. Sed impoſſibile poteſt eſſe uerum. Ergo impoſſibile eſt poſſibile. Concluſio falſa. Ergo altera præmiſſarum. Nõ prima, ergo ſecunda :B. Ex præmiſſis ampliatiue ſumptis non ſequitur concluſio reſtrictiue ſumpta, ſicut neq; ex minus amplo, minus amplum. cõcluſio debet poni ſic. Ergo impoſſibile poteſt eſſe poſſibile. Sophiſma igitur eſt uerũ. Quia ſi aliquid nunc uerum & poſſibile, poſſit fieri falſum & impoſſibile, certum eſt q̃ pro nunc eſt uerum & poſſibile. Vt te non fuiſſe Romæ p exemplum eſt uerum. Te accedente Romam fit falſum & impoſſibile. Eo modo quo dicimus. Hoc ſolo priuatur Deus: ut non poſſit infecta facere quæ ſunt facta. Verum ſi dicendo Impoſſibile poteſt eſſe uerum Subiectum non acciperetur ampliatiue pro eo quod eſt impoſſibile uel poteſt eſſe: ſed ſolum pro eo quod nunc eſt impoſſibile Oratio falſa eſſet. Et impoſſibile eſſet poſſibile. Hæ quoq; ampliando concedendæ. Senex poteſt eſſe puer. Et meretrix poteſt eſſe uirgo. Et peccatum poteſt eſſe meritum. Et damnatus poteſt eſſe electus & beatus. Et genitum poteſt generari. Sine ampliatione ſunt negandæ. P. Miror q̃ tam leuiſſimum ſophiſma ille non intellexerit. Sed alter et alia

## Cap. XXVI. B.

Ex ſecundo documento ſequitur hæc. Res laudabilis eſt digna uituperio. Genitum eſt generabile quia aptum generari eſt generabile. Et factum factibile. Et corruptum corruptibile. Et optatum ac deſideratum optabile ac deſiderabile. Et habitum eſt acquiſibile. Ampliando pro eo quod eſt uel natum eſt eſſe ueræ ſunt. Ex tertio documento ſequuntur hæc. Intelligo montem aureum. Et hircocerui. Cogito non ens. Intelligo non intelligibile. Et pariter ſic. Vt non ens ſit tractatum a me intelligitur & erit a me cognitum. Et hoc intellectione priuatiua uel negatiua non autem poſitiua ſiue affirmatiua. Cognitione nanq; poſitiua ſola entia intelligimus. Ex quarto documento ſequitur hæc. Exiſtens incipit eſſe. Deus incipit eẽ hõ. Homo q uel erat tunc non ſed incepit ante nõ erat. Vel qui tunc non erat ſed ſtatim futurus erat. Fit ampliatio p̃dicati. Tunc incipit eſſe non quæ prædicat. Non ens uel non exiſtens deſinit eſſe. Quia res non exiſtens uel exiſtere deſinens deſinit. Ex primo documento ſecundo

Socrates

regulæ hæc ſequuntur. Virgo fuit grauida. Et meretrix, meretrix. Quia hæc mulier & hæc grauida: nūc, q̄ eſt uel fuit olim uirgo, fuit heri meretrix & grauida. Puer fuit ſenex. Demonſtrato.n.homine ſexagenario, uerum ē dicere, hic qui eſt uel fuit olim puer, fuit ſenex heri. Album fuit ſine albedine, & fuit nigrum, oſtēſo aliquo nigro quod alias fuit album. Pater fuit ſine liberis. Viuum eſt mortuum. Virgo ē corrupta. Aliquis hō fuit æternaliter, quia hic, Deo oſtenſo, qui ē uel fuit hō, fuit ſemper. Ex ſecundo documento Secūdæ regulæ inferuntur hæc. Senex erit puer, oſtenſo puero trium annorum, Qui eſt uel erit ſenex, erit cras puer. Meretrix erit uirgo. Decollatus diu uiuet, comedet, & cātabit. Genitum generabitur. Et natum naſcetur. Et genitum eſt generandum, eodem modo. Quæcunq; tamen non poſſunt uerificari, niſi pro una differentia temporis, nō uidentur poſſe proprie ampliari, niſi eo modo quo iam declarauimus: P. Quo pacto hic fit ſenſus compoſitus, & diuiſus.

## Cap. XXVII. B.

QVm illi modi pōt & contingit, ampliant dicit ſenſus diuiſus, Quū nō ampliant ſenſus compoſitus. Vnde hæc, Poſſibile eſt hominem eſſe album nō ampliat. Eſt.n.ſenſus Hæc propoſitio ē poſſibilis. Homo eſt albus. Secundo modo fit ſenſus compoſitus & diuiſus, cū modo neceſſitatis. Vt creās eſt neceſſario Deus. Si.n.ſit ſenſus, ut illa ppoſitio ſit neceſſaria. Creans eſt Deus, Falſa eſt. Et facit ſenſum cōpoſitū. Si uero ut de creante dicatur Deus neceſſario, Vera. Et facit ſenſum diuiſum. Oē creans eſt Deus: & nil aliud ab illo poteſt eſſe creans. Sic dicatur de hac. Ridens neceſſe eſt eē hominem, Et mugiēs, bouem. Tertio uidetur cōpoſitum ſenſum in illis eſſe, Puer fuit ſenex. Et ſenex erit Puer, Si ſtent in eo ſenſu quē uocabula pretendunt. Vt uidelicet ille qui eſt puer, fuerit ſenex. Diuiſus, Si ſubiecta ſtent pro disiuncto. Vt puer (hoc eſt ille qui olim fuit puer) fuit ſenex. Et ſenex, hoc eſt ille qui olim erit ſenex, erit puer. Si enim amplient, Veræ ſunt: Et faciunt ſenſum cōpoſitum. Si ſtent in alio ſenſu, Falſæ: P. In illis quoq; & pleriſq; eiuſmodi poſſet eſſe deceptio & uarietas ex comutatione extremorum. Quando uidelicet ſubiectum intelligeret predicari, Et predicatum ſubiici. Vt eſt apud Oratores, Senex erit puer, hoc eſt, Puer erit ſenex. Sicut & ibi, Et Deus erat uerbū Hoc eſt uerbū erat Deus. Dialectici tamen nō ſic accipiunt, Sed ſic, Senex futurus, erit Puer, uel iuuenis. Et puer preteritus, nō preſens, fuit ſenex: Vt ſic dicať. Puer fuit ſenex Hoc eſt ille qui fuit olim puer, fuit uel nuper ſenex: B. Poſſemus hūc locum nouo modo declarare. Omne.n.concretum, poteſt ſumi bifariam, Videlicet pro fundamēto formæ, Vel pro ipſa forma. Puer autem eſt nomē concretum. Deſignat.n.ætatem talem, Et hominē concernit, Aut ecōtra: De quo dum de terminis ageretur, aliquid diximus, Capiendo itaq; Puerum pro fundamento.i.pro ipſo homine. Puer fuit ſenex. Hoc eſt, Hic homo, oſtēſo aliquo ſene, fuit ſenex, plures anni ſunt. Qui tamen etiam fuit Puer, Et licet nunc non ſit actu puer, Apprehendiť tamen mēte, & cogitatione ut talis, Sicut

Socrates

[illegible] ſenex differentia ſepulcro [illegible] Puer fuit ſenex: P. Quidam [illegible] hanc amplia‑ri dicunt quia uerbum preteritum includit preſens. Omne.n. quod fuit. Verum erat di‑cere quod eſt. Et omne quod erit Aliquando dicet eſt. Et ita etiam futurum includit preſens. B. Ratio illa nil prorſus in propoſito iuuat Ampliatio.n. non fit pro iſto preſenti quod fuit aut erit. Quia tunc nõ eſſet ampliatio pro pluribus differentiis temporis, Sed pro eodem. Illud.n. quod erat uel fuit preſens eſt uere preteritum. Et quod erit preſens eſt uere futurum. Sed ampliat pro nunc & Preterito. Pro nũc & Futuro. Ratio ergo uidetur eſſe haec (ſi ulla ſit) Quia poteſt ille qui dicitur fuiſſe & eſſe ſimpliciter & actu, & etiam non eſſe actu, ſed ſolum fuiſſe. Sic & ille qui dicitur fore intelligitur. Aut ſim‑pliciter fore (quia non eſt) Vel intelligitur eſſe & fore. Aut ergo ita dicendum eſt. Aut [illegible] ſecundum ultimam uiam, quod ſenex in apprehenſione mentali preſens. Et re ipſa futurus ſenex & nondum ſenex exiſtens eſt puer. Similiter & puer nunc ſecundum conſiderationem. Secundum rem autem [illegible] fuit ſenex: P. Qualiter conuer‑tuntur. Id.n. [illegible].

## Cap. XXVIII. B.

Vm utraque ex parte ampliantur non uidetur conuerſionis difficultas. Si ſic dico Album poteſt eſſe nigrum. Sic conuertam: Nigrum poteſt eſſe album. Conuerſio bona: P. Vinũ põt eſſe acetũ. Vera. Acetũ põt eẽ uinum. Falſa: B. Immo uera. Quia aqua quae poteſt eẽ acetum põt eſſe uinum. Nam & ſi ex aceto immediate non poſſit fieri uinum. Põt tamen ipſum reſoluendo in materiam communẽ in utrũque Fieri: P. Illas conuertere difficile quae ampliant reſpectu temporis: B. Sic tamen eas conuertere po‑teris. Puer fuit ſenex. Qui fuit ſenex eſt uel fuit Puer: Pro Senex in predicato ſtabat pro illo ſolum qui fuit ſenex. Puer in ſubiecto ꝑ illo qui eſt uel fuit puer. In futuro ue‑ro dicendo Senex erit puer. Predicatum ſtat pro illo ſolum qui fuit puer. Senex ſeu ſu‑biectum ſtabit pro illo qui eſt uel erit ſenex: B. Recte cogitas. P. Quom ſubiectum [illegible] pro eo quod eſt uel fuit: B. Sic [illegible]. Quom dicimus, Homo fuit albus. Vel album fuit ni‑grum. In primo [illegible] non ampliatur [illegible] Quom [illegible] ſemper ſit eadem. Amplia‑tio tamen in eo quod eſt cauſa fuiſſe talem. Si enim homo fuit albus. Et non niſi gratia [illegible] hominis Ergo aliquis hõ eſt uel fuit albus. Si enim aliquis homo fuit albus & non eſt Homo fuit albus. Et ſi quis homo eſt albus. Et etiã [illegible] Homo fuit albus. Ampliatio igitur manifeſtius fit in aliis quam in oratione indefinita. In altera uero. Videlicet. Album fuit nigrum [illegible] album. Verbi illa dictio album poteſt accipi ꝑ denominato uel pro ſignificato. Priori modo poteſt [illegible] gratia diuerſorum denominatorum. Vel gratia eiuſdem ſucceſſiue. Poſteriori modo eſt falſa. Pro nullo.n. albo ſumpto formali non poteſt uerificari. Si id ergo conuertatur. Quod fuit nigrum ꝑ denominato Eſt uel fuit album. Supple pro denominato: P. Ita ego conuertam has. Senex erit puer;

Decollatus naſcetur. Quod erit puer. Eſt uel erit ſenex. Quod naſcetur uel quod eſt oriūdum. Eſt uel erit decollatum. B. Haec aūt. Creans neceſſario eſt Deus. Et illa. Ridens oportet ſit homo. Non conuertantur ſic (ut quidam facit) Illud quod neceſſario eſt Deus. Eſt uel poteſt eſſe creans. Sic de altera ſecundum ipſum eſſet dicendum. Sed ſic tu cōuerte. Deus eſt neceſſario id quod eſt creans. Vel omne creās. Vel ſic. Deus eſt neceſſario id quod creat, creauit aut creabit. P. Conuertens illius non exprimebat conceptum prioris. Recte igitur ipſum reprehendiſti. Sed rideo cōſequentiam illam. Adā eſt mortuus. Ergo Adam eſt. Quis. n. ignorat illā non ualere. Quom Adam importet illum hominem notum qui iam non ſit. Et mortuum nō ampliat pro preſenti. Preſertim terminum ſingularem. De hoc tamen alias pleraq; diſſeruiſti. Be. Neq; illa conſequentia ualet de tertio adiacente. Neq; de ſecundo. Neq; cum predicato participio ampliatiuo. Neq; cū alio. Ideo nō ſequitur. Adam fuit. Igitur eſt. Neq;. Adam fuit albus. Ergo Adam eſt. Immo a termino ſtante diſiūctiue ad alteram partem nunq̄ tenet cōſequentia. Sed bene ecōtra. Vnde ſi hic ſubiectum ſtet ampliatiue. Adam eſt mortuus Non ſequitur. Igitur Adam non eſt. Et hoc eſt maioris admirationis. Pe. Ad quid ergo hoc p notabili corrolario ille amicus attulit. B. Viderit ipſe. Sic & de futuro. Quum dicit. Antichriſtus eſt futurus. Ergo eſt. Non ſequit. Nam etiam dicendo Erit. Ergo & Non ſequit. Neq; credo illam eſſe ueram de ui ſermonis. Q̄ē futurum eſt. Quāuis. n. teneatur nominaliter. i. quamuis ſubſtantiuetur non tamē poteſt abſtrahi a tēpore. Nā retinet ſignificatum a tempore. Si autem mutet uel ſignificatum uel ſaltem modum ſignificandi non eſt idem uocabulum. Quare ſi Mātuanus ille aliquas harum negaſſet ampliari nō uniuerſaliter omnes nil incōgrui feciſſet. Dicere. n. Plato erit albus. Vel homo curret. Aut ampliatur. Pōt accipi ampliatiue. Similiter. Eſt futurus bonus. Sed dicere abſolute. Eſt futurus. Vel naſcetur. Non uidetur ampliari. Niſi acciperemus prout diximus. P. Sed iam de Reſtrictionibus diſſerendum.

## Cap. XXIX. B.

Sicut Ampliatio eſt dilatatio reſpectu contentorum uel diuerſorum temporum: Ita reſtrictio eſt coartatio & limitatio. Vel quo ad contenta. Vel quo ad tempora termini ſupponentis. P. Quidam dicit quia ampliationi correſpondet diſtractio. Et termino ampliatiuo terminus diſtractiuus. B. Sicut augmentationi non correſpondet corruptio ſed diminutio. Sic Ampliationi non correſpondet diſtractio. ſed reſtrictio. Sint tibi hae regulae. Prima. Quotiens termino communiori additur minus cōmunis totiens communior limitatur ad ſtandum pro minus communi uel ſuppoſitis eius. Vt Animal homo eſt riſibile. Homo Plato eſt Athenienſis. Omne animal homo eſt rationale. Secunda regula. Quotiens differentia aduenit generi limitat illud ad ſpēm uel eius ſuppoſita. Vt animal rationale eſt diſciplinabile. Omne aīal rōnale eſt riſile. Tertia regula. Quotiens Accidēs p accidēs ſeparabile a ſubiecto addit ſubiecto coartat cū uel

ad naturā ut talis. Vel ad ſuppoſita ut talia ſunt. Vt homo pater. Vel homo Sacerdos. Aut homo albus currit. Et aliquis uel omnis homo albus placet. Riſileant nō reſtrin git hominem neq; nigrum Coruum niſi reperiretur coruus albus prout olim in ædi bus magni Laurentii Medices uidimus. Hæ omnes regulæ continentur in una regula comuni. Omne nomen additum nomini immediate non diminuens aut diſtrahens neq; nugationem faciens limitat ad ſe uel ſuppoſita ſuo. P. Homo mortuus uel ho mo irrationalis non limitat ſed deſtruit homo aīal repetiſ inutiliter. Et ita nugationē cauſat. Q uare non coartat. Q uom tamen dico Homo albus diſputat. Videtur alter ulterium coartare. Nam non quoduis album indifferenter. Sed homo albus diſputat. Be. Q uamuis ita ſit proprie tamen ſubſtantiuum coartatur quia ipſum ſpecificatur P. Ad reliquam

## Cap. XXX. B.

Q Varta regula. Q uotiēs relatiuum qui quæ quod additum termino comuni facit ſenſum compoſitum totiens ille terminus artatur p na turam termini ſequentis tale relatiuum uel pro ſuppoſitis aut ſuppoſito talis termini ſequētis. Vt animal quod ē rationale. Vel animal quod eſt homo ridet. Omnis homo qui eſt iuſtus eſt prudens. Vel omnis homo qui eſt albus currit. Et aliquis bos qui eſt rubeus cornupetit. P. De tali relatiuo implicante ſuperius habui. Neq; differentia eſt. ex ui ſermonis. Si an te aut poſt uerbum ponatur. Sed ſenſus eius ſemper eſt ex ſe duplex. Be. Recte memi niſti. Sed accipe quæ ſequuntur. Q uinta regula. Q uotiens terminus antecedit uel ſe quitur uerbum preſentis temporis totiens uidetur limitari ad tempus preſens uel ad ſuppoſita preſentis temporis. Vt homo eſt albus. Et oīs aut aliquis hō ambulat. P. Si dixero. Aliquis homo ē amaturus. Et aliquis eſt honoratus. In hiis ſubiecta ampliāt. B. Adde ea de re illi regulæ hanc particulam. Niſi ſit terminus ampliatiuus ex parte pre dicati. Vel etiam uerbum ampliatiuū. Vt aliquis homo poteſt currere. Et opinor mon tem aureum ſeu imaginor. Q uom etiam eſt predicatio per ſe. Vt homo eſt per ſe ani mal & riſilis. Sexta regula. Q uotiens terminus ſequitur uerbum preteriti temporis totiens limitatur ad preteritum. Q uotiens uero ſequitur uerbum futuri temporis ad futurum. Vt aliquod album fuit nigrum. Aliquis homo erit albus. Septima regula. Q uotiens ſubiectum eſt comunis uel omnis generis totiens uel ſignū uel relatiuū uel adiectiuum additū uel predicatum pōt ipſum reſtringere ad mares uel fœmellas uel aliquid tale. Vt quilibet ſeu unuſquiſq; homo. Aduena qui reſpicit placet. Fœlix ille illa illud cuius uota complentur. Aduena pulcha te ſaluere iubet. Virgo eſt electus P. Gramatici in aliquibus horum aliter ſentiunt. Vt ſuperius oſtendiſti. Sed iam noui B. Octaua regula. Dictio ex parte predicati poſita nequit terminū ex parte ſubiecti poſi tū coartare. Niſi id fiat rne generis maſculini uel fœminini. Vnde dicendo. Omnis ho mo eſt albus non accipitur hō pro albis hominibus. Vt ſit ſenſus. Oīs hō albus eſt āl

bus. Sed abſolute Omnis hō eſt albus. Tamen anſer eſt foeta Coarctat ad foeminas. P. An idem terminus poſt dici ampliatus & reſtrictus. Be. Poteſt quidem Vt hic Mi quod album fuit nigrum. Ly album ſtat pro illo quod eſt uel fuit Et ſic ampliatur Ei uero q non ſtat pro futuro reſtringitur. Non igitur bene dixit ille qui terminum ſtatem ſic diſiunctiue pro duabus differētiis temporis reſtringi opinatur. Stantem autem pro omnibus temporibus ampliari. Vt hic Album eſt neceſſario coloratum Nā utrobiq ampliatur. Tamen ampliatio minor poteſt dici reſtrictio reſpectu maioris. Sed nō ſi ſit reſtrictio ſimpliciter. P. Si dixero Rex uel Dux. aut Comes adeſt pro foribus uel ante domum. Similiter Magiſter legit Aut nihil eſt in Arca Reſtringuntur. Capitur enim Rex ibi pro Rege patriæ. Et Magiſter pro eo qui nobis notior Vel proprius eſt Magiſter. Et in Arca nihil eſt nō abſolute (quom uacuum eſſe ſit impoſſibile) ſed nihil comeſtibilium uel utilium. uel rerum ſolidarum. Sed per quam regulam ea reſtrictio fiat ignoro: B. Vſu quodam hominum ea reſtringuntur non ui uocabulorū. Sic enim ſolemus loqui. Et uidetur reſtrictio illa fieri per anthonomaſiam Sicut dicimus Philoſophus docet: Apoſtolus predicat. Propheta dicit. P. Quando dico Benignus largitur munera hominibus. Siue pius Pontifex paſcit homines. Videtur ſubtrahi natura humana pro aliis ab illo qui largitur & qui paſcit. Transire namq uidetur talis actus in alios ab illo Et ita erit aliqualis reſtrictio: B. Nemo ſibi munera largiri intelligitur Seipſum tamen ut paſcatur intelligi poſſet: Sed uſitatius pro alio accipitur. Et ſic reſtringitur ille terminus homines: P. Quidam hanc conſequentiam negant. Plato ſe ipſum paſcit Et Plato eſt homo. Igitur hominem paſcit. Be. Sed certe ſi Plato ſe ipſum paſcit Siue percutiat Siue defendat Et ipſe ſit homo Sequitur ipſum paſcere & percutere & defendere hominem. Immo & aliquem hominē. Neq ibi eſt fallacia ulla prout ipſi opinantur. Sed non ſequitur econtra: Non itaq recte conſequentiam negāt. P. Altercatio ſit non parua. An eodem modo termini reſtringantur in enunciatione negatiua quo & affirmatiua.

## Cap. XXXI. B.

DIſſicultas eſt in hiis quae de ſecūdo adiacente Veluti dicēdo Aliqua roſa eſt: Nulla roſa eſt Vel aliqua roſa non eſt. An illa negatiua Roſa reſtringatur ad roſam quæ non exiſtat Et in affirmatiua ad roſam quæ exiſtat. Sed tu ſic dicito. Sicut dicendo Aliquis homo currit. Subiectum non reſtringitur ad hominem currentem Vt ſit ſenſus. Aliquis homo currens currit. Tunc enim hæc negatiua. Aliquis homo non currit Eſſet impoſſibilis. Eſſet enim ſenſus Aliquis homo nō currens currit. Sed ſenſus eſt. Aliquis homo in preſenti currit Vel curſus ei in tempore preſenti unitur. Et ſicut hæc Aliquis homo non currit Dicit ab aliquo homine in tempore preſenti curſum remoueri. Sic & in hac: Nulla roſa eſt Vel aliqua non eſt denotatur exiſtentiam remoueri in tempore preſenti ab omni Vel ab aliqua roſa. Vtraq ergo

tam affirmatiua quam negatiua limitat ad tempus preſens. Sed diuerſimode: Quia prior coniungit nūc extrema / Poſterior uero ſe iungit: P. Percipio / Verbum enim & ſignificat / Et copulat / Et ſignificatum eius res uerbi appellat. Sed an haec / Omne animal fuit in Arca Noe / reſtringat pro generibus ſingulorum / non pro ſingulis generum. Hoc eſt An illud ſubiectum: Omne animal / diſtribuat pro generibus / Hoc eſt / ſpeciebus ſingularium ſub animali contentorum dumtaxat / & non pro ſingulis generum. Hoc eſt / & non pro omnibus ſingularibus ipſarum ſpecierum: Be. Quidam dicit / Quia ſpecies animalis non fuerunt per ſe in Arca (nam ſpecies ſecundum ſe nullibi ſunt) iccirco nō poteſt illa diſtributio fieri pro omnibus ſpeciebus / Fit igitur pro omnibus indiuiduis animalis. Quo dato ſequeret etiam Caeſarem & Bucephalum in Arca illa fuiſſe. Iccirco falſa eſt illa oratio / ſiue fiat diſtributio uno modo / ſiue alio: P. Illā regulā / Diſtribuit pro generibus ſingulorum / uel pro ſingulis generum / non uidetur formaſſe dialecticus qui per genera non intelligit ſpecies. B. Quādoque & ipſe confundit uocabula. Et ſub aīali eſſe genera / Vt bipes & quadrupes / Seu uolatile / aquatile / & terreſtre / reales multi opinantur: P. Diſtribuit pro omnibus indiuiduis quae tunc erant / Et ſic eſt uera: B. Neque tunc fuit uera pro oībus indiuiduis exiſtentibus / Immo neque pro ſpeciebus. Non enim ibi fuerūt piſces / Aut animalia aequiuoce generabilia. Vt uermes / & reptilia: P. Preſupponendo Omne animal quod tunc exiſtebat fuiſſe in Arca. Quia omnes homines qui tunc erant. Omnes equi / Et omnes boues / & ſic de aliis / in Arca erant / Et nullum animal per caſum / uel ſecundum ueritatem nullum animal terreſtre & aereum perfectum erat extra / Mortua enim erant omnia caetera quae extra erat / Tūc quaero / an uera fuerit illa oratio: B. Vera fuit hoc modo: Omne animal perfectum terreſtre / & aereum / eſt ac erat in Arca pro ſingulis generum tunc exiſtentibus: Pe. Si dicatur abſolute / Omne animal fuit in Arca. B. Poterit uerificari faciendo diſtributionē accomodam / Quia maior / uel potior pars animalium tunc exiſtentium: Pe. Illi qui illam orationem proponunt / preſupponunt quod aliquod indiuiduum / uel aliqua indiuidua cuiuſlibet ſpeciei animalis fuerint in Arca. Et hoc preſuppoſito / quaeritur an illa oratio ſit uera. Et opinio allata dixit quod nullo modo eſt uera / Non pro ſingulis generum ſecundum omnes. Neque pro generibus ſingulorū Quia genera / ſeu ſpecies / nullibi ſunt: B. Valde ieiuna fuit ratio illa tamen ſpecies prout ſunt in indiuiduis aliqubi ſunt. Et ſi cuiuſlibet ſpeciei aliquod indiuiduum ibi fuerit / Omnes ſpecies ibi fuerunt. Non in ſe / quia neque ſunt in ſe / ſed in ſuis indiuiduis. Eſt igitur ueriſſima pro generibus ſingulorū poſito caſu / Non pro ſingulis generum / Nam ſpecies (quoniam ſola indiuidua contineat) in illa ſolum diſtribuitur. Genus autem immediatius in ſpecies diſtribuit quam indiuidua / Sicut & de ſpeciebus primo predicatur. Quare ſub ſubiecto illius uniuerſalis poteſt deſcendi ad omnes ſpecies animalis / Sed nō ad omnia ſpecierum ſingularia: P. Contra. Illa fuit uera tunc pro omnibus indiuiduis animalis ſaltem exiſtentibus / ut preſupponitur. Omnis autem oratio quae aliquando fuit uera pro preſenti poſtmodum eſt uera de preterito. Igitur illa eſt uera nūc. Oē aīal fuit in Arca Noe. Igitur Caeſar & Bucephalus: B. Alia indiuidua tūc erāt preſentia / Alia tempore Alexandri / Et Caeſaris / Et alia nunc. Si ergo per illis intelligatur

preterito que tunc erant uera est. Sic. Omne animal singulare quod tunc erat fuit in
Arca Noe. Nunc igitur est uera preterita pro illis, pro quibus tunc erat uera preſens. P.
Accepi ampliationem ſatis utiliter. Sed de appellationibus quid ſint numq̃ ualui percipere.

## Cap. XXXII. B.

APpellatio (ait quidam) eſt acceptio termini pro re exiſtente. Et ſubdit.
Dico autem pro re exiſtente, quia terminus ſignificans non ens, nõ ap
pellat, Vt Caeſar, Vel Antichriſtus, Vel Chimera. Dicit quoq; q ter
minus ſignificat etiam res non exiſtentes, & pro illis ſupponit. Nõ ta
men dicit appellare, niſi id quod ſignificat, & pro quo ſupponit exiſtat.
Dicit preterea, omnem terminum appellãtem, ſupponere, & ſignifica
re. Sed non econtra. Siue ſit terminus comunis, Siue diſcretus. Dicit inſuper q dicẽdo
Homo eſt ſpecies, Et animal eſt genus, Subiecta idẽ ſignificant, pro eodem ſupponũt
& idem appellant. Et haec de appellationibus ſibi ſufficiunt. P. Haec dicta mihi non ſuf
ficiunt, niſi tu preceptor declaraueris. B. Moderniores ſic diffiniunt. Appellatio eſt acce
ptio termini in ꝓpoſitione, habentis reſpectum ad naturam uerbi, uel participii eiuſdem.
Vt aliquis homo eſt. Subiectum ſtat pro homine qui eſt. Et pro clariori diffinitionis
intelligentia, diuidunt appellationem in tria membra, Quia quedam appellatio eſt tẽ
poris, Quedã ampliationis, Et quedam formae. Dicuntq; q appellatio temporis eſt
acceptio termini in propoſitione pro aliquo, uel pro aliquibus ſecundum ſolam conſi
gnificationem uerbi, uel participii eiuſdem. Vt album fuit nigrum. Li nigrũ appellat
tẽpus pteritum. Et Plato diſputat. Appellat tpͣs pſens. Et Cato erit ſapiens, uel albus
illa pdicata, ſapiẽs uel albus, Appellat tpͣs futurũ. P. Iſta poſterior diffinitio repugnat
diuiſioni, Et diuiſio diffinitioni. Diffinitio. n. comprehẽdit ſolum primum mẽbrum di
uiſionis, Hoc eſt, comprehẽdit ſolam appellationẽ reſpectu uerbi, uel eius participii, &
nõ reſpectu ampliationis, & multo minus reſpectu formae. Prior aũt illa diffinitio, lon
ge ſtrictior eſt, q̃ oportea t. Nam ſolam acceptionem termini pro re exiſtente, appellatio
nem uocat. Et tñ multis aliis modis fit terminorum appellatio. Illud quoq; falſum eſt.
Vt qñ dicimus Homo eſt ſpecies, Et aĩal eſt genus, Subiecta illa appellẽt. Si appellatio
non fit niſi rei exiſtentis. Nam dicendo, Homo eſt ſpecies, Subiectum abſtrahit ab exi
ſtentia. Nam intentiones non dicuntur de rebus exiſtentibus ea, ratione qua exiſtunt.
Vnde dicẽdo. Animal eſt genus. Animal non appellat exiſtẽtiam. Sed potius excludit.
Immo potius appellat eſſe cognitum, in quo eſſe ſibi conuenit genus. Vellem ex te aliqd
audire. Et primum quero, a quo uerbo dicta ſit appellatio. Nã reperitur appello. as Pri
mae coniugationis. Et appello. is. appuli. Tertiae. Et quãdo eſt primae, aliquãdo ſignificat idẽ
qđ nomino, aut uoco. Et interdum idem quod aduoco: Vt quando appellamus ad ſu
periorem cauſam aduocãdo: Quãdo uero eſt tertiae, idem denotat quod applico: Vt q̃
dicimus. Appuli animum. A quo illorum uerborum appello deſcendit.

## Cap. XXXIII. B.

QVemadmodum nomen commune / uocat Gramaticus appellatiuum/
Quia uel ſignificat primo unū/ & uocat deinde multa ſub eo cōtenta
Et uocatur nomen uniuocum. Vel uocat multa ſtatim/ Et dicitur no
men æquiuocū/ Quaſi æque uocans/ ſeu nominans & appellās mul
ta. Ita dialecticus/ terminum qui pluribus modis/ uel gratia temporis/
uel formæ accipi poteſt / quando ſtat pro una differentia temporis/
quom tamen alias poſſet ſtare pro pluribus uel omnibus: & in illa oratione determina
tur ad ſtandum pro tali differentia, ſolum dicitur appellare/ Hoc eſt uocare/ & notare
talem differentiam. Exēpli gratia/ Quando dicimus Homo eſt animal/ Quia illa eſt
neceſſaria/ ampliatur ad omnem differētiam temporis. Et non appellat tēpus preſens/
ut aliqui putāt. Eſt. n. eius ſenſus/ Homo ſecūdum naturam ſuam/ eſt animal Siue exi
ſtat/ Siue non exiſtat. Sed dicendo Homo eſt/ uel hō currit/ Appellat tempus preſens.
Similiter dicendo Homo fuit albus/ uel erit. Subiectum ampliatur ad duas differētias
tēporis. Predicatum uero appellat unam Vel preteritam ſolum Vel futuram. Eſt quip
pe ſenſus/ Homo qui eſt nunc & fuit/ Vel qui fuit/ & non eſt/ Fuit albus. Vel ſic. Homo
qui nunc eſt albus/ & fuit albus/ Vel iam fuit albus/ & nō eſt albus/ Fuit albus; Simili
ter de futuro. Aliquis homo curret/ Hoc eſt/ Homo qui nūc eſt/ uel qui erit/ uel qui iam
currit/ curret/ uel ēt qui nundum currit/ curret/ ſeu erit currens. Oīs. n. qui currit/ curret/
Sed non omnis qui curret/ currit. Vnde idē homo numero/ ut diximus/ poteſt amplia
ri ad duas differētias tēporis. Vt Plato diſputabit/ Quia uel iam diſputat/ Vel quia nō
dum diſputat. Et Plato diſputauit/ Quia uel diſputat/ Vel iādiu diſputauit. Sicut. n. oē
quod mouetur/ motum eſt/ & mouebitur, Sic Omnis diſputans/ diſputauit/ & diſputa
bit. Et ſic quoq; appellat tempus preſens/ Quandoq; preteritum/ Quandoq; futurū,
Eodem modo/ Haec oratio. Vidi Regē/ Habet duplicem ſenſum, Videlicet q uel uide
rim illum hominem qui eſt rex / neſciens ipſum eſſe regem / Et tunc non appellat for
mā/ Vel q uiderim ſub ratione qua rerum eſt ſciens eſſe regem/ & tunc nō appellat for
mam Hoc eſt rationem q uidi eum/ ut Regem/ & nō ſolum ut hunc hominē. Ex his
liquet q appellatio deſcendit a uerbo primæ coniugationis; Pe. Quæro an dicta ſit
hæc appellatio ab appello/ quod eſt nomino & uoco/ Vel appello/ quod eſt aduoco. B.
Licet ab utroq; deriuari poſſet tamen melius ab aduoco deriuatur/ Quia ſicut aduoca
mus cauſam noſtram ad determinatum Iudicem/ ita & terminus ad tale ſignificatum/
uel ad talem ſignificationem / Aut modum ſignificandi appellat/ Hoc eſt aduocat. Hæc
autem omnia ſunt per metaphoram dicta; P. Poſſet etiam dici appellatio iſta ab appel
lo. Tertiæ coniugationis/ quod eſt applico, Nam ſicut animus aliis pro tunc pretermiſ
ſis appellit/ hoc ē applicat ſe uni rei. Sic & terminus ptermiſſis aliis uel ſignificationibus
uel cōſignificationibus/ applicat ſe uni illarum. Ac ſi appellatio diceret ampliationi. Tu ſub
diſiunctione uel copulatione ampliando plura uel omnia tempora / aut omnia uel plu
ra ſuppoſita procedis. Ego me applico etiam ad unam differentiam temporis: uel ad de

determinatum ſuppoſitum. Tu procedis indifferenter ad quemcunq; ſenſum/ Dicendo/ Philoſophus Deum trinum agnouit. Ego cognoſcens duplicem ſenſum illius oratio nis/ applico mentem nunc ad illum ſenſum qui ſpecificat rationem propriam cognitio nis/ nunc ad alium: B. Siue ipſum appellare/ accipiatur uno modo/ Siue alio/ non eſt cu rãdum/ Modo intelligas quid ſit in hac arte appellatio: Quod clarius ex dicendis pate bit. P. Guſtaui aliquantulum. Diffinito & diuidito eam.

## Cap. XXXIIII. B.

Appellatio eſt termini plura importantis/ unius/ illorum ſpecialis aduo catio/ ſiue connotatio: P. Ergo omne concretum poteſt appellare. Vt homo/ humanitatem. Bonum/ bonitatẽ/ Magnum/ magnitudinem B. Omne inq̃ concretum/ ſiue ſit concretum ad ſuppoſitum. Vt ho mo/ Et animal/ Siue ad ſubiectum/ Vt cuncta quæ denotãt accidens in ſubiecto. Vt Album/ Rubeum/ Magnum/ Et bonum. Sed nomi na abſtracta ultima abſtractione/ Vt humanitas/ Et animalitas/ nil appellãt/ Quãuis ſignificent/ & ſupponant. P. Appellare/ idem ſonare uidetur quod reſtringere & coarcta re: B. Pleriq; nil de reſtrictione terminorum tractantes/ poſt ampliationem de appella tione tanq̃ ſibi contraria tractant. Sed procedamus & uidebimus an illa opinio ſit uera Quando dico/ Homo eſt animal/ Appello nõ tempus/ ſed naturã/ Quia uoco homi nem ad rationem propriam/ Et aduoco hãc ueritatem ad ipſum hominem. Siue/ ut ita tius/ applico mẽtem ad rationem hominis. Nam ꝓpter illam/ ineſt ſibi tale predicatum Quando autem dico/ Homo diſputat/ Applico mentem ad aliquem hominem cuius cauſa/ Homo diſputare dicitur. Vel appello ad illum/ Vel uoco illum. Et ita in omni ter mino concreto fit appellatio. Nam aut ſtat ꝓ ſignificato primo/ Et ſic ad illud appellat Vel ad illud mentem applicat/ Aut ſit pro ſignificato fundamentali/ ſiue ſecundario. Et tunc applicat ſe ad illud/ Et aduocat ſibi uel pro ſe illud: P. Concreta/ ad ſuppoſitum ſi militer appellant/ uel naturã/ Vt dicendo/ Aliquis homo/ uel homo eſt animal. Vel ſup poſitum/ Vt dicendo/ Aliquis homo diſputat: B. Sic dici poteſt. Sed quando aduocat naturam/ potius appellare dicitur: P. Sunt concreta ſubſtãtiua/ Vt pater/ filius/ & Ma giſter/ ac Diſcipulus. Dominus/ & ſeruus: Be. Illa etiam uel appellant ſignificatum prin cipale/ Vt pater generat. Magiſter/ docet. Dominus/ iubet/ Vel ſignificatũ ſecũdarium Vt Magiſter & diſcipulus ſunt correlatiua. Concreta. n. ſubſtãtiua (ut alias diximus) ſignificant fundamentum/ Et conſignificant accidentia. Concreta uero adiectiua/ e con tra/ Significant formã/ Et concernunt ſubiectum. Et quandoq; uerificantur pro primo ſignificato: Et ſic illud appellant. Aliquando pro ſecundario/ Et illud appellant/ prout predicata permittunt. Et hic eſt unus modus appellationis: P. Da & alium ſi ſit.

## Cap. XXXV. B.

ALiqui dicunt, Terminum appellare quotiens eius ſignificatum per adiacentiam alterius termini reſtringitur, Vt homo albus diſputat. Illa adiectio, albus, facit ut ſignificatum termini qui determinatur, Puta hy homo, appellet. ſeu aduocet homies albos, Et alios repellat. Et ſi hæc determinatio fiat per terminum poſitiuum, Vt dicẽdo, Homo albus, Rubeus, Et huiuſmodi, dr̃ fieri proprie appellatio p̃ terminum adiacẽtem. Si uero fiat per terminum priuatiuum, dicitur fieri per non adiacẽtem terminum. Vt dicendo, Homo cæcus, Homo ſurdus, Homo mutus ſedet. Dicunt autem termini priuatiui non adiacentes. quia nihil ponunt quod adiaceat. ſed priuant dumtaxat P. Si dixero, Homo diues ambulat. Aut homo pauper loquit̃ An illa addita adiaceat B. Quia talia adiuncta nil ponunt abſolutum in eo cui adduntur, dici poteſt ut fiat appellatio per terminum non adiacentem. Eodẽ modo, Si dixero. Opus humanum magnifico, Aut actionem animalem extollo. Illa dictio, humanum, & illa, animalem, non ſic addunt, ut uideantur inhærere illis quibus addũtur: Veluti albedo, uel rubedo ineſt Sed dicitur opus humanum, quia ab homine factum, uel homini cõueniens. Et actio animalis, quia ab animali producta, uel naturæ animalis conſentanea. Illa tamen ſubiecta, opus & actio appellant humanitatem, & animalitatem. Vt ſit ſenſus Nõ cuiuſcunq; aut qualecunq; opus, ſed humanum, Similiter, Nõ quæcunq;, aut qualiſcũq; actio ſed animalis dumtaxat. P. Si & alius ſit modus dicito. B. Sunt quædam quæ abſolute ſumpta appellant unum Cõiunctim uero accepta, aduocant aliud. Vt ſi dixero, Cato eſt bonus, Appellat bonitatẽ ſimpliciter, Seu moralem. Si uero dixero, Cato ẽ bonus muſicus appellat bonitatem ſecundum quid, hoc eſt peritiam illius artis. Similiter ſi dixero, Hoc eſt tuum, Vel hic liber, Hic homo, Hic æquus ẽ tuus, Appellat ſeu aduocat poſſeſſum a te. Dicendo uero, Hic liber, Vel hic homo eſt preceptor tuus, Vel pater tuus, appellat aliud q̃ poſſeſſum. P. Proſequere.

## Cap. XXXVI. B.

QVandocunq; etiam termini denotant rationem propriam, dicunt appellare formam Hoc eſt rationem propriam, Siue illa ſit ratio uera, Siue ficta, & imaginaria, Vt quando intelligo hirco ceruũ, ſeu Chimerã Hoc autem fit quando ponuntur in oratione termini concernentes actum mentis. Vt uideo, cognoſco, intelligo, uolo, nolo, Sicut, & alias declarauimus. Nam dicẽdo, Deũ trinum cognouit Auerrois. Quia cognouit Deum q̃ eſt trinus. Non tamen cognouit Deum trinum, Hoc eſt ſub ea ratione qua trinus eſt. Pe. Eſt etiam appellatio exiſtentiæ, Vt quando aliquid dici de alio nequit, niſi ipſum exiſtat, Vt currere, ambulare, & diſputare de homine. Eſt etiam appellatio quando ad unum tempus, uel unam differentiam temporis reſtringitur. Eſt que q; appellatio ampliationis, Vt quãdo pro omnibus, uel pluribus temporibus aut ſuppoſitis terminus accipitur. Vnde Philoſophus in predicamentis, ſecundas ſubſtãtias, dicit

appellare primas: Et Gramatici nomina comunia uocant appellatiua, Quia ut plurimum ſub ſe contenta appellant: Be. Hinc iam perſpicere potes non eſſe idem terminũ reſtringi, & appellare, Quia & ampliationẽ, & reſtrictionẽ appellat. Quoties.n. pluribus modis accipi poteſt quocũq; illorum modorum accipiatur illum modum appellat. Vnde ſi non appellat formam, appellat nõ formam: Seu accipitur & declaratur ſtare pro comuni, & non propria ratione. Abſtracta tamen iccirco diximus non appellare quia non poſſunt accipi niſi uno modo: Quia equinitas eſt equinitas tãtum, Nec una, nec plures. Et ſi illa poſſet pluribus modis accipi: poſſet nunc unum illorum appellare, Alias alium: Pe. Videre mihi uideor quid dialecticus appellationis nomine intelligat, Quotiens.n. terminus qui pluribus modis accipi poſſet applicatur ad unum illorũ dr̃ applicari ad illud, Vel aduocare ſibi illud: Si.n. applicat ad reſtrictionẽ, appellat reſtrictionẽ, Si aduocat dilatationẽ appellat ampliationẽ: Si aduocat rõnẽ formalẽ, appellat eã Si rõnem generalem & nõ formalem, illam & appellat. Licet tres illius ſpecies precipue ponantur: Iccirco uidetur dicta appellatio, quia & de ſuppoſitione, & ampliatione, & reſtrictione, & de omni uaria termini acceptione iudicat tã q̃ quidam iudex appellationum, Vnde etiã abſtracta iudicat etiam ſi non ſint pluribus modis accipienda, Vt putã q̃ illa uno modo ſunt accipienda: Be. Inter omnes alias duæ ſunt quæ difficultatem afferunt: Illa uidelicet temporis, & rõnis formalis. Ex illis.n. oriuntur quædam perplexa ſophiſmata: P. Quæ ſint illa, ſi lubet, dicito.

## Cap. XXXVII. B.

PRimum Sophiſma. Album eſt nigrum, Et ſanũ infirmum, Probat, Quia ſi hæ ſint ueræ, Albũ fuit, Vel erit nigrũ, Et ſanũ fuit, Vel erit infirmũ, ut conceſſum eſt, Igit̃ Album eſt nigrũ, Et ſanum infirmũ, Conſequentia patet per regulam, ſatis tritam. Omnis enunciatio uera de preterito, aliquando fuit uera de preſenti. Et omnis uera de futuro, aliquando erit uera de preſenti. P. Cogit me ratio uel omnia illa negare, uel omnia concedere, ita q̃ ſi eſt uerum q̃ fuerit, uel erit, etiam aliquando poterat, uel poterit dici quod ita nunc eſt, uel ſi hoc preſens falſum ſit, & illæ aliæ ſimiliter ſint falſæ, Aut certo regula illa in iſtis materiebus neganda eſt. Nam de preterito ueræ ſunt, & nũq̃ de preſenti. Sed nequeo percipere ut ſit uera de preterito, aut futuro, & nũq̃ de preſenti. Quid ergo dicendum: B. Quando dicimus, Album fuit, uel erit nigrũ, Subiectũ non appellat formam, Sed materiam, uel fundamentum. Nam album nunq̃ pro forma ſumptum fuit nigrum, Nũq̃ erit, ſed res quæ nũc eſt alba, uel etiam heri fuit alba, aliquando fuit nigra, aliquando fuit nigra. Ita ut etiam aliquando de preſenti fuerat uera. Hæc res eſt nigra. Similiter in futurũ. Calidum erit frigidum, Hoc eſt, Res quæ nũc eſt calida, uel etiam cras erit calida, quandoq; erit frigida. Sic q̃ aliquando, uerum erit, dicere, Hæc res nũc eſt frigida: P. Accipio ſic, Album prout album eſt, nunq̃ fuit, aut erit nigrum, Quia unũ contrarium ſicut nunq̃ uere dicitur de altero, ſic nunq̃ fuit uere

dictum aut dicetur. Sed illa res quæ nũc eſt alba. Vel alias fuit alba aliquãdo ut fuerit nigra nõ inconuenit. Sic de futuro. Accipio itẽ. Quod licet hæc ſint uera. Albũ fuit uel erit nigrum. Hæc tamen nunq̃ eſt uera. Album eſt nigrum. Etiam accipiendo album ꝓ re alba. Et de hoc miror: B. Non mireris Nã illa. Album eſt nigrum. Facit ſenſum cõpoſitum. Videlicet ꝙ res nunc alba nunc eſt nigra. Quod eſt impoſſibile. Illa uero. Album fuit uel erit nigrum. Facit ſenſum diuiſum. Videlicet ꝙ res illa quæ nunc uel etiam nudius tertius fuit alba illa quondam non exiſtens alba fuit nigra.

## Cap. XXXVIII. P.

EX his ſic enucleatis percipio illius de preterito & illius de futuro nõ ẽ hanc de preſenti Album eſt nigrum. Sed hanc. Hæc res eſt nigra: B. Ita eſt ut dicis. Nam ſi album fuit nigrum. Aliquando fuit uerum dicere Hæc res quæ fuit alba eſt nigra. Nõ poterat n. fuiſſe nigra. Si nunq̃ dici potuiſſet eſt nigra. Sic de futuro dicendũ. Vera itaq; eſt hæc enunciatio. Calidũ erit ſine calore. Et Calidum erit quando non erit calidũ. Sic de preterito. Calidum fuit ſine calore & quando non erat calidum: P. Concedunt utramq; harum. Carnes crudas comedes. Nec tamen comedes carnes crudas. Similiter. Piſces coctos emiſti. Nec tamen emiſti coctos: B. Vtriuſq; utraq; pars uerificabilis eſt. Nam carnes quæ nunc ſunt crudæ uel etiam hinc ad horam erunt crudæ: poſtea erunt coctæ. Et tu eas comedes coctas non crudas. Et ideo non comedes carnes quæ ſint tunc crudæ. Similiter. Piſces qui nunc uel paulo ante erant cocti emiſti iam antea. Nec tamen quando eos emiſti erant cocti: P. Dicunt preterea ponendo caſum. Vt Plato nunc ſit albus. Et nunq̃ prius fuerit albus. Hãc eſſe ueram. Aliquod album fuit Plato. Nec tamen Plato fuit aliquod album aut albus: B. Prior ſic cõſtruitur. Aliqua res quæ eſt nunc alba uel fuit alba. Fuit Plato. Poſterior uero ſic. Plato non fuit aliquod albũ. Vel non fuit albus. Poſito caſu ut nunc ſit talis. Et nunq̃ antea fuerit: P. Per affirmatiuam agnoſcitur negatiua. Dicamus ergo. Poſito caſu. Plato qui eſt uel fuit Plato. Fuit albus. Falſa eſt per caſum. Igitur negatiua uera. Ponũt & aliũ caſum. Eſto ut die craſtina uideas unum qui erit hinc ad menſem Epiſcopus. Hæc erit uera Epiſcopum uidebis. Quia illum qui eſt uel erit hinc ad menſem Epiſcopus craſtina die uidebis. Nec tamen uidebis Epiſcopum. Quia eo ratione tali. Quoniam adhuc non ſit Epiſcopus. Sed ſi & aliæ ſint difficultates [illegible].

## Cap. XXXIX. B.

OMnes termini concernentes actum mentis. Vt cognoſco. ſignifico. intelligo. ſcio. opinor. cupio. appeto. credo. ambigo. uolo. promitto. obligo. Et multa alia poſſunt caſum poſt ſe rectum biſariam determinare. Appellando rationem ꝓpriam & formalem aut cõmunem. Et hoc ſup

[illegible] cōcedunt [illegible] pre [illegible] parte. [illegible] trinum cognoſcit Auerroys. Nec tamen cognouit Deum trinum. Aut [illegible] in eum. Quia nō ea ratione qua eſt trinus. Sed qua eſt unus. Similiter Patrem ſuum odiuit Iulianus. Et extinguere matrem uo luit. Nec tamē odiuit patrem. Aut extinguere uoluit matrem. Sic etiam aliqui uenenū & mortem cupiunt. Nam aliquem cibum uel aliquam rem eis mortem inferentem deſiderant, neſcientes quid petant. Neq; tamen cupiunt uenenum aut mortem ſub tali ratione. P. Addunt ab aliquibus etiam tales. Sanctum peccare uideo (Quia ſepties in die cadit iuſtus) Sed non uideo Sanctū peccare. Quia nō peccat ea rōne qua ſanctus. Sȝ ea qua hō. Similr Prophetā Dei mētiri ſcio, Seu cognoſco. Nec tn̄ ſcio aut cognoſco pphetā Dei mentiri. Quia ut ppheta Dei eſt, nō mentit. Sed ut hō. Quia oīs hō [illegible] & mentitur ut homo eſt peccat & eſt mēdax. Aliqui etiam [illegible] has concedunt. Sanctus peccat, Sicut diximus iuſtus cadit. Propheta Dei mētitur. Iuſtus damnabit. Nec tamen peccat Sanctus. Aut mentitur Dei propheta. Aut damnabitur Iuſtus: In quantum iuſtus ſed in quantum homo peccator. Sic non peccat Sanctus. Neq; mentit Dei propheta: Vt talis. R. Ille prior modus loquendi cum terminis concernentibus actum mentis eſt uſitatior. Quia dicere abſolute. Sanctus peccat. Et Dei propheta mentitur. Nō ita bene in auribus noſtris ſonat. Et ſpecificat caſus a parte ante rectus. Illa tamen Iuſtus damnabitur. Poteſt alio modo accipi. Vt uidelicet ille qui eſt iuſtus uel erit iuſtus [illegible] deſerta iuſtitia damnabitur. Idcirco congruentius diceretur. Sanctus peccabit uel peccauit. Dei propheta mentietur uel eſt mentitus. Fiet n. ampliatio. Tamen quoties cunq; terminus poteſt accipi ſub ratione ppria & comuni poteſt fieri fallacia per hunc modum. P. Nonnulli hanc appellationem formæ ſeu proprie rationis non connumerant modis ſeu ſpeciebus appellationis. Et dicunt philoſophum eiuſmodi diſtinctionem ſeu appellationem improbaſſe. R. [illegible] Quos homines [illegible] niones. Nobis n. uidetur hæc precipua appellatio. Et ſupra omnes utilis & neceſſaria. [illegible] poſſe accipi terminos in oratione. Videlicet ſub ratione propria & communi, negare poteſt recte nemo. Id forſan ſolum eſt ad libitum. Vt proponendo terminum concernentem actum mentis caſui poſt ſe recto ſit ſenſus proprius. Poſtponendo uero ſenſus comunis. Neq; hunc ſenſum duplicem ullibi philoſophus (ſi quis [illegible] inſpiciatur) improbauit) Immo multotiens approbauit. Videlicet primo poſt. Cognoſcentem omnem ſpeciem trianguli & ignorantem triangulum dicit neſcire omnem ſpeciem trianguli. Videlicet ſub ratione propria in quantum ſunt ſpecies trianguli. Et tamen omnes ſpecies trianguli cognoſcit ſub ratione communi in quantum ſunt quædam figuræ. In li. quoq; Elen. & alibi ſimilia dicit. Immo aliæ ſpecies appellationum poſſunt cognoſci per ampliationes & reſtrictiones. Hæc nobis uidetur ſpecies potiſſima appellationum. Et ob cognitionem eius, potiſſimum de appellationibus tractamus.

## Cap. XL. P.

Diuiſi

DIxiſti paulo ante: Propheta [illegible] Ut talis eſt, non mentiri. Cuius oppoſitum habemus de Iona propheta qui ex parte Dei dixit, Hinc [illegible] Niniue ſubuertetur. Nec fuit ſubuerſum: Be. [illegible] Quare non dixit contra mentem [illegible] credebat. Sed [illegible] dixit falſum. Pe. Si dixit falſum [illegible] Deus [illegible] Falſum. Et contra [illegible] animo non putabat illud fore quod fore aſſerebat [illegible] credebat fore quod non erit. [illegible] illi qui eum futura [illegible] ſe ſcire [illegible] uoluerit & ipſius uelle ſui terminationem [illegible] Poſſet tamen [illegible] Et ita quod futurum ſciebat [illegible] credebat neſci[illegible] [illegible] cum conditione credebat. Neque [illegible] quia [illegible] Sed hanc opinionem non habent omnes [illegible] Deus non dixit falſum neque contra mentem. Sed eſt locutus cum conditione [illegible] Niniuitae non crediderunt abſolute [illegible] Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus. Et eſt ſenſus. Quis ſcit hoc non eſſe uerum, uel quis ſcit contrarium huius. Si quis conuertatur ignoſcat Deus. [illegible] id non eſſe uerum. Sed quiſque ſcit, [illegible] ignoſcet Deus. [illegible] de Niniuitis ut ſententiam diuinam cum conditione intellexerint Ionas tamen eam abſolute accepiſſe uidetur: Be. Ionas enim [illegible] credidit illud [illegible] conditione [illegible] predicare illi populo [illegible] nolebat. Sciebat (ut ipſemet dicit) Deum eſſe clementem & miſericordem & ignoſcentem ſuper malitiam [illegible] abſolute Niniue ſubuertetur [illegible] P. [illegible] de Iona [illegible] An poſſit Deus aliquid dicere uel [illegible] & ita aliquos quaſi decipere & errare facere: Be. Ad Theologum iſta pertinent. P. [illegible] Dialectica haec tangunt ut omnium orationum ueritatem [illegible] Maxima Theologorum eſt. Quae [illegible] Deum facere poſſe. Sed Deum formare orationem falſam in uoce aliqua, aut ſcripto non contradicit, Immo etiam eam formare in mente [illegible] Nam quaecunque dixit coniunctim poteſt dicere ſeparatim, Sed coniunctim dixit. Si dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Poſſet utique & potuiſſet dicere ſeparatim Neſcio eum & illud dictum eſſet diſforme ethice & menti dicentis [illegible] audientes illud crederent feciſſet eos credere id quod non eſt. Hoc tamen conceſſo non eſſet dicendum. Deus falſum dicit, uel mentitur [illegible] Aut eſt falſiloquus mendax ſeductor. Quia illa turpitudinem iniquitatem & peccatum ſonant. Haec autem ſunt relegata a Deo: Sed eximus limites huius artis. P. Mouit iſtud Quia nonnullos Dialecticos ſimilia mouiſſe, ac in ſcriptis reliquiſſe uidi. Sed ut compleatur hic tractatulus dicito aliquid de conuerſione harum orationum.

Sluis recte conuertere opus eſt ut ſeruetur eadem appellatio extremorum conuertentis quæ erat in conuerſa. Exemplum gratia. Apoſtolus cognoſcit Deum trinum. Ex pacto accuſatiuus ille appellat formam ſeu ratione propria. Quod ſi ponatur pro ſubiecto non appellabit ratione propria. Ad hoc ergo ut appellet eſt ſic dicere. Cognoſcens Deum trinum In quantum trinus eſt Apoſtolus: Si autem hæc deberet conuerti. Deum trinum cognoſcit Philoſophus. Quia ſubiectum non appellat rationem propriam, ex pacto. Sic fiet eius conuerſio. Philoſophus eſt cognoſcens rem illam quæ eſt Deus trinus. Sed ſub ratione Trini. Sic ut predicatum nõ appellet rationem propriam. Illa uero. Album fuit nigrum. Sic conuertatur. Res quæ fuit nigra. Videlicet in preterito. Eſt alba nunc. Vel fuit alba. Vel. Album erit nigrum. Cõuertatur ſic. Res quæ erit nigra Eſt nunc uel erit alba. Quãdo autem appellat exiſtentiam. Vt Aliquis homo eſt. Vel Aliquis homo ambulat. Conuertatur Sic. Res exiſtens eſt homo. Res ambulans eſt homo. Illa item. Cato eſt bonus Muſicus. Sic conuertitur. Res exiſtens bonus Muſicus eſt Cato. Hoc eſt tuum. Poteſt accipi duobus modis. Videlicet ut ſit poſſeſſum a te. Vel ut ſit tibi coniunctum amicitia. Vel ſanguine. Vel aliquo alio modo tibi attinens. Si ut poſſeſſum ſic conuertitur. Res tua eſt hoc. Vel res poſſeſſa a te eſt hoc. Vel hæc res. Si alio modo. Conuertatur ſic. Tibi amicitia. Vel ſanguine. Vel alio modo. Coniunctum uel eſt hoc. Vel coniuncta eſt hæc res. Ecce habes & quidem acute & concise. De Suppoſitionibus omnium etiam Relatiuorum Grammaticalium. De Ampliationibus. Reſtrictionibus. Et tandem de Appellationibus. Appellemus & nos ac adiuo terminorum nostram ſcientiam in iudicium & examen Maximi ſapientiſſimi Dei. Et omnia ſubiicimus ſedis Apoſtolicæ determinationi. Appellamus (utendo tertia coniugatione) & applicamus omne noſtrum tam ſcire quam uelle illi ultimo Fini. Et primo omnium principio. Vt nos de hac nebuloſa & caliginoſa ſcientia ad illam claram & ſerenam tandem deducat.

## De Probationibus terminorum in enunciatione poſitorum. Et primum de illis qui reſoluuntur.

### P. Quot modis termini declarari poſſunt: B. Cap. I.

TErmini in enunciatione declarari & quaſi interpretari quinque modis poſſunt. Videlicet. Reſoluendo. Exponendo. Officiando. Deſcribendo. Per cauſas ueritatis probando: P. An omnis enunciatio ſit declarabilis & probabilis aliquo illorum modorum: B. Enunciatio ſicut & terminus quædam immediata. Videlicet in qua ponitur terminus immediatus. Quædam mediata. Vt illa in qua ponitur terminus mediatus. Et omnis mediata aliquo illorum quinque modorum probari ua

let:Pe. Quæ reſoluuntur:B. Indefinita/Particularis/Et ſingularis/Non demon/
ſtratiua/Et ſignata:P. Memini terminum demonſtratiuum eſſe immediatum/Et ita
in notiorē reſolui nō poſſe/Vt ſi dixero (demonſtrato aliquo) Hic diſputat. Sed quo
modis fit reſolutio:B. Tribus. Primū/Verbo fundamētali. Quod propriæ fit in tem
pore preſenti/Vt Plato legit.i.eſt legens. Secūdo/Aduerbio temporis/Vel loci. Exem
plum prioris/Vt Aliquando legit.i.nunc legit/Vel tunc legit. Exemplum poſterioris.
In loco legit/Vel in Ciuitate. Hic/Vel iſtic/Aut illic legit. Tertio fit reſolutio p ꝓnomi
na/demonſtratiua maxime ſingularis numeri. Nam poſita primum indefinita. Videli
cet Homo dormit/Reſolue/Hoc dormit/Et hoc eſt homo. Igit homo dormit. Neq;
demonſtratur ibi ſingulare/ſed natura/Demonſtramus enim ſignificatum primarium
Termini reſolubilis. Eodem modo facta ſingulari reſolues:Pe. Quomodo poſſu/
mus in Enunciatione particulari demonſtrare illam rem inexploratam & ambiguam
Be. Licet neſciamus illam rem determinate/unam tamen eſſe conſtat. Et illam indeter
minate demonſtramus. Vt aliquis homo dormit/Hoc dormit/Vel illud dormit. Et
hoc eſt homo. Demonſtramus diſiunctiue/& indeterminate illam rem unam. In plu
rali autem numero ſic demonſtra. Homines currunt/Hi currunt/Et hi ſunt homines.
Ergo homines currunt. Et licet aliquibus hæc reſolutio Hic & ille/currit/Et hic/& ille
ſunt homines. uideatur notior. tamen pronomen illud in plurali reſoluit prius plura
le: Quod deinde reſoluitur/in hunc & illū. Si ſint ampliatiuæ/Reſolue ſic. Aliquis ho
mo diſputabit:Hoc diſputabit/Et hoc ē/uel erit homo/Ergo homo diſputabit. Senex
erit puer/Hoc erit puer (demonſtrato puero) Et hoc ē/uel erit ſenex. Ergo. In obliqs/
ſic/Domini ē terra: Huius ē terra. Et hic eſt Dominus/Deo placeo/Huic placeo/Et hic
eſt Deus. Deum ueneror/Hunc ueneror/Et hic eſt Deus. A domino factum eſt iſtud
Ab hoc factum eſt iſtud/Et hic eſt Dominus:Pe. Hoc diſiunctum/Homo uel lapis/
eſt lapis. Quomodo reſoluitur:Be. Duobus modis. Vno modo ſic: Hoc eſt lapis/
(demonſtrando totū diſiūctum) Et hoc eſt homo uel lapis. Prima demonſtrans eſt
falſa Coniungēdo utrumq; ſimul. Altero modo ſic/Hoc uel lapis/eſt lapis/Et hoc eſt
homo. Igitur/Homo uel lapis/eſt lapis. Vtraq; demonſtrantium uera. Quia diſiun
ctum fuit diuiſum. Sic dicito de aliis cathegoricis habentibus ſubiecta copulata/uel
conditionata. Ceruus ſi eſt homo/eſt riſilis. Dupliciter reſoluitur. Vno modo/Hoc
eſt riſile/Et hoc eſt ceruus. Si eſt Homo. Igitur Ceruus. Si eſt homo/eſt riſilis. Prior
eſt falſa/Quia affirmat de Ceruo riſile: Altera quoq; eſt falſa/Quia dicit Ceruū eſſe
Ceruum/ſi ſit Homo. Nam ſequitur oppoſitum: Vt ſi ſit homo/non ſit Ceruus. Alte/
ro modo Sic. Ceruus ſi eſt Homo/eſt riſilis. Hoc ſi eſt homo/eſt riſile. Et hoc eſt Cer
uus. Igitur/Ceruus ſi eſt homo/eſt riſilis. Vtraq; reſoluentium uera. Callias Et Plato
trahunt nauē (Hoc oſtenſo) Callias. Et Plato trahunt nauem. Et hoc eſt Calias/Et
Plato. Igit Vel ſic/Hoc (oñſo toto copulato) trahit nauē/Quia neutrū ſeorſum pōt
trahere. Et hoc eſt Calias Et Plato. Igitur/Melius patebit in hoc Exemplo. Calias Et
Plato/ſunt duo. Hoc (oſtēſo toto copulato) eſt duo/Et hoc eſt Calias/& Plato. Igit:
Pe. Si fuerint negatiuæ an reſoluuntur:Be. Reſolui etiam illæ poſſunt:Pe. Si dixero

Chimera nõ currit / Hæc reſolui non põt / Quia ſecunda reſoluens eſt falſa / Videlicet / Et hoc eſt Chimera: B. Si prima eſt uera / Videlicet / Hoc nõ currit. Cur non ſecunda / Nam ibi / Hoc non currit / Demonſtrat Chimeram / quæ eſt Chimera. Si. n. non / Igit non negatur de Chimera / Hoc namq; modo in negatiua / intelligitur affirmatiua. Et hoc modo / negatio includit affirmationem. Sed an hæc ſit uera / Chimera eſt Chimera: Et hircoceruus / hircoceruus. Alias acutius: Pe: Ex his inferri conſueuerunt multa corrolaria.

## Quædam ſophiſmata hic ponuntur. B. Cap. II.

HEc in q̃ / quæ ſubſcribi uides: Et ſimilia. Primũ eſt / Doctiori te / Et quo quis i doctiori te / Tu es indoctior. Similr / Maiori te / Et quolibet minori te / Tu es minor. Eodem mõ / Meliori te / Et quolibet peiori / uel deteriori te / Tu es peior: ſiue deterior. Sic reſoluantur: Et hoc modo erunt uere reſoluẽtes / & Reſoluta. Meliori te / Et quolibet deteriori te / Tu es deterior. Hoc (demonſtrato meliore tu es deterior. Et hoc eſt melius te / Et melius: quolibet deteriori te. Si reſoluanť ſic erũt falſæ. Meliori te / Et quolibet deteriori te. Tu es deterior. Hoc / & quolibet deteriori te / ſimul / tu es deterior. Et hoc eſt melius te. Prior illa reſoluens eſt falſa. Ictirco Et concluſio. Secundum corrolarium. Album poteſt eẽ nigrum: Et malum bonum. Tertium. Senex erit puer / Demonſtrato puero: Et puer fuit ſenex / Demonſtrando ſenem. Quartum / Album fuit / quando non fuit album. Vel ſic. Album fuit ſine albedine. Et pater / ſine paternitate. Et etiam quando non fuit pater. Sic etiam. Pater erit ſine ullis liberis. Et hoc demonſtrando aliquem qui non fuit ſemper albus. Et nunc eſt. Similiter oſtenſo homine qui non fuit ſemper pater. Et in ultima / oſtenſo patre liberis priuãdo. Quintum / Verum eſt quod mundus non fuit / nec erit / nec poteſt eſſe / aut potuit / aut poterit / oſtenſa formica. Si loquamur de uero / in complexo / ut eſt paſſio entis / Vel oſtenſa hac oratione / Hõ ẽ riſibilis / Si loquamur de uero cõplexo / quod eſt in enũciatione. Similiter / Neceſſarium eſt / quod Deus nunq̃ fuit / nec potuit / aut poterit eſſe / Oſtenſa hac oratione / Homo eſt animal. Eodem modo / Poſſibile eſt quod nihil fuit / Et nihil erit / Oſtenſo aliquo cõtingenti / quod & ortum ſit / Et occidere opporteat. Vt hac roſa. Sed hic ambiguitas multis uidetur / Quia credunt ly / quod / eſſe coniunctionẽ. Sed non eſt / Immo eſt relatiuũ nomen / Quo uiſo nihil pœne ambiguitatis remanebit. Sextum / Viuum eſt mortuum / Oſtenſo Cæſare ſicariis interfecto: Qui eſt uiuens. Si ſit homo / & animal / & corpus / & ſubſtantia. Cur enim illud genus ſolũ ab eo remouebitur. Vel (ut aliis placet) nec mihi diſplicet ampliãdo Viuum pro eo quod eſt uel fuit. Et ſic coincidet cum tertio corrolario. Sic ampliando / etiam hæc eſt uera. Lucẽs eſt extinctum. Septimum Poſſibile eſt iuſtum iuſte damnari. Nec tamen poſſibile eſt iuſtum iuſte damnari. Pe: Quæ dicuntur exponibiles.

ET ſi omnis probatio/ſiue declaratio poſſit dici expoſitio/multi tamen
ponunt uarias ſpecies probationum. Inter quas ſecundo loco a non
nullis ſolet poni expoſitio Verum quia illa diffuſior ē/poſtremo diffi
niendam cenſuimus. Et in preſenti de officiabilibus/tractare decreui
mus: Pe. Quæ dicuntur officiabiles: Be. Officiabilis eſt illa enun
cia/cuius dictum eſt modificatum aliquo modo in ſenſu compoſito.
Siue ille modus ſit ex parte rei. Siue ex parte intellectus. Exemplum primi/Poſſibi
le Neceſſarium. Exemplum ſecundi. Scitum Volitum: P. Quod officium eſt iſtud
B. Non parum officii eſt latens & obſcurum patefacere: Pe. Quo pacto: B. Pone of
ficiabilem/hoc eſt modalem de ſenſu compoſito/Sic. Poſſibile eſt album eſſe nigrum.
Deinde appone officiātes ſiue officioſæ ipſius ſenſum exprimentes/Ita: Hæc enūciatio
eſt poſſibilis. Albū eſt nigrū/Quæ adæquate/& primarie/ſignificat album eē nigrū
Cuius talis ſenſus/ſiue conſtructio. Hæc enunciatio quæ primariæ & adæquate ſignifi
cat album eē nigrum/eſt poſſibilis: P. Exprimens uidetur in ſubſtantia una: B. Quā
uis duæ ſiant/poſſunt tamen reſolui in unam/Et quando ipſa eſt falſa/Vt hæc (quam
paulo ante attulimus) Vel quando illæ duæ ſint falſæ/Et illa quæ exprimit ſiue decla
ratur erit falſa. Neceſſe eſt Deum eſſe optimum: Hæc eſt neceſſaria, Deus eſt optimus,
Quæ primariæ & adæquate ſignificat Deum eſſe optimum. Pe. Quo pacto agno
ſcemus q ſit de ſenſu compoſito: B. Decreto publico noſtri Gymnaſii. Quando uide
licet modus oīno preponit' Vel poſtponitur: P. Cur addis primariæ ſignificando/&
adæquate: B. Quia penes ſignificata ſecundaria et impoſſibilia ſunt neceſſaria/Sed
non ſunt illa ſignificata reſpicienda. Sic dicito de aliis modis ex parte rei: Pe. Ponamus
modos ex parte intellectus/Sic. Dubiū eſt mihi Regem uenatum iuiſſe. Hæc propoſi
tio. Rex iuit uenatū/Eſt mihi dubia. Quæ ſignificat adæquate Regem uenatū iuiſſe.
Ambiguum eſt Aſtra eſſe paria. Certum eſt Deum eſſe colendum/Et Parētes ac Pre
ceptores obſeruandos. Et certum eſt niuem eſſe Albam. Si fierent in ſenſu diuiſo/quo
pacto declarandæ eſſent: B. Secundū alios modos probationis/Vel reſoluendo/Vel
exponendo/Prout exigunt ſigna/Vel Termini: P: Da corrolaria.

## Corrolaria quibus mens acuitur/Et uarii ſenſus orationum aperiunt: B. Cap. IIII.

Ecce primum corrolarium. Calidum poſſibile ē eſſe frigidum/Nec ta
men eſt poſſibile calidum eſſe frigidum. Prior eſt reſoluēda/Et eſt ue
ra demonſtrando ſubiectum. Poſterior eſt officianda Et falſa. Simi
liter ſedentem poſſe ambulare/Et tacentem loqui/Et predeſtinatum
dānari/Nec tamē poſſibile in alio ſenſu. Sic etiam/Hominem contin
gēs eſt eē/Et aliquem eē/Reſoluēdo inuenientur ueræ. Et hæc. Oēm
hominem eſt contingens eſſe. Exponēdo erit uera/Sic. Aliquem hominē cōtingens ē,

eſſe. Et non eſt homo, uel quẽ contingat eſſe hominẽ, quin ſit contingenter. Et tamen neceſſe eſt hominem eſſe. Et neceſſe eſt. Et nõ contingens aliquem hominem eſſe. Et ſunt ueræ officiando: P. Q uo hæc ẽ uera. Neceſſe eſt hoiẽm eẽ, uel aliquẽ hoiem. Præſertim quum aliqñ hæc fuit uera. Nullus homo eſt: B. Vera ſecundũ mundum æternũ conſtituentes. Ac etiam quia ut nõnulli aiunt, appellat ſubiectum exiſtentiam. Hominem. n. exiſtentem eſſe oportet. Sic & illam. Neceſſe eſt omnem hominem eſſe. Verã dicemus. Q uia hæc eſt neceſſaria. Omnis homo exiſtens eſt: P. Si diſtribuit, poterit deſcendi. Q uia & hic exiſtẽs eſt neceſſario. Et ille: Nam quia exiſtentẽ dum exiſtit neceſſe eſt exiſtere: B. Aduerte tamen ꝙ omnis officiabilis, uidetur æquiualere uni ſingulari. Nam hæc eſt ſingularis. Hæc enunciatio. Omnis homo eſt: eſt neceſſaria. Idcirco dicitur non diſtribui. Tamen quia ueritas hæc dependet a diſtributione. Si primum, ut pro omnibus diſtributa eſt, non eſſet uera & neceſſaria. Neq; ipſa eſſet talis in ſe. Q uia ueritas orationis a rebus pendet. Nos tamen pluries diximus illam uniuerſalẽ. Omnis homo eſt. Non eſſe neceſſariam. Si quælibet ſingularis ſit contingens. Ois quoq; officiabilis, quia ſtat pro ſe ipſa oratione ut ſignum eſt, ſupponit diſcrete. Secundum correlarium: Scio alterum contradictoriorum eſſe uerum. Puta. Aliquod nauale bellũ erit. Vel nullum erit. Et tamen neutrũ ſcio eſſe uerum. Prior officiat. Et eſt uera. Poſterior inducitur. Et etiam eſt uera. Scio. n. alterutrum eſſe uerum. Videlicet hoc uel illud. Et tamen neutrum determinate. Tertium correlarium. Verum eſt ꝙ mundus non fuit. Et tamen nõ eſt uerum ꝙ mundus nõ fuerit. Neceſſarium eſt quod Deus nunq̃ fuerit aut erit. Et tamen neceſſarium eſt ꝙ Deus fuerit, atq; erit. Illæ priores reſoluuntur ut ſupra. Et ſunt ueræ. Q uia ly qd' ſtat relatiue. Et modi ſtant nominaliter. Poſteriores modi diſtant aduerbialiter. Et orationes ſunt ueræ officiãdo. Et ly, ꝙ eſt coniunctio. Arrige itaq; aures, ne decipiaris ſophiſtarũ iporrunitatibus: P. Q uã deſcriptibilẽ nũcupatis.

De enunciatione deſcriptibili. B. Cap. V.

DEſcriptibilis enunciatio eſt in qua fit appellatio rationis, uel formæ. Et ſi appellatio ſit incõplexi termino deſcribitur uno modo. Si incomplexi quoad ſignum. Et complexi quoad ſignificatum. Alio modo parũ a priori diſtanti. Exemplum primi. Cognoſco hominem. Cognoſco aliquid ea ratione qua homo eſt. Recordor dulciſſimæ parentis meæ. Recordor alicuius ea ratione qua mater mea eſt. Exemplum ſecundi. Scio: A: propoſitionem. Scio ſignificatum adæquatũ A, ꝑpoſitionis. Q uod ſcio adæquate ſignificari p A, ꝑpoſitionẽ. Similiter dubito A: & B: enunciationes. i. dubito ſignificata adæquata A: & B: enunciationum, quæ ſcio adæquate ſignificari per A: & B. enũciationes. Sic de aliis terminis concernentibus actum mentis: P. Q uo pacto ſe habẽt deſcribentes ad deſcriptam: B. Conuertitur deſcriptibilis cum ſuis deſcribentibus, uel ſuã deſcribente. Q uia uidetur eſſe potius una q̃ duæ: P. Affers mira dialectica: B. Accipe corrolaria admiratione, ſictis & ſuperiora, homines afficientia. Primum eſt. Iudeis

Chriſtum amant. Et tamē Iudei ſummo odio habent ipſum. Prior pars patet reſoluen do & demonſtrando Deum. Altera deſcribatur. Iudei .n. ſummo odio habent ipſum ea ratione qua Chriſtus eſt. Similiter. Venientē cognoſco. Et inimicum amo. Et tamen nō cognoſco uenientem. Nec amo inimicum. Priores patent reſoluēdo. Platonem .n. cognoſco & amo. Et Plato eſt ueniens & inimicus. Sed nō percipio ipſum uenire aut inimicari mihi. Et reſoluuntur ſic. Hūc cognoſco (oſtenſo Platone) Et hic eſt ueniens. Igitur. Similr Hunc cognoſco (eodem oſtēſo) Et hic eſt inimicus. Igitur. Poſteriores de ſcribuntur Sic. Non cognoſco uenientem ea ratione qua ueniens. Neq; amo inimicū ea ratione qua inimicus eſt. Simili modo. Deum trinum perſona. cognouit & credi dit Auerroys & amauit & cōfeſſus eſt. Neq; tamen cognouit aut credidit aut amauit aut confeſſus eſt Deum perſona trinum. Secundum corrolarium. Regem loqui perci pis. Nec tū percipis Regem loqui. Quia uel illum loquentem. non percipis eſſe Re gem. Vel nullum Regem ibi eſſe putas. Vel de ipſo cogitas. Tertium corrolarium. A. Enunciationem ſcis. Et tamen neſcio A. enunciationem. Eſto .n. A. hęc enūciatio. [illegible] prout ſignificat idem quod [illegible] Et ego eam ſciam ut propoſitio quædam eſt [illegible] non ſub tali ratione. [illegible] Poſterior deſcri bendo. Multa [illegible] fieri poſſent. Sed in hoc libro [illegible] P. Diffinitio ſequentis

De enunciatione probabili. B. Cap. VI.

PRobabilis [illegible] eſt illa enunciatio. cui plures [illegible] [illegible] Veluti ſunt illæ in quibus ponuntur [illegible] [illegible] in conſequentia. P. Apponit exempla [illegible] enun ciatio probabilis [illegible] diffinitionis. Incipit duobus modis probatur. Vno modo per affirmationem preſentis & negationem preteriti. Altero modo per negationem preſentis & affirmationem futuri. Sic Ka rolus incipit eſſe Philoſophus. Karolus eſt Philoſophus. Et paulo ante uel imme diate ante non erat. Igitur incipit eſſe. Vel ſic. Karolus incipit eſſe Logicus. Karolus non eſt Logicus. Et protinus uel immediate poſt hoc erit. Igitur incipit eſſe. Si tamen [illegible] Hoc modo. Homo incipit eſſe. Homo nunc eſt. Et idem homo paulo ante non erat. Sic dicito de hac. Aliquis homo in cipit eſſe. Enunciatio quoq; in qua ponitur [illegible] probatur. Quia p [illegible] Videlicet per [illegible] preſentis & poſitionem preteriti. Vel per poſitionem preſentis & negationem futuri Sic. Damia nus deſinit eſſe ſophyſta. Damianus nunc non eſt ſophiſta. Et paulo ante hoc. Vel & immediate ante hoc erat. Ergo deſinit. Vel ſic. Damianus deſinit eſſe ſophyſta. Damia nus nunc eſt ſophiſta. Et protinus poſt hoc. Vel & immediate poſt hoc non erit. Ergo deſinit. P. Quia de [illegible]

Cur. Incipit pbet illis duobus modis. Similr & deſinit [illegible] B. Cap. VII.

REᴿerum quædã ſunt permanentes. Quæ uidelicet dum ſiunt nõ ſunt. Quædam ſucceſſiuæ. Quæ dum ſunt ſunt. Rerum item. Quædã dicunt͂ habere primum inſtans ſuieſſe. Vt res permanentes. Et illæ ꝓbantur per poſitionem preſentis. Et remotionem preteriti. Quædam nõ habent primum ſui eſſe. Veluti ſucceſſiuæ. Et illæ probantur per negationem preſentis. Et poſitionem futuri. Et hoc quo ad uocabulum incipit. Eodem modo quo ad illam dictionem deſinit. Quæ nãq; non habent ultimum ſui eſſe probantur per negationem preſentis. Et affirmationem preteriti. Nunc nõ eſt. Et paulo ante uel immediate ante erat. Quæ uero habent ultimũ ſui eſſe ꝓbant͂ poſitionẽ ꝑ preſentis. Et negationẽ futuri. Nunc eſt. Et ꝓtinus uel immediate poſt hoc non erit. Et aduerte ꝙ illa quæ habent primum ſui eſſe poſt non eſſe non habent ultimum ſui non eſſe ante eſſe. Quia inſtans non eſt connexum aut contiguum inſtanti. Quæ uero non habent primum ſui eſſe poſt non eſſe. Habent ultimũ ſui nõ eẽ añ eẽ. Simili mõ q̃ hñt ultimũ ſui eſſe nõ hñt primũ ſui nõ eẽ poſt eẽ. Ne inſtãs ponat͂ cõtiguũ inſtãti. Quæ aũt ñ hñt ultimũ ſui eẽ illa hñt ꝑmũ ſui nõ eẽ poſt eẽ. Ecce tibi norma. Si A incipiat eẽ. Et hẽat ꝑmũ ſui eẽ. Probat͂ ſic. A nũc ẽ. Et parũper añ hoc uel imediate añ hoc ñ erat. Si A incipiat eẽ. Et nõ hẽat primũ ſui eẽ. Probat͂ ſic. A nũc nõ eſt. Et protinus ſeu imediate poſt hoc erit. Et ibidem monſtrat͂ ultimũ ſui non eſſe ante eſſe. Si A deſinat eẽ. Et habeat ultimum ſui eſſe probatur ſic. A nunc eſt. Et protinus uel immediate poſt hoc non erit. Si A deſinat eſſe. Et non habeat ultimum ſui eẽ probatur ſic. A nunc nõ eſt. Et parumper ſeu imediate ante erat. Demonſtratur autem primum ſui nõ eſſe poſt eſſe. P. Da corrolaria: B. Corrolarium. Quicunq; incipit eſſe Deſinit non eſſe. Corrolarium. Quicunq; deſinit eſſe incipit nõ eſſe. Corrolarium. Negatiuæ æquiualentes affirmatiuis ſunt exponẽdæ ueluti illæ affirmatiuæ. Corrolarium. Omne quod incipit & deſinit eſſe. Habet eſſe clauſum inter duo non eſſe. P. B. Fruſtra uidetur poni prima expoſitio ipſius deſinit. Nihil. n. habet ultimũ ſui eſſe. De ſucceſſiuis certum eſt. De permanentibus probatur. Quia quando unum permanens deſinit. Alterum incipit. Corruptio namq; unius eſt generatio alterius. Si ergo quod corrumpitur putaret habet ultimum ſui eẽ. Et quod generatur primum. Puta aqua. Igitur in eodem inſtanti erit generatio & corruptio. Vel inſtans erit immediatum inſtanti. B. Forſan non eſſet abſurdum id concedere. Vt corruptio & generatio ſint in eodem inſtanti. Ponẽdo ꝙ in uno inſtanti temporis ſint duo inſtantia naturæ. In quorum uno aer corrumpitur. In altero aqua generat͂. Sed de his alias. Sufficit defendere regulã illam nõ fuiſſe fruſtra poſitam. Quia inſtans preſens deſinit eſſe. Et tñ non habet ultimum ſui eſſe. Sic & mutatum eſſe in motu.

## De Ablatiuis abſolutis cum uno ſophiſmate. R. Cap. VIII.

DE Ablatiuo abſoluto (uel ut aiunt) in conſequentia poſito nil attuliſti. Be. Ille probatur per diſiunctiuam factam ex conditionali cauſali uel effectiua & temporali.

Veluti eſt hic. Sole oriēte fit dies. | Si Sol oritur. Quia Sol oritur. Quādo Sol orit. | Fit Dies.

Pe. Da ſi ſint ulla corrolaria: Be. Pro corrolariis accipe hoc ſophyſma. Nullo homine currente. Tu es bos. Hæc eſt uera. Probatur primo. Quia eius contradictoriū falſum Videlicet Aliquo homine currente. Tu es bos. Probat̄ ſecundo. Per omnes ſingulares Quia neq; hoc. Neq; illo currēte es bos. Ex alia parte uidet̄ eſſe falſa. Quia æquiualet huic. Si nullus: Vel quia nullus: Vel quando nullus homo currit. Tu es bos. Nec illa. Aliquo homine currente. Tu es bos. Eſt ſua contradictoria. Sed & ipſa eſt falſa. patet probādo. Vnde hæc. Nullo homine currēte. Tu es bos: Eſt affirmatiua. Nam ſenſus eſt. Si nullus. Vel quia. Vel quando nullus homo currit. Tu es bos. Et noſti hyppotheticam non eſſe negatiuam. niſi nota ipſa negetur: Et ſunt nullius quantitatis. & non ſicut uniuerſalis. & particularis negatiua. Igitur contradictoria fiet ſicut. & aliarum hyppoteticarum negatione prepoſita. Fiat ergo contradictoria ſic. Non aliquo homine currente. Similiter nō nullo hoīe currente. Tu es bos. Vt ſit ſenſus illius prioris. Nō ſequit̄ Si aliquis homo. Vel quia. Vel quando aliquis homo currit. Tu es bos. Similiter etiā alterius: Non ſequitur. Si nullus. Vel quia. Vel quādo nullus homo currit. Tu es bos. Nā Nō aliqs. Et oīs Equiualēt. Simil̄r. Nō nullus. Et aliqs. Vt patuit ī æquipollētiis. P. Cur hæc. Nullo hoīe currēte. Tu es bos. nō poſſit hr̄e hūc ſenſum. Neq; Platone. Neq; Callia nec quouis alio hoīe currēte. Tu es bos. Sicut & hæc. Nō aliquo currēte. Tu es bos: B. Aliqui ḡdā: Quia regula ē antiqua. Quā negatio & diſtributio icludunt̄ In eodem. ad nihil refertur unum. quin & alterum. Sed diſtributio illa non fertur niſi ſuper illum Ablatiuum. igitur & negatio non fertur ultra ſuper notam coniunctionis. Sicut nec diſtributio. Poſſet tamen conceſſa regula. Et eo quod aſſumitur dici. In illo Ablatiuo eſſe incluſam in cōiunctionem. Sicut. n. ſub uniuerſali affirmatiua deſcendimus copulatiue. Sic & ſub negatiua ſuo modo. Sic uidelicet. Neq; hic. Neq; ille. Et in propoſito. Nec hoc currēte. Nec illo. Et ita Hæc Nullo homine currēte. Tu es bos. Vno modo poteſt eſſe uera. Alio modo falſa: Pe. Conſtat ex his cōditionalem negatiuam habere proprium uerbum: B. Recte notaſti: P. Afferto corrolaria de incipit. & deſinit.

Pro ampliori dilucidatione ipſius dictionis. incipit. tria corrolaria. B. Cap. IX.

Corrolarium primum ſit hoc. Iacobus incipit eſſe Dialecticus. Nec tñ incipit eſſe ſciens. Vtraq; eſt uera. Poſito caſu. ut nunc ſit. Dialecticus. Et paulo ante fuerit Grāmaticus. & ſciēs. Et ſi poſt hoc erit dialecticus Et nunc ſit Gramaticus: P. Ab inferiori ad ſuperius cum incipit. & deſinit. conſequentia non tenet: B. Non utiq; ſi aſcendatur ex parte predicati. Non. n. ſequitur Callias Incipit eſſe albus. Ergo incipit eē coloratus. Poteſt tamen dici. ut incipiat tali colore eſſe coloratus. Sed non colore abſolute: P. Callias incipit eſſe homo. Ergo incipit eſſe animal. tenet: Be. Quotiens nequit aliqd

eſſe niſi ſub una ſpecie alicuius generis totiens ſi incipiat eſſe ſub ſpecie & ſub genere. Potius tamen incipit exiſtere homo ꝗ eſſe homo: Pe. Dicendo Callias incipit eſſe albus. Ergo homo incipit eſſe albus. Valet: Be. A parte ſubiecti Licet aſcendere: Pe. Homo etiam pauloante erat albus. Non ergo incipiente Callia eſſe albo homo incipit eſſe albus. Be. Vtraq; eſt uera. Quia homo in uno ſuppoſito erat albus, In alio non erat. Et in illo incipit eſſe albus. Corrolarium ſecundum. Iacobus incipit ſcire omnem enunciationem, Et tamen non incipit ſcire aliquam, Immo nullam incipit ſcire Immo nec plures nouit ꝗ prius nouerit. Quæ oīa uerificeātur poſito ut Iacobus nouerit mille enūciationes. Et tamē nō ſint in uniuerſo niſi mille quingentæ. Et ꝙ illæ quingentæ deſinant, ita ut nunc nō ſint, Tunc clarum eſt ꝙ Iacobus ſcit omnem enūciationem, quom non ſint plures ꝗ mille: ſibi notæ. Et non incipit aliquam noſſe. Immo nullā, nec plura ꝗ prius nouit. Similiter Quis pōt incipere uidere omnia, Vel audire, Vel amare abſq; ulla ſui mutatione: in acquirendo, aut amittendo. Hoc pacto. Codrus pōt incipere eſſe ditiſſimus. nil acquirendo. Et Catilina, cui parum (ut ſcribit hyſtoricus) ſapientiæ, ſapientiſſimus. Et febre quartana affectus, ſaniſſimus. Et quem dolet quantum uis parum, unus digitus, ſumme ægrotus. Corrolarium tertium. Incipit eē omne quod eſt, Et tamen non incipit eſſe aliquid quod eſt. Prior probatur. Nunc eſt oē quod eſt, Et nō pauloante erat. Omne quod eſt. Quia nō inſtans preſens, Vel ſiquid aliud nunc ſit. quod ante hoc inſtans non erat. Vniuerſum. n. uel omne, una parte dempta, uel appoſita, uidetur uariari. Poſterior particula ēt eſt uera. Nam nunc eſt aliquid quod eſt, & parumper ante hoc ēt erat. Et poſt erit, Nō ergo incipit. Eodemmodo Coelum incipit eſſe in hoc inſtanti, Et tamen non incipit eſſe in aliquo inſtanti. Prior uerificatur ſic. Eſt in hoc inſtanti, Et nō immediate ante hoc erat, Quia neq; hoc inſtās erat. Altera uero ſic. Nunc eſt Et paulo ante erat in aliquo inſtanti, Et protinus poſt hoc erit: P. Quom dico Incipit eē omne quod eſt, Ac etiam Ille incipit uidere omnem hominem Aiunt diſtributiue ſtare illa. Nec tamē mobiliter. Dabitur igiť diſtributiua immobilis: B. Si ſtarēt diſtributiue, falſæ eſſent, Quia oporteret ad ſingula copulatiue deſcēdere. Ly ergo, omne, eſt quædam ſpecificatio inceptionis illoꝝ, Quo. n. pacto incipiunt declarat: Nō. n. omnia incipiunt eſſe, Sed incipiunt entia eſſe omnia. Sicut & pars incipit eſſe totum, qum ſeorſum ponitur. Et nos incipimus eſſe omnes homines, uel Doctores, Qum tamen nullus noſtrum incipiat eſſe homo, Aut Doctor. Non itaq; ly, oīa, ſemper ſignum diſtributiuum, Niſi diſtributionē æquiuoces: P. Sicut poſuiſti corrolaria reſpectu, incipit, Sic poſſent poni reſpectu deſinit.

## Cap. X. B.

Ccipe etiam illa. Primum quidem eſt, Georgius deſinit uidere omnem amicum, Et tamen non deſinit uidere aliquem. Immo nullum deſinit uidere.
a Eſto. n. ꝙ habuiſſet ſolum decem amicos hactenus quos uidiſſet aſſidue, & nunc ſibi quiſpiam noua amicitia copuletur quem nō uideat. Similiter de

nesciēte omni [illegible] [illegible] desinit ſcire. [illegible] ſit ceterum quā ignoret. Similiter illis. Et hoc ſophiſma e. Callias deſinit ſcire oē quod ipſe ſcibit. Et eſt nihil deſinit ſcire poſito eodē caſu. Et ly oē ſpecificat & diſtribuit. Et hic [illegible] [illegible] Et eo pacto ſcitur [illegible] nil [illegible] pōcat ſcit. [illegible] Et [illegible] potest nō eſſe optimus. [illegible] eodē modo. [illegible] Georgius deſinit eſſe [illegible] uel albus [illegible] [illegible] tamen non deſinit eſſe habituatus uel coloratus aut motus. Poteſt [illegible] deſinere eſſe [illegible] non deſinendo eſſe ſuperius. Q [illegible] in omnibus [illegible] diuerſis. Tertium deſinit eſſe omne quod eſt [illegible] tamen non deſinit eſſe aliquid quod eſt. Q uia nunc eſt omne quod eſt. Et [illegible] poſt hoc non erit [illegible] Q uia in inſtanti preſenti non erit. [illegible] deſinit [illegible] per acceptionem [illegible] Aliquid deſinit [illegible] & deſinere. Vt inſtans preſens. Probando illis modis. Et hoc modo poteſt [illegible] Callias incipit eſſe omnis homo. Et tamē nō incipit eſſe homo. Et ſimiliter. Deſinit eſſe omnis homo. Nec tamen [illegible] Q [illegible] Deus & omnia deſinunt eſſe nunc. Siue in hoc inſtanti. Et tamen Deus non deſinit eſſe in aliquo inſtanti. Illud [illegible] ad uerbum nūc poteſt conſtrui cum deſinit. Et poteſt conſtrui cum eſſe: Priori modo ē [illegible] Similiter [illegible] Q uia [illegible] uidetur [illegible] deſinit eſſe non deſinendo eſſe. Sicut [illegible] Talia [illegible] Callias deſinit [illegible] quod non [illegible] deſinit [illegible] [illegible] Aliqui aliter exponunt. Vt Callias deſinat eſſe [illegible] [illegible] albus non deſinendo eſſe abſolute. Vel deſinit eſſe. Non tamen deſinendo [illegible] [illegible] incipit eſſe [illegible] incipiendo incipere eſſe. Q uia deſitionis non eſt deſitio [illegible] [illegible] non eſt motus. Neque motus mouetur. Neque [illegible] Poteſt [illegible] [illegible] Et probando [illegible] non deſinere. Vide probationes.

De [illegible] P. Cap. XI.

Q uo pacto [illegible] Marinus incipit eſſe albus. Album incipit eſſe Marinus [illegible] Non [illegible] poſſet [illegible] [illegible] falſa. De prima patet. Si Marinus nunc ſit albus. Et paulo ante nō fuiſſet. Sed album incipit eē Marinus. Eſt falſa. Q uia dicendo. Album eſt Marinus. Et paulo ante. Album non erat Marinus. Eſt falſa. [illegible] album Marinum eſſe nunc. Et paulo ante non fuiſſe. Si tamen [illegible] Sic [illegible] in [illegible] in Marino. Sic [illegible] album incipit [illegible] de Marino. Non [illegible] falſa. Tamē expeditius ſic poteſt [illegible]

Tamen expeditius ſic poteſt conuerti. Aliquid incipiens eſſe album/eſt Marinus. Haec autem Marinus incipit non eſſe indoctus conuertitur ſic. Nihil incipiēs eſſe indoctum eſt Marinus. P. Siccine conuerti debēt illae in quibus ponitur deſinit: B. Non illo mō Sed ſic Marinus deſinit eſſe prauus/ Aliquid quod deſinit eſſe prauum fuit Marinus. P. Cur dicit fuit Marinus. Be. Quia poſſibile eſt ut deſinens eſſe prauus deſinat etiā eſſe omnino/ Sicut & incipiēs eſſe bonus poteſt incipere eſſe ſimpliciter, Idcirco aliquid deſinēs eſſe prauum non eſt neceſſe ſit Marinus/ Sed neceſſe eſt ꝙ fuerit Marinus. P. An ita cōuertuntur illae quae formantur in ſucceſſiuis. Be. Si ſucceſſiua dicantur incipere puta motus uel dies incipit eſſe/ Aliquid quod incipit eē erit motus uel dies. Haec aūt Motus uel dies deſinit eſſe. Sic/ Aliquid quod deſinit eſſe fuit motus uel dies. In prima dicitur erit/ Quia ꝓbatur per negationem praeſentis & poſitionem futuri. In altera uero fuit. Quia probatur per negationem praeſentis & poſitionem praeteriti. P. Sed deſcribe iam mihi exponibilem enunciationem.

## De exponibili enunciatione/ Et de quadruplici uniuerſalis affirmatiuae probatione. B. Cap. XII.

EXpoſitio eſt latentis ſenſus expreſſio quaedam & manifeſtatio. Enunciatio exprimens talem ſenſum uocatur exponens: Quae uero exponitur/ Expoſita uel exponibilis. Eſt q; exponibilium nō parua multitudo. Sed incipiamus a quantis: P. Uniuerſalis eſt prima quātitatiuarum & nullo aliorum modorum fuit declarata: B. Uniuerſalis affirmatiua exponitur per ſuam praeiacentem & uniuerſalem negatiuam/ Sic: Oīs homo eſt rationalis. Homo eſt rationalis: Et nihil eſt homo quin id ſit rationale. Igitur: Omnis homo eſt rationalis. In obliquis fiet Sic. Cuiuſlibet hominis uinea floret. Hominis uinea floret: Et nihil eſt/ Uel nulla res eſt homo/ quin illius uinea floreat. Igitur: Omnium contradictoriorum Altera pars eſt uera. Contradictoriorum Altera pars ē uera: Et nulla ſunt cōtradictoria quin illorum Altera pars ſit uera. Igitur: P. Quomodo exponuntur habētes ſubiecta diſiunctiua: B. Dupliciter/ Primo ſic: Omnis homo uel aequus eſt aequus. Homo uel aequus eſt aequus: Et nihil eſt homo/ quin illud uel aequus ſit aequus/ Uera. Altero modo ſic: Homo uel aequus eſt aequus: Et nihil eſt homo uel aequus/ quin illud ſit aequus: Falſa. Aduerte ꝙ expoſita includit ſuo in ſenſu exponentes: Pe. Sed ſi fieret uniuerſalis ex terminis ampliatiuis: Quid addendum: Be. Exponitur ampliatiue, Omnis Comes poteſt eſſe Rex: Comes poteſt eſſe Rex: Et nihil eſt uel poteſt eſſe Comes quin poſſit eſſe Rex. Igitur: Omnis aequus eſt hinnilis: Equus ē hinnilis: Et nihil eſt/ aut eſt aptū eē aequus/ qn id ſit hinnile. Igiẗ: Ois Philoſophus diſputabit. Philoſophus diſputabit. Et nihil eſt uel erit Philoſophus/ qn illud diſputabit. Igiẗ. Et oīs hō riſit. Hō riſit: Et nihil ē uel fuit hō/ quin illud riſerit. Igr: Oīs Canis incipit latrare: Canis incipit latrare/ Et nihil eſt uel incipit eſſe Canis/ quin illud incipit latrare. Igitur: Omnis Roſa deſinit eſſe flos. Roſa eſt flos: Et nihil eſt uel deſinit eſſe roſa/

eſſe roſa/quin illud ſit Flos. Igitur. P. Aiunt uniuerſalem affirmatiuam/ poſſe probari quatuor uiis. Primo/a priori. Siue p cauſam/ Vt hãc. Omnis homo eſt riſibilis/Per has. Omne animal rationale eſt riſibile. Et omnis homo eſt animal rationale. Igitur: Secundo/a poſteriori/ Vt eandem per omnes ſuas ſingulares/Sic. Hic homo eſt riſibilis: Et ille/ & ille: Et ita de ſingulis. Igitur omnis. Tertio/per contradictorium/Siue ex oppoſito/ Sic/ Contradictoria illius eſt falſa. Ergo ipſa uera. Quarto Ex aequo. i. per exponentes/quae idem denotant primariae/ ut in propoſito: Be. Verum id. Nequit tñ oĩs uniuerſalis probari primo modo. Quia nec illa quae caret medio: & cauſa/ Vt principia/ Veluti. Omne totum eſt maius ſua parte: De quolibet cuiuſlibet contradictionis/altera pars eſt uera/Altera falſa. Omnis homo eſt animal rationale. De ſecundo modo probandi uidelicet per inductionem: Alias. Tertius modus/ etiam aliis eſt communis. Quartus huic proprius: Pe. Exponens negatiua: ſufficere uidetur. Be. Totus ſenſus in ea eſt. Tamen Latentior: Vt igitur Luculentius inſpiciatur/preiacens ſeorſum ponit. P. Dempto ſigno/reliquum dicitur preiacens: B. Sic utiq;: P. Ex illa negatiua. Sequitur uniuerſalis affirmatiua: B. Quia aequiualet ſibi/ Nec ẽ pure negatiua: P. Vetuſtiores de his diffuſius tractarunt.

## De Termino uniuerſali diſtributiuo, B. Cap. XIII.

VBi prolixiores illi. Iuniores q̃ breuiſſimi. Euitando igitur extrema/medium his documentis conciſe teneto. Primum eſt: Quando intellectus diſtribuit uniuerſalem terminum (quia alii nequeunt diſtribui) p ſuis inferioribus/ utitur ſigno diſtributiuo/ut quodam inſtrumento. Quando uero terminum talem pro indiuiduo uago accipit/ utitur termino particulari. Quando autem pro ipſa natura in ſe/ neutro utitur ſigno. Secundum: Signa uniuerſalia/Quaedam diſtribuunt/totum uniuerſalę in partes ſubiectiuas/ Vt Omnis/ & nullus. Quaedam in partes integrales. Vt totus/tota/totum. Quaedam item per modum ſubſtantiae: Vt omnis/ & nullus. Quaedam per modum accidentis. Vt Qualis/ quantus. Quaedam ſunt diſtributiua plurium. Quaedam duorum tantum. Et utrumq; horum nunc eſt affirmatiuum. Vt omnis/ & uterq;/ Nunc negatiuum/ Vt nullus/ & neuter. Tertium documentum. Signa uniuerſalia affirmatiua pro tribus/ & deinceps iuxta proprietatem Linguae Latinae/ſunt haec. Quiſq;/ unuſquiſq;/ ſingulusquiſq;/ cunctus/ uniuerſus/ omnis: quantuſcunq;/ qualiſcunq;/ſemper Vbiq;/ undiq;. Pro duobus autem/ uterq;/ambo/ utrobiq;/ utrinq;/ utraq;/ utroq;. Quae ſuſcipiunt uirtutem diſtribuendi/ ex eo quia ſtant pro duobus/Et ita pro pluribus. Negatiua pro tribus/ & ultra. Nihilum quaſi nec hylum. Nihil per

apocopen, Nil per Syncopen, Nullus ex non & ullus. Nemo Latenter compoſitum
ideſt non aliqua, Vel non aliquis comunis generis. Numquam, nuſq̃, nuſpiam. Pro
duobus uero, neuter. Particularia affirmatiua hæc. Aliquis, quis. Pro eodem, quidam,
quiſq̃, quiſpiam, quilibet, quiuis, ullus, nõ ullus. Pro duobus, Alter, alteruter, uteruis,
uterlibet, aliquando, nonnunq̃, umq̃, uſq̃, uſpiam, ubicunq;, alicubi, ubiuis, ſicubi, ne
cubi, undecunq;, quandocunq;. Negatiua uero habentur per deſtructionem uniuerſa
lium. Vt non omnis. P. Quilibet & pleraq; alia, dicuntur ſigna uniuerſalia. B. Di
cuntur ita hodie. Et hic uſus uincit artem. P. Quidam differt ab aliquis. Nam impor
tat indiuiduum, Certum, non uagum. Be. Ex modo pronunciandi fit illud. Vt qui
dam amicus dixit. Denotando aliquem tibi mihiq; notum, abſolute. Si ponatur ſtat
pro uago. Alteruter quoq; facit diſiunctim ſtare nõ diſiunctiue (ut pleriſq; placet) Vn
de alterutrum contradictoriorum ſemper uerum. Sed non ſemper alterum. Si in futu
ris contingentibus neutrum ſit uerum. Nos quoq; alterutrum contradictoriorum ſci
mus ſemper eſſe uerum, Alterũ determinate non ſemper nouimus. Quartum docu
mentum, Hoc ſignum, Omnis non ſemper diſtribuit, Etiam terminum communem,
Vt patuit ſuperius, Et interdũ eſt pars extremi. Sẽper qdẽ qñ ponit̃ ex p̃te p̃dicati. Et
nõnunq̃ qñ ponit̃ ex parte ſubiecti. Et interdũ diſtribuit in numero ſingulari. Interdũ in
plurali. Vt oĩs hõ appetit ſcire, Et oẽs homines appetunt ſcire. Interdũ ſtat collectiue.
Vt omnia predicamenta ſunt decem. Omnia uniuerſalia ſunt quinq;. Et ibi ſignum
eſt pars ſubiecti. Et oratio eſt ſingularis: Sic intelligendo: Hæc multitudo eſt denaria
Vel eſt indefinita, Sic dicendo Numerus predicamentorũ eſt denarius, Vel eſt excluſi
ua, Sic accipiendo. Tantum ſunt predicamenta decem, Neq; placet ut dicatur illa uni
uerſalis. Pe. Multa inducunt quidam, An omnis ſignificet aliquid, uel nihil omnino,
Sed tu breuibus negocium expediſti. Conſignificat. n. uel prebet modum ſignifican
di. Be. Signum uniuerſale. Si ponatur ex parte predicati, reddit, inquit Philoſophus
orationem falſam. Et tamen aliquæ ſunt ueræ, & ab illa regula excipiuntur, Vt dico,
Nullus homo, eſt omnis homo. Et hæc etiam poteſt eſſe uera. Plato uidet omnem
Græcum album. Similiter & hæc. Hic ſol, eſt omnis ſol exiſtens. Atq; illa, Terminus,
Enunciatio, Et ſyllogiſmus. Eſt omnis pars Logicæ. Philoſophus tamen non intel
lexit de quocunq; predicato, ſed de illo quod ſe habet per modum alicuius uniuerſalis
reſpectu ſubiecti. Cui ſi addatur ſignum uniuerſale, reddit orationem iam ueriſſimam,
Falſam. Vt Plato eſt omnis homo. Et homo eſt omne animal. Et ſic de ceteris.
Quintum documentum, Omnis, nequit dici, niſi de natura pluribus diuiſibiliter co
municabili: Vnde Omnis Deus, non licet dicere, Niſi ſane intelligendo, Oĩs perſona
diuina. Neq; eſt opus ut uniuerſale actu exiſtentiæ ſit in pluribus. Sed ſolum actu ra
tionis concipientis. Et tale comunicabile ſemper tranſcendit numerum ternarium,
Immo (aiunt) poteſt concipi in infinitis. Exigit igitur tria, pro quibus fit diſtri
butio, uel actu exiſtentiæ, uel conſiderationis. Nequit enim diſtribui, niſi diuiſibi
le in plura inferiora. Quæ licet non ſint actu exiſtentiæ. Sunt tamen aptitudine,

uel (ut communiter dicitur) infinita: Vel ſaltem plurima. Ita q nequiuerit eſſe tribus pau
ciora: Opus eſt ergo, ut omnis non poſſit dici, niſi habeat adminus tria appellata
Et in plurali numero illud oportere cōcedunt omnes. Quia cōcedit & Philoſophus
Primo de coelo: De duobus inquiens nō dicimus omnes, De tribus autem dicimus. In
ſingulari quidā negant. Vt Author [illegible] nominis. Tamen & in ſingulari ita eſſe oportet
ſomnedo quod dicimus. Omnis.n. non recte praeponitur ſingulari. Vt dicamus Omnis
Cato. Sed uniuerſali recte. Sub illo.n. concipiunt ſingularia infinita uel plurima. Dicē
do hāq; Omnis ſol Nō ſtat ſubiectum pro iſto ſole quem uidemus, ſed ſole in commu
ni prout in pluribus conſideratur. Vnde haec. Omnis ſol eſt. Vel Omnis Phoenix eſt
Falſa eſſet. Niſi reſtringeretur ad preſens. Immo & haec. Omnis homo. Sed intelligen
do ut Omnis ſol exiſtens. Et omnis Phoenix, atq; ſol exiſtens [illegible] Vera eſt. Sed in tali
ſenſu non poteſt accipi haec negatiua. Aliquis ſol exiſtens. Vel Phoenix. Vel homo
non eſt. Vnde illae non contradicunt, niſi ſumantur uniformiter. Et ſi fiat reſtrictio nō
ad exiſtentiā, ſed ad tempus praeſens (ſicut potius dicendum uidetur) uniuerſales illae
falſae. Particulares erunt uerae. Sextum documentum: Distributio. Quaedam generum.
Quaedam pro generibus ſingulorum dicta. Quaedam [illegible] aptitudinem. Vt
Omnis homo timet mortem. Vel in mari. Quaedam accomoda. Vt omnis populus.
Quando uel maior pars uel potior. Et coelum Empyreum omnia [illegible]. Non tamen
ſe. Deus creauit omnia uel produxit. Supple praeter ſe.

De Sophiſmatibus quibuſdam. R. Cap. XIIII.

Ponuntur etiam haec Sophyſmata quaedam, quae abſ te examinanda
ſunt. Primum eſt: Omne quod fuit, Eſt (aiunt) eſſe uerum. Quia ali
quid quod fuit eſt, Et nihil eſt quod fuit quin illud ſit. Exponentium prior
manifeſte uera. Poſterior per ſuam contradictoriam probatur. Aliquid
eſt quod fuit quod non eſt. Haec implicat falſum. Quare illa uera. Sicq;
exponendo etiam has ueras eſſe fatent. Omne quod erit eſt. Et omne
quod poteſt eſſe eſt. R. Non uideo quid illius uniuerſalis exponentes eſſe quas ponunt.
Sed praeiacens eſt haec. Quod fuit eſt. Altera. Et nihil fuit quin illud ſit. Quarum al
tera euidenter falſa eſt. Sic tollitur. Omne quod erit eſt. Exponam. Quod erit eſt. Et
nihil erit quin illud ſit. R. Exponentes oſtendunt quo pacto expoſita uera. Quo uel fal
ſa ſit. Et hoc modo exponendo etiam haec eſt falſa. Oē qd' pōt eſſe eſt. Poſſent tn̄ oīs ſic ue
rificari. Si ad exiſtentiam reſtringantur. Vt ſit ſenſus: Omne exiſtēs qd' fuit ē. Oīs exiſtēs
quod erit eſt. Omne exiſtens quod poteſt eſſe eſt. Sic exponendo. Exiſtens quod pōt
eſſe eſt. Et nihil eſt exiſtens quod poteſt eſſe quin illud ſit. Po. Concedunt etiam nega
tiuas. Omne quod non fuit eſt: Omne quod non potuit eſſe, nec poterit, eſt. Supplen
do ſic Omne exiſtens quod non fuit eſt. Similiter Omne exiſtens quod aliqn̄ non po
tuit eē uel nō poterit eē eſt. Aut ſic. Nihil eſt qd' nō fuit uel nō erit uel qd' nō potuit eē
aut nō poterit eſſe quin illud ſit. Sed nō ponēdo nec ſupplēdo exñs erūt potius falſae.

[illegible] exponẽdo. Nihil non fuit quin illud ſit. Nihil nõ erit quin illud ſit. Nihil nõ potuit
eſſe. Aut nõ poterit quin illud ſit. Ipſi autẽ ut eas ueras faciãt ſic exponũt. Nihil eſt quod
nõ fuit. Vel nõ erit. Vel nõ poterit eſſe quin illud ſit. Et ſic ſunt ueræ. Sed de uirtute ſer
monis dicẽdo abſolute. Oẽ qđ nõ fuit eſt. Nõ addendo exiſtẽs, potius ſunt falſæ. Et
priori modo exponuntur. Ideirco ille qui multa dubitauit ſic eas ponit: Omne ens qđ
fuit & eſt eſt. Sic & quod nõ fuit & eſt eſt. Et ſic ut iam diximus ipſas ueritati reſtituere
conat. Et certũ eſt eas in eo ſenſu ueras eſſe. Licet nõ uideantur eum ſenſum reddere. Po
tius. n. relatiuũ illud limitat ad preteritũ. Sicut hic ad præſens. Homo q eſt fuit. Vnde
ẽ facit ſenſum cõpoſitum iuxta regulam ẽt ipſis nobiſcum communẽ. Hæc abſolute põt
cõcedi. Quolibet maiori te. Et quolibet minori ts. Tu es minor. Et ſic exponit. Nihil ẽ
maius te: Et quolibet minor ſit te. Quin illo tu ſis minor. Similiter & hæc. Quolibet
minori te: Et quolibet maiori te. Tu es maior. Pe. Quid de hac. Omne quod fecit
Deus eſt in hoc inſtanti: Be. Vis conſiſtit in exponente negatiua. Nihil fecit Deus
quin illud ſit in hoc inſtanti. Falſa. Nihil eſt quod fecit Deus quin illud ſit in hoc
inſtanti. Vera. Sed priorem ſenſum potius redolet. Pe. Quid de hoc Sophiſma
te. Omnis homo eſt. Et quodlibet differens ab illo eſt non homo: Be. Si ſenſus ſit,
Et quodlibet ab omni homine differẽs eſt non homo. Vera eſt. Differre namq; ab ho
mine, ẽ ab omni homine differre. Nam illa dictio differt diſtribuit illum ablatiuum. Si
autem differẽs ab illo referat hominem determinate. Et non omnem hominem, falſa
eſt. Ab aliquo. n. homine differens non eſt non homo. Vis conſiſtit in illo relatiuo. Si
n. ſtat diſtributiue. Vera. Si determinate. Falſa. Quare hæc abſolute uera, Differens
ab homine eſt non homo. Niſi intelligeretur de differẽia accidẽtali. Poteſt enim aliqs
homo ab omni homine. Etiam ſe ipſo differre accidentaliter. Sed de differt poſtmodũ.
Aduerte tamen ad hæc quæ affero. Nõ homo eſt terminus [illegible] & inferior
ad hunc non Cato. Prout in prima parte diximus. Quia Nõ Cato pauciora perimit,
& plura relinquit: Differre igitur ab homine eſt eſſe aliquid nõ hõ. Differre a Catone eſt
eẽ aliquid. Sed nõ Cato. Non Cato aũt põt eſſe homo. Quia Lelius eſt nõ Cato. Et
tñ hõ. Arguere igitur ſic. Differt ab homine. Igitur differt ab oĩ hoĩe, Eſt proceſſus rectus
Quia ab inferiori ad ſuperius. Eſt non homo. Ergo non Cato. Sed contra fit fallacia
a poſitione conſequentis. Eſt non Cato. Igitur eſt non homo. Ad rem. Dicere Differt
ab hoĩe. Eſt dicere. Differt ab oĩ hoĩe. Puta Catone. Igif differt ab hoĩe. Aliquis. n. põt
differre ab omni homine: hoc eſt ab aliquo. Qui tamen non differt ab homine. Imo
eſt homo: P. Hæc uidetur eſſe uera: Omnis homo & alius homo ſunt. Seu currunt.
Aut ſaltãt: Et ueritas eius probatur ſic. Hic homo & alius homo ſaltant. Et ille ac alius
homo ſaltãt: Et ſic de ſingulis. Igitur omnis homo & alius homo ſaltant: B. Dicimus
q universalis illa non poteſt inferri ex illis ſingularibus. Eo quia cum illa copulatione,
non poſſunt omnes ſingulares enumerari. Ratio eſt. Nam qñ inducimus ſingulares
unamquamq; ſemel dumtaxat inducimus. Secus eſſet nugatio & quædam inutilis retro
gradatio. Dicendo itaq;. Hic homo & alius homo ſaltant. Et ille homo ac alius homo
ſaltant. Iam quatuor homines induximus. Neq; poterimus dicere: Et ſic de ſingu

lit. Quia cū peruenerimus ad ultimū oſtenſum/ nō poterimus dicere/ & alius. Quia omnes iam ſunt enumerati: Vna autem ſingulari deficiente/ uniuerſalis formari non poterit. Dicatur igitur ad ꝓbationem/ Hic homo/ & alius/ Et ille/ ac alius ſaltant/ Cōcedo Et ſic de ſingulis. Nego. Quia ſaltem una ſingularis deficiet: Et ita uniuerſalis non poterit inferre. Neq; ex tali inductione probari.

## Sophiſmata non mediocriter dificilia/ abſoluuntur: P. Cap. XVI.

OMnis homo/ eſt omnis homo. Cum ſit predicatio eiuſdem de ſeipſo Vera uidetͬ eē/ Nulla.n. (teſte Boetio) uerior affirmatio ea q̄ de ſeipſo quippiā predicatur: B. Sulla uera/ Hæc eſſet falſa. Aliquis homo/ nō eſt omnis homo. Sed hæc eſt manifeſte uera. Ergo illa falſa. Regula contradictoriarum: Si quoq; eſſet uera/ tunc omnis homo predicaretur de Lælio/ & Scipione/ & unoquoq; aliorum: Et quia ſignum uniuerſale/ eſt ibi pars predicati/ & non eſt pars ſubiecti. Iccirco non predicatur preciſe idē de eodē. Vnde ſi omnis/ utrobiq; fiat pars/ hoc eſt tam ſubiecti/ q̄ predicati/ Vera erit Vt ens: Omnis homo/ eſt omnis homo: Vel quod ē omnis homo/ eſt omnis homo/ Sed propter implicationem ſubiecti/ & illa erit falſa/ Quia nihil reperitur quod ſit oīs homo. De ratione autem in ſe falſa/ nil uere dicitur: Nec illa de ullo. Aliqui tamē dicunt Si ſubiectum haberet unum ſuppoſitum dumtaxat/ Vt omnis ſol/ eſt omnis ſol. Vera eſſet. Sed nos dicimus nō poſſe dici: Omnis ſol; Niſi poſſent concipi/ eius plura ſuppoſita. Illis autem conceptis/ falſa erit. Nam tunc unumquodq; ſuppoſitorum eſſet omnis ſol. Aut igitur impoſſibile eſt concipere plura eius ſuppoſita/ Et tunc non poterimus dicere Omnis ſol. Et paſſio ſolis/ erit paſſio huius ſolis adæquate/ Contra ea quæ philoſophus in Analyticis poſterioribus determinauit. Aut poſſumus plura concipere. Et ita Oīs ſol/ ē oīs ſol/ Falſa erit: P. Oīs/ & nullus ſunt ſigna oppoſita/ Et ita nō ꝑdicanͭ de ſe mutuo. Nec aliqd ſub rōe illorū. Igiͭ hæc erit falſa. Nullus hō ē oīs hō/ Quę ē cōtraria illi Oīs hō eſt oīs hō. Et quom hæc materia non ſit contingens/ utraq; non poterit eſſe falſa. Quid ergo: B. Quia utraq; in tali materia nequit eſſe falſa. Ideo hæc uera, Nullus hō/ ē oīs hō. Nā ſua ꝯtradictoria falſa. Aliqs hō/ ē oīs hō. Neq; ibi/ Nullus hō/ ē oīs hō Predicaͭ oppoſitū/ de oppoſito. Sȝ illud ꝑdicatū/ Oīs hō Remoueͭ a Platone/ Et Callia/ Et aliis cōtētis ſub hoīe: P. Quo pacto differūt/ nihil/ & nullus. B. Nullus/ ſolū ſignū ē: Nihil/ iportat rē/ ſiue ens ultra ſignū. Diſtribuit: Igiͭ negat: Et extremū pōnit ꝯronis/ Quare pōt ēt eē nomē infinitū. Sicut i ꝓuerbio Anglico/ ſeu Sophiſtaꝝ/ dr: Nihil/ & Chimera/ ſunt fratres. P. Trāſcēdēs īfinitari neqt: B. Si relinqͭ res opinabiles/ ut figmēta? Pōt. Nā ſi cōceptus entis ſolū cōpetat/ rebus ratis/ & methaphiſicis/ Cōceptus aūt rei. Cōpetat ēt opinabilibus/ tūc ens poterit infinitari/ Res aūt ñ poterit. Nō ens.n. relinquit opinabilia. Res uero/ prout uenit a reor reris/ nihil relinquit/ Qñ ergo dr. Nihil/ & Chimera ſunt fratres/ Accipiͭ nihil/ ꝓ nō ens/ Nō autem pro nō res. Nam non ens/ & Chimera/ ſunt idem. Et ita aliquid/ ſiue aliqua res/ non ens/ eſt Chimera

P. Nonnulli hanc Nihil uidens eſt aliquid uidens. Verã putant. Eamq; probant inducendo. Non hoc uidens eſt aliquid uidens. Et non hoc uidēs eſt aliquid uidens. Et ſic de ſingulis: Igitur: B: Circa hoc ſunt nunnulla conſideranda. Si namq; illa dictio nihil fuerit caſus nominatiui. Vt ſit ſenſus. Nulla res uidens eſt aliquid uidens. Falſum erit. Quia includit oppoſita. Si uero fuerit caſus accuſatiui. Vt ſit ſenſus. Nullam rem uidens eſt aliquid uidens. Erit etiam falſum. Quia implicat contradictionem. Si queq; ſenſus eius eſſet. Quamlibet rem uidens non ſit aliquid uidens. Quem ſenſum aliqui dant ponētes negationem ipſius dictionis nihil ad uerbum. Et diſtributionē ad participium uidens. Licet id ſit contra quandam antiquam regulam: Quod ubi negatio & diſtributio includuntur in eodem ad quodcumq; refertur illorum unum ad illud & alterum etiam. ſic erit falſum. Si deinde ſenſus eius eſſet. Vt nullā rem uidens eſt aliquid uidens. Quem ſenſum aliqui attribuunt diſtributionem & negationem ponentes ad illud participium uidens. Tamen non euadit ob id falſitatem. Et ex omnibus modis falſum uides. Iccirco declaranda eſt inductio per quam uera eſſe probari uidebatur. Nam illæ ſingulares. Non hoc uidens eſt aliquid uidens. poſſunt ſtare infinitato. Vt ſit ſenſus. Videns non tamen hanc rē eſt aliquid uidens. Et ſic de aliis. Sic etiam non hanc rē ſupponeret diſcrete & pro eadem re ſemper ſtaret. Ita q; hoc uidens nō hanc rem. Et illud uidens non hanc rem eandem. & ſic de aliis. Quia ſingulares ſunt affirmatiuæ ſequitur uniuerſalis affirmatiua. Igitur omne uidens non hanc rem eſt aliquid uidens. Ex illis itaq; ſingularibus ſic ordinatis non ſequitur illud ſophiſma. Sed ordinemus ſingulares alio modo. Vt uidelicet dictio infinitata ſtet pro alia & alia re in quolibet ſingulari ſic. Videns non hanc rē eſt aliquid uidens. Et uidens nō illam rem. Et uidens non illā aliam eſt aliquid uidens. Et ſic de ſingulis. Ita q; uidens ſtat pro eodē. Et inductio fiat pro rebus non uiſis tunc uideretur inferri hæc uniuerſalis. Igitur nullam rem uidens eſt aliquid uidēs. Et hoc equiualet ſophiſmati. Igitur ſophiſma uerum. Quia concluſum ex ueris. Ex alia parte implicat cōtradictionem. Vt patet. Ea propter dicendum illud ſophiſma non inferri ex illis ſingularibus. Quia illæ non ſunt ſufficienter enumeratæ. Nam oſtenſa ultima re non uiſa. uidens non illam rem. eſt aliquid uidens. Falſa erit. Quia non uidens illam nihil uidet. Non ſunt.n. aliæ res ab illa. Omnes.n. ſunt iam enumeratæ. Et nō licet repetere iterum. & circulo inductionem facere. Perſeret.n. finis inducendi. Quando igitur procedit. Non hoc uidens eſt aliquid uidens. Et non illud. Similiter cōcedimus. Sed cum addit. Et ſic de ſingulis. Negamus. Quia datur inſtātia de ultimo oſtenſo. Quo non uiſo. nō uidetur aliquid aliud. Niſi uelimus circulo repetere ea quæ iam enumerata erant. Verum ſi illas ſingulares negatiuas faceremus. prout oporteret. ſi uelimus inferre uniuerſalem negatiuam. oporteret eas ſic formare. Hac rē uidens non eſt aliquid uidēs: Et illam. Atq; aliam. Et ſic de ſingulis. Igitur nullam rem uidens. eſt aliquid uidēs. Conſequentia bona. Sequitur.n. Falſum ex falſis. Aut igitur ſophiſma infertur tanq̃ falſum ex falſis. Aut nō poteſt inferri. Aut alia uniuerſalis infertur. Conſtat ex his quid ſit ad illud ſophiſma dicendum. Ponitur & aliud ſophiſma ſimile illi. Nullum caput habens. eſt aliquod caput habens. Et infertur ac probatur quaſi eo

ſimilibus premiſſis. Nam procedit ſic. Non hoc caput habens (puta Caliæ) eſt aliquod caput habens. Quia ſuū. Et alias ſimiliter non hoc idem caput habens eſt aliquod caput habens eſt aliquod caput habens. Et ſic de ſingulis. Igitur: Omnis non hoc caput habens eſt aliquod caput habēs. Videtur quod ex illis ſingularibus affirmatiuis de ſubiecto infinito nequit ſequi illa negatiua. Sed uidetur ſequi illa affirmatiua quam induximus. Licet nec illa ſequatur. Quia quum inducendo ſingulares peruenerimus ad Caliam dicendo. Et Callias non hoc caput habens eſt aliquod caput habēs illa ſingularis erit falſa. Quia Calias ſi caret illo capite aliud habere non poteſt. Negatiua erit igitur illa. Et ſic de ſingulis. Quia fallit in Calia. Si autem illæ ſingulares inducantur non infirmando idem caput ſed ſemper aliud & aliud adhuc nō poterit inferri illud ſophiſma. Nam opus eſt deuenire ad ultimam ſingularem. Puta ad Caliam. Et hoc caput non habens eſt aliquod caput habens. Falſa erit. Quia ſi illud ipſe nō habet nullum habet. Et poſt fiet inductio ex parte diuerſitatis capitum retinēdo illud idem habens. Vt Lælius nō habens caput Catonis & Scipionis. Et ſic de aliis eſt habens aliquod caput. Quia ſuū. Sed ſi opus eſt omnia capita enumerare ut inductio ſortiatur effectum deueniendum eſt ad caput ſuum ſic. Et non habens hoc caput. Videlicet ſuum eſt habens aliquod caput. Quæ falſa. Vel ſi inducetur diuerſi habentes & diuerſa capita aut nihil infert aut hoc. Igitur omnis homo non habens caput alterius eſt habens aliquod. Et illud illatū non eſt ſophiſma propoſitum. Si autem uelimus inferre illam negatiuam oportet facere ſingulares negatiuas ſic. Hoc caput habens nō eſt aliquod caput habens. Et hoc caput habēs non eſt aliquod caput habens. Et ſic de ſingulis. Igitur nullum caput habens eſt aliquod caput habens. Inductio in hac erit ex falſæ. Ex ſingularibus falſis. Sophiſma ergo uel nō inducitur. Vel ex falſis tanq̄ falſum inducitur. Idem iudicium eſt de hoc ſophiſmate. A nullo homine diferens eſt ab aliquo homine diferens. Quia non ab hoc homine difere eſt ab aliquo homine diferens. Et non ab hoc eodem diferens eſt ab aliquo diferens. Itaq̄ non ab hoc ſtet infinite. Et ſupponat diſcrete Diferentes uero alii & alii inducantur. Et concludetur affirmatiue. Igitur: Omnis non ab hoc homine diferēs eſt ab aliquo homine diferens. Vel potius ut ſuperius diximus nihil cōcludetur. Ordine ſingulares quocunq̄ modo uolueris ſophiſma illud uel non ſequetur ex illis. Vel falſum ex falſis ſequetur.

## De Sophiſmatibus quæ fiunt cum ſignis pro duobus diſtributiuis. P. Cap. XVI.

Cum ſignis diſtributiuis pro duobus tantum fiunt deceptiones. Dicat Plato ſolum hanc: Prima cauſa eſt. Et Callias ſolum iſtam: Vacuum non datur. Et uterq̄ ſimul dicat ſolū illam: Lapis eſt animal. Quæritur tunc an hæc ſit uera. Ab utroq̄ hoīe dictum uel enunciatū eſt uerum. B. Vera uidetur. Nam a Platone dicitur: Prima cauſa eſt. Et eſt uerum. A Calia dicit: Vacuum non datur. Quod etiam uerum eſt. Igitur ab utroq̄ dictū uerum. Vel enunciatum eſt uerum. P. Contra. Ab utroq̄ dictū

enunciatum eſt hoc: Lapis eſt animal: Ergo uerum eſt lapidem eſſe animal: B. Qua
uis illud Sophiſma, Alii uerum, Alii falſum exiſtiment. Tu diſtingue. Si. n. ab utroq;
hoc eſt, hoc & illo, ſiet diuiſim. Et uerũ ſupponat naturaliter, Vt ſit ſenſus Ab hoc enũ
ciatum eſt uerum, Et ab illo enunciatum eſt uerum, Sophiſma erit uerum. Si autẽ ſtet
coniunctum, Vt ſit ſenſus, Ab hoc & illo ſimul enunciatum eſt uerum, Sophiſma erit
falſum. Adducere praeterea hanc eẽ falſam: Vterq; horum eſt, uterq; horum Nõ magis
ſed perinde ac illam, Omnis homo eſt omnis homo: Et nullus homo eſt nullus ho
mo. Hanc autem eſſe ueram, Vterq; horum eſt homo uel aequus, Oſtenſo aliquo ho
mine & aliquo aequo. Eſt. n. una cathegorica de predicato diſiuncto, Et probatur indu
ctiue. Hic oſtenſo homine eſt homo uel aequus. Et hic oſtenſo aequo eſt homo uel
aequus. Si autem eſſet hyppotetica diſiunctiua Falſa eſſet. Nam redderet talem ſenſum,
Vterq; horum eſt homo, Vel uterq; horum eſt aequus. P. Neutrũ ſe habet ad uterq;
ſicut nullus ad omnis. Idcirco ille cui nominis ſcriptor, nõ recte dixit, Vt neuter idem ſi
gnificet quod uterq; negatione prepoſita: Si. n. e duobus alter altero non ſaltante ſal
tet, Haec erit uera, Non uterq; ſaltat, Illa uero falſa Neuter ſaltat. Circa hoc tamen tale
ſophiſma ſolet proponi. Neutrum oculum habendo tu potes uidere. Probatur. Nam
dextrum non habendo, tu potes uidere, Et ſiniſtrum ſimiliter. B. Improbatur gerun
dium illud, ſicut Ablatiuus in cõſequentia Perſi: Quia, Et quando exponitur. Ergo
ſi neutrum, Vel quando, Vel quia neutrũ habes, poteris uidere: Quod eſt falſum. Et
ad probationem dicimus: Vt quamuis dextrum non habendo, modo habeam ſiniſtrũ
Et ſiniſtrum nõ habendo, modo habeam dextrum, poſſim uidere. Ex hoc tamen non
ſequitur q neutrum habendo poſſim uidere. Sed ſit deceptio per ſenſum diuiſum & cõ
poſitum: Premiſſe. n. ſunt uere diuiſim & cum conditione habendo alterũ, Hoc eſt ſi ha
beã alterum. Concluſio Autem coniunctim & abſolute infertur: P. Quae ſunt ſigna
quae quae partes integrales rerum diſtribuunt.

## De diſtributione totius. B. Cap. XVII.

TOtus ẽ eiuſmodi ſignum, Videlicet diſtributiuũ in partes integrales;
Si tñ teneatur cathegorematice nõ diſtribuit. Sed ens perfectum cui
nil deſit, ſibi cõpetentiũ denotat, Syncathegorematice eſt terminus ſe
cũdus ſiue (ut aiunt) pregnãs. Equiualet. n. huic q̃libet pars: P. Si to
tus id ſonet quod quaelibet pars. Igitur diſtribuit hoc comune, quod ẽ
pars, in ſua inferiora. Cur ergo dicitur diſtribuere partes integrales nõ
ſubiectiuas: B. Quia illa quae illi communi, hoc eſt parti ſubiiciunt, ſunt partes integra
les alicuius, Puta Calliae, uel Platonis: P. Quando totus accipit cathegorematice: B.
Illud non uidetur cognoſcendum ex ui uerborum. Si tamen preponatur in oratione
ſtatedicto Scholae noſtrae, Vt ſincathegorematice ſumat; P. Si dixero, Totus Callias
albus eſt. In quo caſu diſtribuat: B. Certat nimium quidam, ut in obliquo. Sic Callias
ſecũdum quamlibet ſui partem eſt albus. Alii in recto. Quaelibet pars Calliae eſt alba.

Q uare ſecundum illũ ſingularis eſt. Secundum hos, Vniuerſalis. Et utroq; modo poterjs ea uti: licet forſan prius ſit intelligenda illa ſingularis. Deinde uniuerſalis: P. Eſt ne etiam hæc uera. Totus Callias eſt minor Callia: Be. Q uælibet pars illius eſt minor illo: Vera. Et ipſe ſecundum quamlibet ſui partem ſeorſum eſt minor ſeipſo: P. Anima eſt pars eius, igitur minor illo: B. Anima non eſt pars integralis ipſius: Addendum itaq; Q uælibet pars integralis ẽ minor eo: P. Si totus Callias eſt minor Callia: Ergo Callias eſt minor ſeipſo Callia. Q uemadmodum. Si totus Callias eſt albus. Callias eſt albus: B. Negat conſequentia. Hæc. n. uera eſt. Q uælibet pars integralis Calliæ eſt minor ipſo. Patet inducẽdo. Illa uero eſt falſa. Callias eſt minor Callia. Q uare conſequentia non tenet: Pe. Cur altera ſequitur. Q uælibet pars eſt alba: Ergo & ipſe: Be. Q uia ſingulares huius & diuiſim & coniunctim ſunt ueræ. Illius duntaxat diuiſim. Q uælibet. n. ſeorſum eſt minor: non omnes ſimul: P. Q uid de hac. Totus Callias eſt Callias: B. Si uera eſſet. naſus uel caput Calliæ poſſet dici Callias. Si tamen ſtet cathegorematice. Vera erit: P. Hæc etiã uera. Totus Callias eſt pars ſui. uidelicet Calliæ Nec tamen totus homo eſt pars ipſius Calliæ. Q uælibet. n. pars hominis non ẽ pars Calliæ. Niſi homo ſtaret ibi determinate. Ponunt & hæc. In oculo tuo eſt totum quod eſt in mundo. Et in anima tua tota ſcientia mũdi. Et in Loculis tuis tota pecunia. Nec tamen totum quod eſt in mundo eſt in oculo tuo. Neq; tota ſcientia mũdi. Neq; tota pecunia: B. Cathegorematice Veræ. Syncathegorematice Falſæ. Sed temere quidã improbant illã. Anima ẽ tota in toto & tota in qualibet parte corporis. Dicit nãq;. Si tota eſt in toto: Ergo eſt ens habẽs partes. Sed negamus illam cõſequentiam. Q uoniã totum ſtat cathegorematice: ubi non oportet ut habeat partes. Sed ſufficit ut ſit ens perfectum: cui de requiſitis nil deſit. Si etiam uolueris tenere ut totum ſemper intelligatur habere partes. Anima quoq; habebit partes. Vt patet per illud philoſophi De parte autem animæ qua ſapit. Et quãuis ſentire & ſapere ſint partes ſubiectiuæ animæ in comuni ſunt tamen partes quaſi integrales huius animæ: Et licet non ſint quãtæ mole ſunt tamen quantæ uirtute: P. Q uo pacto exponuntur.

B. Totus Callias eſt minor ſeipſo. { Aliqua pars Calliæ eſt minor ipſo. / Et nulla ẽ ps Calliæ q̃ nõ ſit minor ipſo:

Vel ſic. Totus Callias minor ſeipſo { Callias ſm aliquã partẽ eſt minor ſeipſo. / Et nulla ẽ ps eius ſm q̃ nõ ſit minor ſeipſo

Multa & alia ſigna diſtributiua qualitatis. Vt qualiſlibet. Et qualelibet. Et quantitatis. Vt quãtuſlibet. quotiens. quotquot. quotcũq;. quotlibet. Solẽt induci & ſophiſmata nonnulla ſuper illis formari. Ea tamen quia non multum acuta ſunt. & ex fallaciarum tractatu proſpici poterunt. hic pretermittenda cenſui.

## De infinito & ipſius expoſitionibus. P. Cap. XVIII.

INfinitum ſolet tribuere moleſtiam diſputantibus: B. Infinitum Phi
loſophi multipharium capiunt. Negatiue quidem, pro eo quod nequit
ullo pacto finiri aut pertranſiri. Caret. n. quantitate. Vt punctū: Sicut
uox dicitur inuiſibilis: quia uideri nequit. Et interdum quod nondum
eſt finitum: licet ſit aptum finiri. Quaſi nō finitum eſt finibile. Vt do
mus Mediolanenſis. Et Templa Sanctæ Reparatæ. Et Sancti Pe
tronii. Poſitiue autem nil eſt infinitum actu in rebus creatis. Interdum autem dicitur in
finitum: quod pertranſiri eſt difficile: quod poſſet facile pertranſiri: niſi aliquid obſtaret.
Vt Aqua uel fouea. Infinitum item. Aliquod eſt tale in potentia. Et hoc uel per appoſitio
nem. Vt numerus. Vel diuiſione. Vt cōtinuum. Quod dicunt diuiſibile in infinitum.
Aliquod utroque modo. Vt tempus. Sed apud Logicos bifariam accipit. Cathegoremati
ce. Pro ente ſine fine. Quocūque modo ſit ſine fine. Et ſincathegorematice. Et eſt ſignū
inter ſcalariter diſtributiuum. Infinitum namque denotat quocunque, uel quantocunque
dato eſt plus uel maius accipere. Vel poteſt plus uel maius dari. Infinita uero in plu
rali deſignat quotcunque datis plura poſſunt dari. Et non tot quin plura: Pe. Sic ergo
exponam. Infinitum corpus poteſt Deus producere. Aliquantum corpus pōt Deus p
ducere. Et duplum ad illud. Et triplum. Et ſic in infinitum. Vel ſic. Aliquātum corpus
poteſt Deus producere. Et non ſunt tot corpora producta quin plura illis poſſit Deus
producere: B. Aliqui etiam ſic exponunt. Duobus plura corpora poteſt Deus produce
re. Et tribus. Et ſic in infinitū. Sed & alii aliter. Redeunt tamē in eundem ſenſum. Illæ
quæ de preterito & futuro ſunt ſimiliter exponuntur. Addita tamen copulatione cauſa
ampliationis. Et nō ſunt uel fuerunt corpora finita producta: Quin plura illis fuerint
producta. Eodem modo. Et nō ſunt uel erunt corpora finita quin plura illis erunt pro
ducta: P. Poſſent plura accipi q̄ remanere procedendo ad principium & finem ſeculi.
Ergo falſum eſt. Et non tot quin plura: B. Non poterunt tot finita ſumi: ſi mundus ſit
æternus: quin plura illis remaneant. Vel non tenendo (ut oportet) mundi æternita
tem non poterunt tot finita ſumi: quin ſint poſſibilia plura. Sed non diſputamus de ue
ritate. Sat eſt noſſe quem ſenſum denotet uel quem denotare poſſet oratio: P. Conce
dunt hanc tamq̄ ueram. Infinitum corpus poteſt Deus producere. Neque tamē corpus
infinitum poteſt producere. Priorem exponunt & ueram eſſe dicunt: B. Vera certo eſt
Si hæc propoſitio ſit uera. Quocunque corpore dato poteſt dari maius. Quam plerique
non concedunt: ut nos: niſi imaginarie: Neque aliter eam Philoſophus conceſſiſſet: qui
corpus maius cœlo poſſe dari ipſa negauit. Neque Theologo neceſſe eſt illud concede
re: Qui Deū aliquid creaſſe fatet: quo maius creare nō poteſt. Vt charitatem in anima
Chriſti Saluatoris. Alteram eſſe falſam aiunt. Quia infinitum capitur cathegorema
tice. Et ſignificat Deum poſſe corpus producere carens terminis. Quod communiter &
rectius falſum putatur. Quāuis nonnulli & id contra iuſque faſque concedant: P. Qn
ſumitur cathegorematice: B. Qum aliquo determinatur ſigno. Vt aliquod infinitum
Et ſi ſumatur ſubſtantiue. Et ex pacto quo ſi [illegible] ponitur a parte predicati: P. An hæ. In
finitum tempus eſt elapſum. Et tamen nullum tempus elapſum fuit infinitum. Sint

cōcedendæ, oſtende. B. Prior uera eſſe uidetur, Quia aliquantū tempus eſt elapſum: Et duplū ad illud, & triplum: Et ſic in infinitum imaginarie. Poſterior probetur inductiue. Et uidebitur nullum tempus elapſum caruiſſe fine. Hoc pacto conceduntur infiniti anni, & dies preteriti, & futuri imaginarie: Pe. Non itaq; plures dies q̃ anni ſi utriq; infiniti. Infinitum nāq; nō excedit infinitum. B. Forſan id uerum eſt, ſolum de infinitis eiuſdem rationis. Nam linea infinita, ſibi conſimilem non excedit. Sed non de infinitis alterius rationis. Nam infinita ſuperficies, Lineam infinitam, Et corpus infinitum, Superficiem infinitam excedit. Sic forſan multitudo annorum infinita, non excedit aliam annorum multitudinem talem. Immo etiam ſi poſſent poni ſeorſum dies, & ſeorſum anni infiniti, non ſeſe excederent. Sed quia annorum multitudo infinita preſupponit dierum multitudinem infinitam. Imaginando. n. infinitatem annorum. Imaginamur trecentas ſexaginta quinq; infinitates dierum. Plures igitur dierum infinitates. Et plures horarum q̃ dierum. Quare una infinitas dierum, Puta ſi uni anno correſponderet una dies, non faceret plures dies q̃ annos. Sed q̄a dies ſunt pluries infiniti, & anni ſemel maior erit infinitas dierum, q̃ annorum. Et horarum, q̃ dierum. Pluries. n. infinitū plura complectitur q̃ ſemel tale. Et infinitum replicatum, excedit non replicatum. Pe. Sic accipio q̄ eſſe eo modo exceſſum, non arguit eſſe finitum abſolute, ſed paucioribus modis infinitum. Et ita ſecundum quid finitum. Et ſicut finitum ſecundum quid, Quia paucioribus modis infinitum poteſt eē infinitum, Et eſt ſic infinitum uere poteſt eſſe ſecundum quid finitum. Sed in uerbis iam dictis implicari uidentur oppoſita. Nam ſuperficiem magis infinitam, Et corpus magis q̃ ſuperficiem (ex eo quia poſterius continet prius) dictum fuit, Deinde Dies infinitiores quam annos, Quom tamē annus dies contineat, concluſum eſt: B. Superficies quoad quantitatem cōtinuam infinitior eſt linea. Quia duobus modis, Et latitudine, & longitudine infinita: Linea ſola longitudine. Quo uero ad quātitatem diſcretam, linea eſt infinitior, Quia pluries infinita, Primū in ſe ſecundum conſiderationem Deinde in ſuperficie, Et tertio in corpore. Sed annus non eſt infinitus, niſi ſecundū numerum, Et dies eodem modo: Et quia pluries replicantur dies infiniti q̃ anni, amplior ē infinitudo dierum, q̃ annorum, Et horarum q̃ dierum. Sed ſi conſideremus annum prout includit omnes tres infinitates, infinitior eſt Quia & rōne reuolutionis propriæ ſolis. Et ratione reuolutionis diurnæ. Sed hæc ſunt alterius ſpeculationis.

Ponit circa hoc quadam ſophiſmata: Et contradictoria exponenti, acute & acutius aſſignat, P. Cap. XVIIII.

QVid de hoc quod et concedunt. Infinitus numerus, eſt numerus finitus. Et tamen nullus numerus finitus eſt infinitus, Aut econtra: Be. Poſteriorem conſtat eſſe ueram, Et priorem ſi ponatur cum imaginatione. Immo etiam finita ſunt infinita. Duo enim ſunt finita, & tria, Et ita in infinitum. Vel quotcūq; datis finitis, ē dare adhuc plura illis,

Si non re, ſaltem imaginatione, Vel quo ad nos? Vel quo ad poſſibilitatem, Si proceſ ſus talis ſit poſſibilis. Eſt & aliud ſophiſma. Infinitis plura ſunt finita. Et numerum infi nitũ aliquis poteſt numerare, Quom tamen nullus numerus ſit infinitus. Hæc tamẽ eſt falſa, Infinitum pondus poteſt Calias portare, Sic enim exponitur, Aliquantum pondus, & duplum, ac triplum ad illud, & ſic in infinitum poteſt Calias portare: Quæ exponens falſa eſt. Et ſic eſt falſa illa, ꝙ infinitum pondus poſſit Calias portare. Si autem illa exponens eſt falſa, ſua contradictoria erit uera. P. Videtur illa probatio procedere a ſecundum quid ad ſimpliciter Quia infinitum appoſitione. Eſt infinitum ſecundum quid. Igitur non ſequitur Abſolute infinita ſunt finita: B. Si nomen infiniti importet diſtributionem interſcalarem, ſicut Dialectici preſupponunt, Et illa ſit quæ poſita eſt, ſua expoſitio. tunc non arguitur a ſecundum quid ad ſimpliciter. Quia infinitum ſynchategorematicum, nil aliud importat q̃ talem diſtributionem. Hoc tamen infinitum comparatum infinito cathegorematice ſumpto, eſt ſecũdum quid infinitum P. An aliquod infinitum ſit finitum. Et econtra: B. Infinitum ſecundum diuiſionem eſt finitum ſecundum magnitudinem. Et infinitum potentia, eſt finitũ actu: P. Quo pacto aſſignabuntur contradictoria illarum exponẽtium: Be. Hoc modo. Aliquo corpore dato, non poteſt Deus maius producere. Aliquo tempore elapſo, non eſt dare maius. Aliquo numero dato finito, nõ erit dare alium maiorem. Aliquibus finitis datis, nõ eſt dare finitum maius, uel finita plura. Aliquo numero finito dato, non poſſet quis numerare maiorem. Hæc omnia falſa. Si priora illa uera. Quia contradictoria nequeunt eſſe ſimul uera: Videlicet, Infinitum pondus Calias non poteſt portare: P. Quo pacto ſunt conuertendæ illæ priores ueræ. B. Sic inq̃. Res quam poteſt Deus producere maiorem, eſt quodcunq; corpus finitum datum. Res elapſa, eſt quodcunq; tẽpus aſſignatum. Res finita eſt, dato quouis numero, uel aſſignato quouis numero. Finita ſunt, uel res finitæ ſunt quibuſcunq; finitis aſſignatis. Res finitæ ſunt plures quibuſcunq; finitis datis. Poteſt quis numerare quocunq; numero dato maiorem. Callias nõ poteſt portare quouis pondere maius: P. Signum diſtributiuum ex parte ſubiecti, non debet poni in conuertente ex parte predicati: B. Quicquid dicant alii, nobis uidetur infinitũ ſyn, cathegorematice ſic diſtribuere, ut diſtributio ſit pars ſubiecti. Si. n. illã Aliquãtum corpus põt Deus producere, Et duplum, & triplum ad illud, Et ſic in infinitum, conuertã ſic. Deus poteſt producere aliquantum corpus Nõ poſui totum ſubiectum conuerſe, ꝓ predicato conuertentis. Nã ſubiectum non erat hoc ſolum, Aliquantũ corpus, Sed & duplum, & triplum. Et ſic in infinitum. Totum hoc erat ſubiectum conuerſæ, Totũ etiam debet eſſe predicatum conuertentis, Sic dicito de aliis exponentibus: Non itaq; ſignum iſtud interſcalare, eſt ſola diſpoſitio ſubiecti, Vt quidam putat. Quamobrem etiam contradictoriæ illæ ſuperius fuerunt male aſſignatæ. Sed debẽt fieri per negationis appoſitionem, Sic. Non quocunq; corpore dato finito. poteſt Deus producere maius. Non quocunq; numero aſſignato. erit dare maiorem. Non quocũq; tẽpore elapſo eſt dare maius. Nõ quocũq; pondere dato. Callias põt portare maius. Hæc de infinito.

De expoſitione.

De expoſitione gradus comparatiui. P. Cap. XX.

Gradus comparatiuus & ſuperlatiuus / ſolent peculiaribus regulis exponi: B. Comparatiuus gradus proprie & non abuſiue ſumptus / tribus enunciationibus exponitur: Sicut in illo ſunt tria / Res excedens: Res exceſſa. Et forma in qua fit exceſſus. Prima exponens affirmat gradum poſitiuum formæ de ipſo excedente. Secunda idem affirmat de re exceſſa. Tertia affirmat exceſſum formæ de excedente / reſpectu exceſſi. Hoc modo. Plato eſt ſapientior Callia. Plato eſt ſapiẽs. Callias eſt ſapiens: Et Plato eſt magis ſapiens q̃ Callias. Poteſt etiam illa tertia negare æqualitatem formæ ſic. Et Callias non eſt æque ſapiens. Aut ſic. Callias non eſt ita ſapiens ſicut Plato: P. Tertia illa ſufficere uidetur. Exprimit.n. totum ſenſum: B. Tamen & reliquæ duæ ex illa expoſita ſequuntur. P. Da modum exponendi in aliis terminis q̃ ſingularibus: B. Exponitur affirmatiue ſic. Roſa eſt pulchrior uaccinio. Roſa eſt pulchra. Omne uaccinium eſt pulchrum. Et Roſa eſt magis pulchra uaccinio. Vel ſic negatiue. Et nullum uaccinium eſt ita pulchrum ſicut quæuis roſa. Vel iterum ſic: Et nullum uaccinium eſt ita pulchrum. ut roſa. Omnis Roſa eſt pulchrior liguſtro. Exponit affirmatiue Sic. Omnis Roſa eſt pulchra. Omne liguſtrum eſt pulchrum. Et omnis roſa eſt magis pulchra q̃ quoduis liguſtrum. Et nullum liguſtrum eſt ita pulchrum. Sicut quæuis roſa. Vel exponitur negatiue ſic. Addendo ad duas priores hanc tertiam. Et nullum liguſtrum eſt ita pulchrum ſic quæuis roſa. P. Cur dixiſti Omne liguſtrum / & omne uaccinium: B. Gradus nempe comparatiuus: Ablatiuum ſuum confundit distributiue. Alterum autem qui regitur ex natura exceſſus / confuſe diſiunctim / Vt Roſa eſt ſuauior illo tribus gradibus: P. Poſſumus tamen dicere. Vt quãdo ponitur comune ſine ſigno: illud ſtare pro natura. Ablatiuus ergo ille prior ſtat ꝓ natura. Et ſi talis exceſſus ſibi ex ſe competat: Oportet ex conſequenti talem naturam eſſe intelligendam / prout eſt in omnibus ſuis inferioribus: Et ſic diſtributiue. Si uero talis exceſſus ſibi competat ratione alicuius indiuidui ſolũ: tunc minime. Hoc eſt non ſtat diſtributiue. Vt ſi hic homo ſit fortior hoc leone. Igitur homo eſt fortior leone. Ab inferiori ad ſuum ſuperius. Et ablatiuus ſtabit pro natura ſine diſtributione. Et poterit utraq; iſtarum eſſe uera. Homo eſt fortior leone / Et homo eſt debilior leone / Dato ut hic homo ſit fortior hoc leone / & alius ſit debilior alio leone: B. Si exponat affirmatiue. Ex priori modo forſan quod dicis uerum poterit eſſe. Tunc.n. Ablatiuus non diſtribuetur. Si autem negatiue negãdo uniuerſaliter æqualitatẽ formæ: tunc ſtabit diſtributiue. Neq; ita cõſequentia ualebit ab inferiori ad ſuperius: P. Forma nonne q̃ negatur uniuerſaliter niſi quando ablatiuus ſtat pro natura / cui talis exceſſus ex ſe ipſa competit. Quando competit ratione indiuidui ſolum / non poteſt forma uniuerſaliter negari / Vt ſi dicerem / Roſa eſt propior mihi hoc Lilio. Dato q̃ una roſa ſit propinquior aliquo Lilio: Tertia exponens erit, Et roſa eſt magis propinqua aliquo Lilio. Vel / Et Roſa Lilio eſt propinquior. Vel Et Lilium non eſt ita prope ut Roſa. Sed iam quæro quot modis comparatio ſit abuſiua: Beni. Tribus. Quum pro ipſo poſitiuo ponitur: Vt ſenior pro ſene. Et ſua

nior pro iuuene, uel pro parum tali. Vt triſtior, id eſt parum triſtis. Quia forma alterutrum ſolum participat. Vt Cignus eſt candidior Coruo. Quiom neutrum participat forma illa, ſed ſolum oppoſita: Tamen unum plus altero. Sed ſi utrumq; forma oppoſita aeque participaret, non fieret comparatio. Iccirco Mare Adriaticum non eſt dulcius Occeano, niſi ſit minus amarum. Vt Cicorea dulcior eſt Abſinthio. Et melius eſt furari q̃ occidere. Et ſecunda comparatio abuſiua, etiam abuſiue ſic exponi conſueuit ponendo pro tertia exponente. Cignus eſt magis albus q̃ coruus. Vel ſic. Et coruus non eſt ita albus ſicut Cignus. Tertia comparatio abuſiua exponitur ſic. Furari malum eſt. Et occidere malum eſt. Et furari non eſt ita malum ſicut occidere, uel eſt minus malum q̃ occidere: Vel occidere eſt maius malum. Comparatio igitur abuſiua primo modo non eſt comparatio, ſed abſoluta comparatiui pro poſitiuo poſitio. Et non exponitur. Secundo modo etiam exponi recte non poteſt. Tertio modo ſub forma oppoſita (ſi unum ſit peius altero, uel amarius) exponi poteſt. Sed ſi utrumq; eſſet aeque malum, uel aeque amarum, & caetera id genus, tunc nulla comparatio omnino eſt. Pe[illegible] Da Corrolaria.

## Sophiſmata quae ex gradu comparatiuo oriri ſolent, ponuntur. Cap. XXVI.

Ex his ſequuntur haec corrolaria. Primum eſt, Albior omni homine non eſt albior Petro. Similiter, Albior omni homine non eſt albior homine. Prior pars patet. Quia aliquo homine albior non eſt neceſſario Petro albior. Neq; omni homine albior. Et probetur ſic. Eſto ille homo albior, Plato eſt albus. Et aliquis homo eſt albus. Et aliquis homo non eſt ita albus ſicut Plato. Vel ſic ſi exponatur affirmatiue. Et Plato eſt aliquo homine magis albus. Stat enim ille Ablatiuus omni homine determinate, propter duo ſigna diſtributiua, hic tamen eſt per caſum albior Petro. Neq; omni homine eſt albior. Sed ſolum aliquo homine eſt albior. Sic enim ſtat ibi ille Ablatiuus. Immo neq; albior eſt aliquo homine. Quia falſo. Igitur haec eſſet uera. Et non aliquis homo eſt ita albus ſicut ipſe. Quia aequipollet huic. Et nullus homo eſt ita albus ſicut ipſe. Et ita neq; ipſe erit ita albus ſicut eſt. Secundum corrolarium. Muſca eſt nobilior omni animali. Et Formica perfectior omni ente. Nec tamen illa nobilior aliquo, aut haec perfectior aliquo ente. Immo neq; aliquo ente eſt formica perfectior. Quia non homine. Sic Amyclates eſt ditior omni homine. Et Catelina ſeu hic aut ille Iuuenis prudentior omni ſene. Et debilis ea muſca eſt fortior omni ente. Pe. Ablatiuus comparatiui (dicunt) non diſtribuitur, niſi ipſum inſequatur. Be. Sic aiunt. Sed ſi Ablatiuus ille a comparatiuo regatur, cum illo q; diſtribuatur, ſemper eodē modo ad ipſum ſe habere uidetur. Quia te pacto id factum puto. Vt quando ſequitur diſtribuat. Paciſcamur illud & nos in noſtro Gymnaſio. Tertium corrolariū. Canis ē fortior formica, & leone. Et tamen Canis non eſt fortior leone. Similiter Angelus eſt ſapientior homine & Deo. Nec tamē eſt ſapientior Deo. Prior pars ꝓbat. Angelus ē ſapiēs

Omnis homo & Deus ſunt ſapientes: Et nullus homo / & Deus ſunt ita ſapientes / ſicut Angelus. Igitur: Vis conſiſtit in tertia exponente. Si illa uera / & expoſita erit uera. Illa quidem uera uidetur. Nam ſi non: Igitur hæc erit uera. Aliquis homo & Deus ſunt ita ſapientes ſicut Angelus. Igitur aliquis homo eſt ita ſapiens ſicut Angelus. Quod eſt falſum: Pe. Mihi illæ falſæ uidentur / Nam ſi canis eſt fortior formica / & Leone / Aut igitur diuiſim / aut coniunctim. Et quocunque modo dixeris / falſa eſt. Nam diuiſim æquiualet his duabus. Canis eſt fortior formica. Et Canis eſt fortior Leone: Preſuppoſito / Vt Canis nō poſſit eſſe fortior Leone. Coniūctim uero æquiualet huic. Canis eſt fortior formica & Leone ſimul iunctis. Quod falſum ē. Quia quod non eſt fortius Leone / non eſt fortius Leone / & alio superaddito ſibi. Quod enim ſeorſum precellit & coniunctim ſine diſtractione / aut diminutione precellit. Et quod ſolum / ſeu ſeorſum preſtantius / Etiam alteri iunctum non diminuenti preſtantius: Ac etiam totum præſtat / parte preſtante. Tertia itaque exponens falſa. Et nulla formica nulluſque Leo ſimul iuncti ſunt ita fortes. Vel & omnis formica / Omniſque Leo ſunt ita fortes. Vel ſic / Et non omnis formica Omniſque Leo ſunt ita fortes. Quando dicis / Igitur contradictoria eſt uera. Concedo omnem formicam ac omnem Leonem ſimul fortiores eſſe cane. Neque ſequitur. Igitur / Omnis formica eſt fortior. Quia ex toto copulato coniunctim accepto non ſequitur alterum ſeorſum: B e. Si illa exponibilis diuiſim accipiatur / æquiualet copulatiue: Et manifeſte falſa eſt: Neque tunc exponi debet / ſi coniunctim uideris recte ſentire. Ponitur tamen pro ſophyſmate tamquam oratione apparenter uera / ut ſimpliciores admirentur: P. Tertia exponens indiget & ipſa expoſitione.

## Expoſitio poſitiui comparabiliter ſumpti cum ſuis ſophiſmatibus. B. Cap. XXII.

Poſitiuus ille / Videlicet ita fortis ſicut / comparabiliter ſumptus appellatur / Et ſic exponitur / Hercules eſt ita fortis ſicut Leo. Hercules eſt fortis: Omnis Leo eſt fortis: Et nullus Leo eſt Hercule fortior. Tu es ita doctus / ſicut omnis homo. Tu es doctus: Aliquis homo eſt doctus: Aliquis homo non eſt doctior te. Igitur: Pe. Dicunt enim quod homo ſtet ibi determinate propter duo ſigna diſtributiua. Nam hoc ſignum ita ſicut / diſtribuit / Vt dicendo. Tu es ita fortis ſicut Leo. Diſtribuitur Leo addito altero diſtributiuo ſtabit determinate. Vt dicendo / Tu es ita fortis / ſicut omnis Leo. Quae ſunt toleranda in propoſito: P. Toleranda inquam quamuis illa dictio Leo. Et illa dictio homo primarie pro natura ipſa ſtare uideatur / Niſi forſan quis diceret / Vt quando dicimus / Tu es ita doctus / ſicut omnis homo / Ly omnis homo / ibi ſtaret collectiue. Et tunc ſecunda exponens ſic fieri deberet. Id quod eſt omnis homo / uel ens / Omnis homo eſt doctus. Tertia ſic / Et ens omnis homo non eſt doctior te: Sed non eſt ad rem. Quia nemo eſt ens omnis homo. Et quamuis hæc dictio (ita ſicut) uideatur ſonare duoribus æqualitatem / Tamen ſi ponatur inter duo quorum alterum ſuperet: Ilo modo exponi poteſt / ſi deficiat nequit eo modo exponi. Sed hoc pacto.

Christianus est perfectus

Christianus est ita pfectus sicut Deus — Deus est perfectus — Igitur

Xpianus imitat Deū p uiribus

Et aduerte quod positiuus comparabiliter sumptus quando ponitur pro tertia expone te gradus comparatiui accipitur prout superat & nō prout sonat æqualitatem. Hic uero prout ipse exponitur capitur & prout superat. Et prout æqualitatem importat. Et interdum imitationem. Sed accipe corrolaria. Primum est. Codrus est ita diues sicut omnis homo. Et tamen non est ita diues sicut aliquis homo. Similiter Formica est ita fortis sicut omne animal. Nec tamen ita fortis sicut Leo. Secundum corrolarium. Quamuis Deus sit optimus non tamen est ita malus sicut Lucifer. Et quamuis Lucifer sit pessimus non tamen est ita malus sicut Deus. P. Non capio ista. B. Hæc Deus non est ita malus sicut Lucifer Probatur. Quia si non est uera. Igitur affirmatiua erit uera. Videlicet Deus est ita malus sicut Lucifer. Sed illa est manifeste falsa. Similiter Si hæc non sit uera. Lucifer non est ita malus sicut Deus. Ergo illa erit uera. Lucifer est ita malus sicut Deus. Quod est per absurdum. P. Negatiuæ illæ uidentur affirmationem includere. Si enim non sit ita malus tamen malus uidetur esse. B. Negant solum non affirmando Sicut hic. Ethyops non est albior Cigno: Immo neque Coruo. Et nix non est calidior igne Nec ignis calidior niue proprie. Sed bene abusiue. Quando ergo abusiue affirmatio uera. Tunc negatio ubi sibi opponitur est falsa: P. Exempla inducta non sunt ad rem. Nam dicendo Non est ita malus sicut talis. Videtur illum etiam esse malum presupponere. B. Si ita sicut ex uerbis importaret aliquam affirmationem ut uidetur tunc essent falsæ. & ipsæ negatiuæ & affirmatiuæ earum. Vnde utraque istarum est falsa. Deus est ita malus sicut Lucifer. Et Deus non est ita malus sicut Lucifer. Sed negatiuæ non sunt falsæ ratione qua negant: sed qua affirmant Neque est contra primum principium. De quolibet cuiuslibet contradictionis altera pars dicitur Altera negatur. Quia hæ falsæ sunt prout utraque est affirmatiua [illegible] affirmatiua altera negatiua. De quolibet enim dictum affirmatio uel negatio illarum [illegible]. Non autem affirmatio & affirmatio inclusa in negatione. Nam illius Deus est ita malus sicut Lucifer Nō est hæc negatiua Deus non est ita malus sicut Lucifer. Sed hæc Non Deus est ita malus sicut Lucifer. Cuius & talis sensus. Nō est ita Vt Deus sit ita malus sicut Lucifer. Similis illa ē pprie falsa. Cignus ē calidior Coruo Et ista. Cignus nō ē calidior coruo. Quia presupponit coruū eē candidū. Neque illæ sunt contradictoriæ. Sed hæc Cignus ē candidior Coruo: Nō Cignus ē candidior Coruo Et negatiua ē uera pprie loquēdo. Abusiue autem affirmatiua est uera. Et utraque negatiua falsa. Sed abusiue uera est proprie falsa. Et abusiue falsa est proprie uera. Quartum corrolarium. Mons Sinai est ita magnus sicut tu. Nec tamen tu es ita magnus sicut Mons Sinai. Prior est uera sine præcisione. Siue æqualitate: Est enim sibi tantā magnitudo & longe amplior. Vtraque autem harum ē uera. Deus est ita perfectus sicut aliquis homo. Et aliquis homo est ita perfectus sicut Deus. Prior patet. Quia ē ita perfectus & longe amplius. Posterior est uera. Quia aliquis imitatur Deum pro uiribus.

P. Exponatur ſuperlatiuus.

## De Gradu ſuperlatiuo. Et ſuis Suphiſmatibus. B. Cap. XXIII.

SVperlatiuus improprie & abuſiue ſumptus reliſiquatur: Vt quando Nominatiuus, Genitiui non predicatur de ſubiecto ipſius exponibilis. Vt ſi diceremus. Leo eſt fortiſſimus Ceruorum. Tunc ſuperlatiuus ſtat abuſiue. Quia Leo non eſt Ceruus.

Suplatiuus ꝑprie pōt bifariã accipi → Abſolute. / Reſpectiue.

Superlatiuus abſolute ponitur quando Genitiuus non ſubſequitur: Vt Deus eſt optimus. Et ſic exponitur.

Deus eſt optimus maximus → Deus eſt bonus & magnus. / deeſt / Et nihil boſitatis & magnitudinis ſibi

Et noli dicere. Deo nil eſt melius aut maius. Quia fieret comparatio & non ſtaret abſolute: P. Quando ſuperlatiuus accipitur reſpectiue: Be. Tunc quando exponitur copulatiue per tres exponentes. In quarum prima poſitiuus gradus affirmatur de re excedente. In ſecunda de re exceſſa. In tertia negatur uniuerſaliter exceſſus de re exceſſa. Per reſpectum ad excedens. Vt in hoc exemplo. Roſa eſt pulcherrima florum. Roſa eſt pulchra. Omnis flos eſt pulchior. Et Nullus flos eſt pulchrior Roſa: Pe. Ita expoſitio uidetur procedere negatiue. Et hoc modo dicimus decem eſſe generaliſſima. Sic. n. plures poſſunt eſſe ſuperlatiua in eodem comparata: B. Dicimus ſuperlatiuum teneri negatiue. Non quia negatio cadat ſuper eum. Vt ſi diceremus Roſa non eſt pulcherrima. Sed quia tertia exponens eſt illo modo negatiua: P. Qualiter exponitur ſuperlatiuus affirmatiue: B. Hoc pacto. Roſa eſt pulcherrima florum. Roſa eſt pulchra. Omnis flos eſt pulcher. Et Roſa eſt omni flore pulchrior. Pe. Poſſet tertia exponens ſic formari. Et nullus Flos eſt æque pulcher. Vel & omnis flos eſt minus pulcher roſa. Be. Modo non inſinuetur paritas in pulchritudine ſatis eſt. Iccirco dicitur. Quod per ſuperabundantiam. uel potius quod ſuperlatiue dicitur uni dumtaxat conuenit: Pe. Si diceremus. Lilium eſt albiſſimum omnium florum Quo pacto exponemus: B. Secunda exponens ſit particularis affirmatiua. Et in tertia exponente. Lilium comparetur in exceſſu pulchritudinis. Flori. Particulariter ſic. Lilium eſt albiſſimum omnium florum. Lilium eſt album. Aliquis flos eſt albus. Et Lilium eſt albius omni alio flore. Vel lilium eſt aliquo flore albius. Si uero fuerit negatiua. Tertia exponens fiat particularis negatiua. Vt. Vaccinium non eſt nigerrimum omnium florum. Vaccinium eſt nigrum. Aliquis flos eſt niger. Vaccinium non eſt nigrius omni alio flore: P. Aiunt. ſi Genitiuus ſic diſtributus precederet ſuperlatiuum. tunc ſtaret uniuerſaliter. Vt dicendo. Lilium eſt omnium florum albiſſimum: Be. Sepius dixi ꝙ ſiue precedat

in uoce/uel in ſcripto/ Siue ſequatur/dummodo ab ipſo ſuperlatiuo regatur ſemper eſt capiẽ a parte poſt/ Et conſtruendo/eſt ponendus ex ea parte Niſi fieret ex pacto: P. Da ſi qua ſunt ſophiſmata. B. Sunt hæc & ſimilia. Decem ſunt generaliſſima. Quorũ nullum eſt generaliſſimum ipſorum. Prior patet ponendo abſolute/ac etiam exponẽdo negatiue. Quia nihil eſt generalius ipſis. Licet ſint æque generaliſſima. Altera pars patet. Quia ſi contradictoria illius exponatur affirmatiue uel quod idẽ eſt. Si ſuperlatiuus ſtet poſitiue. Erit falſa. Igitur hæc negatiua/ [illegible] Xenocrates eſt ſapientiſſimus hominũ oſtenſo Zenone/ Et Heraclyto. Et tamen non eſt ſapientiſſimus. Videlicet abſolute Immo parum ſibi ſapientiæ. Nec etiam eſt ſapientiſſimus/Hominum/ Heraclytus eſt ſapientiſſimus. Et calidiſſimus omnium hominum: quia aliquorum: Et tamen ē ſtultiſſimus omnium hominum. Et frigidiſſimus omnium rerum: P. Opus eſt in his (ut uideo) [illegible] hæc omnia inſpicere. An primo ſuperlatiuus ſtet abſolute. Secundo/An proprie/ Vel improprie/Et abuſiue. Tertio/An abſolute/ Vel reſpectiue. Et quarto ſi reſpectiue/An poſitiue/Vel negatiue. Et tandem quinto/An genitiuus accipiatur/uniuerſaliter uel particulariter. Preſertim quia Genitiuus ille ſine ſigno diſtributiuo dicitur ſtare diſtributiue/ſi ponatur poſt ſuperlatiuum. Et ſexto/An ſtet determinate. Si non ſequatur ſuperlatiuum. Semper autem in conſtructione ſequitur. Sed de his & alia.

Earum orationum in quibus differt & aliud ponuntur eſt uaria & multiplex expoſitio: B. Cap. XXIIII.

Differt/Aliud/Et non idem. Enunciationes in quibus ponuntur faciunt exponibiles. Vbi accipe has regulas. Prima eſt. Si fiat enunciatio affirmatiua cum Verbo/Differt/preſentis temporis. Siue alio æquiualẽti, exponitur copulatiue per tres cathegoricas/ Sic. Cato differt a Boue: Cato eſt/Bos eſt/Et Cato nõ eſt Bos. Igiť. P. Cato ē q differt. Bos a quo differt. Verbum ipſum notat differentiam. Et quia dicendo/Cato differt a Boue/Intelligitur/ Vt non ſit ullus bos. Poſſet ſecunda exponens poni uniuerſaliter. Omnis bos eſt. Et ſic Cato cõcludetur/nullus bos eſſe. Iccirco hæc eſt falſa. Cato differt ab homine/ Hæc autẽ uera/Cato differt ab omni homine. Sic.n. exponitur. Cato eſt/Aliquis homo eſt. Et Cato non eſt omnis homo. Vel potius non eſt ille/aut iſte homo. Stat.n. pro ſingulari uago: Be. Rectius tu. Aliqui.n. ſic exponunt. Cato differt ab omni homine/Cato eſt/ Omnis homo eſt/Et Cato non eſt omnis homo. Nam quando dico Differt ab omni homine/Ablatiuus ille ſtat determinate. Catonẽ Videlicet differre ab aliquo determinato homine/Puta Lælio/Vel ſcipione Nõ autem q Cato non ſit omnis homo: P. Placet. Video.n. q bene dixerimus. Aliud quippe ſonat. Cato ab aliquo homine differt. Et Cato non eſt omnis homo/ Licet ſe ſequantur ad inuicem. Sed ſi dixero/ Cato differt a Lælio Non dico Catonem eſſe/ aut Læliũ cum neuter exiſtat: Be. Si non ſunt proprie non differunt/prout differentia eſt relatio realis. Differunt tamen prout habent eſſe in memoria & in eſſe obiectiuo. Cato etiam

ſenex differt a ſeipſo puero. Et quãuis Neq; ens non enti Neq; non ens enti ſit proprie idẽ aut diuerſum ut inquit Philoſophus. Tñ aliquõ differt. Et exiſtens a nõ exiſteti. Et nõ exiſtẽs a ñ exiſteti. Et genus differt a ſpecie quæ ſunt intẽtiones ſecũdæ. Et uacuũ a plæno. Et mons aureus a tragelapho: Pe. Poſſent illa quæ non exiſtunt (Et tñ ſunt entia) exponi ſic. Roſa differt a Lilio neutro exiſtente. Roſa eſt ens. Lilium eſt ens. Et roſa nõ ẽ idẽ ens qđ ẽ Liliũ. Igiť roſa differt a Lilio ſicut ñ exñs ab nõ exñti. Vel ſi alteꝝ ſolũ exiſteret adhuc ab alio ñ exñti differret. Quæ uero ſunt ñ entia ſicut mõs aureus eſt ens ſm quid uel fictũ. Similiť & tragelaphus. Et hoc figmẽtum nõ eſt illud. Ergo. Eodem modo plænum eſt uel poteſt eſſe. Et uacuum imaginamur eſſe cum ſit impoſſibile. Ergo unum illorum concipiendo non concipimus idem ſed alterum. Quare differunt. Hæc uero. Cato ſenex differt a ſeipſo puero Sic exponitur. Cato Senex eſt. Et Cato puer eſt in conceptu: Et non concipimus idem omnino per Catonem ſenem & puerum. Ergo ipſe ut ſic a ſe ſic ſumpto differt. P. Differens & diuerſum idem nec ne ſignificant: B: Philoſophi ea differre aiunt quæ partim conueniũt & partim diſconueniunt. Vt hominem & bouem quorum uterq; eſt animal. Sed ille rationale alter irrationale. Ea uero quæ in nullo conueniũt diuerſa dicunt. Et interdũ diuerſum ponit tãq; ſuperius ad differẽtia Et ſe totis diſtincta. Ita ut quæ ſe totis eſſent diſtincta in nullo cõuenirẽt & drña ſil’ ac ſe totis diſtincta ẽent diuerſa: P. Si dixero Cato ab hoĩe differt (aut) hoĩem ſtare determinate. Sed ñ ĩtellexi illũ ablatiuũ regi a pte poſt ſicut & cõſtruit. Et ſic ex uĩs ſermonis. Siue pponat̃ dicẽdo Siue poſtponat̃ ĩ mẽ ſe ip poſtponit. S; ſi dicerẽ Plato & Callias drñt uel hõ & leo drñt. Vbi Ablatiuus: B. Vterq; ipſoꝝ fundat relationẽ differẽntiæ. Et uterq; determinat Et uterq; ea rõne q̃ terminat habet rationem Ablatiui. Et uterq; ea ratione qua fundat differẽtiam: habet rationem Nominatiui. Similiter ſi dixeris. Callias Et Plato differunt mutuo ſeu adinuicem. Quam ob rem ut melius intelligatur: ſic ſenſus eaꝝ tm̃ eſt exprimendus. Callias differt a Platone. Et Plato differt a Callia. Igitur differunt & mutuo differunt: P. Homo eſt aliud animal q̃ Leo An uterq; Nominatiuus ſequẽs dictionem aliud diſtribuit: B. Prior minime Alter ita Quia æquiualet Ablatiuo: Pe. Quomodo exponit hæc Cignus differt albedine a Coruo: B. Sic Cignus eſt albus. Coruus non eſt albus. Et non eſt idem ẽe album & non album. Igitur differt albedine: Pe. An ille ablatiuus albedine ſtet diſtributiue: B. Cignus differt albedine ſua non aliena. Ergo non albedine niuis uel unionis. Sed quam ipſe habet: differt a Coruo qui nullam albedinem habet. Omni ergo albedine non differt: Sed bene differt albedine ſua ab illo qui nullã habet. Nam ſi omni albedine differret etiam adamantis albedine differret. Et ſic differret illo quod in ipſo Nõ eſt niſi diceretur ꝙ differre ab illo qui nullam albedinem habet ſit differre omni albedine. Non quia Cignus habeat omnem albedinem: Sed quia Coruus nullam habet: Vel quia Cignus habeat tam excellentem ut omnibus æquiualeat. Cõſidera omnĩa diligẽter: P. Si dixero Hoc differt in albedine ab illo quis ſenſus. B. Aliqui eundem ſenſum tribuunt huic quem & ſuperiori. Idem putantes eſſe differre albedine & in albedine. Sed uidetur huius & alter ſenſus. Nam etiam duo alba poſſunt dif

erre in albedine ſed non albedine: Si unum ſit album intenſius: Alterum remiſſius.
Vnde Margarita Orientalis differt ab occidentali in albedine/ Non proprie albedine.
Quia licet utraq; ſit alba/ tamen illa intenſius. Hæc remiſſius. Si tamen differre albedi
ne: intelligeretur differre in gradibus albedinis/ tunc idem eſſet differre in albedine. In
plus tamen ſe haberet differre albedine: q̃ differre in albedine. Nam qui differt in albedi
ne: Differt in gradibus albedinis. Et qui differt albedine/ põt intelligi differre/ uel in ta
li colore/ Vel in gradibus eiuſdẽ coloris: P. Sũt nec nec hic (ut in aliis) ulla ſophiſmata.

## De Sophiſmatibus quæ fiunt cum his dictionibus/ differt/ & non idem/ ac aliud. B. Cap. XXV.

EX his inferuntur hæc ſophiſmata. Primum eſt/ Plato differt ab homi
ne & æquo/ Et tamen non differt ab homine. Prior particula conſtat
per ſuas exponentes. Nam Plato eſt/ Et homo & æquus ſunt/ Et Pla
to non eſt homo & æquus/ Copulatim intellige. Nã diuiſim falſa eſt/
Vt Plato non ſit homo/ neq; ſit æquus. Similiter/ Ego differo a te &
me/ Tamen non differo a me. Si intelligatur differentia in ſuo eſſe pro
prio & rõne indiuiduali. Sequẽs uera eſt/ Quia non differo a me eõ modo. Et ſic prior
erit uera copulatim/ non diuiſim. Sed ſi accipiatur differentia accidentalis/ Differo a te
& differo a me etiam diuiſim; Secundum eſt: Callias differt a Leone/ Neq; tamẽ dif
fert ab homine/ uel Leone. Prior patet. Altera con ſimiliter. Nam Callias eſt/ & homo
uel leo ſunt. Et Callias nõ eſt homo/ uel leo. Hæc tertia eſt falſa diuiſim/ Quia ſua con
tradictoria uera. Videlicet/ Calias eſt homo/ uel eſt Leo. Copulatim illa negatiua eſt ue
ra: Nam Calias non eſt hoc diſiunctim/ & quaſi indiferenter homo/ uel leo. Tertium
eſt. Calias differt ab omni ente preſenti/ preterito/ & futuro. Et tamen non differt ab ali
quo ente preſenti/ preterito/ & futuro. Vtraq; pars eſt uera. In priori.n. ille Ablatiuus
ſtat determinate. In poſteriori ſimiliter. Nam ab aliquo ente differt/ Et ab aliquo nõ dif
fert. Eodemmodo. Tu differs ab omni homine/ Nec tamen differs ab aliquo homine.
Quartum eſt/ Quamuis Calias ſit aliud a bucefalo/ Non tamen eſt aliud ab aliquo
ente. Quintum eſt/ Tu non es idem Chimeræ. Et tamen tu non es non idem Chime
ræ. Prior particula patet/ Quia eius cõtradictoria eſt falſa. Si namq; exponatur comuni
expoſitione: ſecunda exponens, erit falſa. Eodẽmodo & altera pars uera eſt. Quia illius
affirmatiua falſa. Videlicet/ Tu es non idem Chimeræ. Si exponatur comuni expoſitio
ne: Sed conſiderato an ipſi bene exponant. Si.n. illius affirmatiuæ ſecunda exponẽs po
neretur/ Sic. Chimera eſt imaginatione/ Et Tu non es Chimera: Neq; ens imaginariũ
Igitur Tu non es idem Chimeræ/ Et ita illa/ Tu nõ es non idem Chimere Erit falſa;
Ipſi maluerunt concedere falſa/ q̃ adaptare exponentes ad ſenſum exponibilis. Nos ecõ
tra/ maluimus nõ concedere falſa/ & augere exponentes. Sextum eſt/ Quamuis Deus
pater ſit alius a Deo filio. Non tamen eſt aliud ab eo. Prior pars eſt uera comuni expoſi
tione. Altera uero ſenſum talem reddit. Pater non eſt eadem res quæ eſt filius/ Quam

falſa eſt: P. Immo uera uidetur. Non eſt. n. eadem res perſonalis & hypoſtatica: B. De his alias. Aliud apud eos dicit diuerſitatẽ eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ. Pe. Quidam concedunt hoc ſophiſma. Pater Deus, eſt idẽ filio, Et non eſt idem filio, Tenendo in priori illud relatiuum in neutro genere, Et in poſteriori in maſculino. Be. Non bene conſiderauit. Nam quando illud relatiuum eſt maſculini generis, non conſtruitur illo modo. Vnde hæc eſt incongrua loquutio. Pater non eſt idem filio, Si idem accipiatur in maſculino genere. Sed ſic eſt loquẽdum. Pater eſt Deus, Et idem generat: ſeu Et idem nõ eſt aliud a filio ſuo. Et pater non eſt idem ſeu iſdem qui filius.

## De excluſiuis. P. Cap. XXVI.

Quo pacto exponuntur excluſiuæ: Be. Tres dicuntur excluſiuarum ordines ſeu modi aut ſpecies. Primus ordo eſt, quando nota, ſeu ſignum precedit. Et cadit ſuper totam enunciationẽ. Secundus, Quando inter ſubiectum & predicatum ponitur, Seu ante uerbũ, Seu poſt illud ponat. Tertius eſt, Quando inter partes predicati, aut ſubiecti collocatur. Signa autem excluſiuarum ſunt hæc. Tantum, ſolum, ſolũmodo, dumtaxat, & huiuſmodi quæ ſunt ſynchategoremata. Et exercent id quod hoc nomen excluſio, aut hoc uerbum excludo, deſignant. Sicut, Non, exercet id quod negatio ſignificat. Et ly eſt, exercet id quod predicari denotat. Et preter, exercet id quod exceptio importat. Et primi ordinis excluſiua, exponitur per unam copulatiuam, cuius prior pars, eſt affirmans predicatum de ſubiecto. Altera negans illud predicatum a quocumq; nõ ſubiecto, ſic. Tantum homo diſputat: Homo diſputat: Et nihil non homo, Vel & nihil aliud ab hoĩe diſputat. Ergo tantum homo diſputat. Prior exponentium, uocatur preiacens. Altera negatiua: Nõ quidem (ut quidam ait) de ſubiecto facto infinito. Sed negatiua, cuius negatiuæ pars ſubiecti, eſt ſubiectũ exponibilis infinitum factum. Quũ n. dicimus, Nihil non homo, Intelligimus nulla res alia ab homine. Et aduerte q̧ hæc excluſiua uocatur primi ordinis: Quia etiam cum uniuerſali affirmatiua in terminis tranſpoſitis conuertitur. Hæc. n. ſunt paria. Tãtum homo eſt animal. Et omne animal eſt homo. Infertur quippe alterum ex altero ut in conuerſionibus diximus. Et quando illa uniuerſalis eſt falſa. Et excluſiua eſt falſa: Et econtra. Conſimilis expoſitio fit in aliis temporibus. Pe. Quomodo exponuntur excluſiuæ aliorum ordinum: Be. Secundi ordinis excluſiua ita exponitur: Non tantum eſt animal, Vel homo eſt tantum animal Homo eſt animal. Et homo non eſt nõ animal. Ergo Homo tñ eſt animal. In poſteriori exponente una negatio, ponitur ad uerbum principale, Altera ad predicatum: Sic facito in aliis temporibus: P. Procede, Accipio. Be. Tertii ordinis excluſiua, exponitur hoc modo. Calias ſolum diſputans clamat. Calias diſputans. Et nõ alias, ſeu & nõ nõ diſputãs, clamat. Ergo ſolum diſputans clamat. Calias eſt animal ſolum rationale. Calias eſt animal, Et non aliud q̃ rationale. Ergo.

NOn igitur recte auxit ille pergulenſ. numerum excluſiuarum. Siue n. cadat excluſionis nota inter partes predicati / Siue inter partes ſubiecti / Vt ipſe addidit / Siue ſuper ſubiectũ ſolum / Vt etiam ipſe addidit ſenſus exponentium eiuſdem rationis erit. B. Nobis potius uideretur modos excluſiuarum diminuendos ꝙ augendos eſſe: Nam primus ſolum orõnẽ ꝑprie excluſiuã reddit. Ille nãq; ſolus excludit predicatũ a quocunq; / cui non competit ſubiectum / & æquiualet uniuerſali negatiuæ. Dicendo namq; / Tantum homo eſt riſilis / dicit nil aliud ab homine eſſe riſile / Et per cõſequẽs / Omne riſile eſſe hominem. Secundus autem ordo / & tertius / quartuſq; ac quintus uidentur in exponentibus conuenire / Nam in ſecundo nota cadit ſuper predicatum / ſi recte inſpiciatur. In tertio autem ſuper partem predicati / In alio ſuper partem ſubiecti. Et tandẽ ſuper ipſum ſubiectũ ſolum. Dicamus ergo in ſenſu comuni exponentium. Hos duos / ſeu quatuor modos non differre. Idem nempe ſenſus eſt omnium illorũ. Quid n. eſt dictu / Eſt tantũ animal / Niſi non eſt non animal. Et quid eſt animal tantum bipes. Niſi non eſt non bipes. Et quid tantum diſputans clamat. Niſi ꝙ non diſputãs nõ clamet. Quid tandem eſt / Tãtum Calias diſputat: Niſi Calias qui non eſt nõ Calias aut aliud ꝙ Calias diſputat. Cõcludamus igitur / Tum ſolum eſſe orationem excluſiuã qum excluſio cadit ſuper totam propoſitionem. Aliæ autem appellent de ſubiecto / uel predicato excluſo / Aut parte ſubiecti / uel predicati excluſa / Quattuor itaq; in excluſiua ſunt. Nota ipſa excluſionem inſtrumẽtaliter exercens: Nam intellectus id principaliter agit. Deinde res aliæ a ſubiecto / quæ excedũtur. Tertio ipſum ſubiectum / a quo res illæ in tali predicato ſeparantur. Et quarto / ipſum predicatum. P. Cur dixiſti excluſiuarum affirmatiuarum: B. Quia quando uerbum principale excluſiue negatur fit alio modo expoſitio puta. Tantum Deus non eſt ens ab alio. Deus non eſt ens ab alio. Et Omne aliud ab eo eſt ens ab alio. Ergo: Tantum Accidens non eſt ſubſtantia. Accidens non eſt ſubſtantia. Et omne aliud ab accidente eſt ſubſtantia. Sic poteris adaptare eas quæ ſunt de ſubiecto / aut predicato excluſo / uel de parte ſubiecti / uel predicati excluſa. Dicuntur autem excluſiuæ de uerbo negato / & non proprie negatiuæ: Et quando ſunt ſecũdi ordinis / nil refert ſi negatio precedat notam. Vt dicendo / Homo nõ eſt tantum animal Vel ſequatur / Vt homo tantum non eſt animal. Sed nobis placeret / ut non ponerent plures ordines excluſiuarum: uno quippe modo fit oratio excluſiua: Pe. Quomodo exponuntur qum negatio precedit. B. Sic aiunt. Non tantum homo eſt animal. Nullus homo eſt animal / Vel aliquid aliud ab homine eſt animal. Ergo: Exponitur n. ſecundum eos per diſiunctiuam cõpoſitam ex partibus contradicentibus exponentibus ſuæ contradictoriæ. Vel ſecundum nos ſic. Quamuis homo ſit animal / Omne tamẽ animal non eſt homo. Igitur / Non tantum homo eſt animal. Cognoſcitur quoq; per ſuam contradictoriẽ: P. Illa Non tantum homo eſt animal Hunc ſenſum habet. Nõ eſt uera illa: Tantum homo eſt animal. Icciro poſterior expoſitio uerior eſt. Neq; hæ

duæ proprie contradicant. Homo eſt animal. Et nullus homo eſt animal. Si homo in
illa indefinita ſtet pro natura: Sicut & hæc. Homo eſt ſpecies. Et nullus homo eſt ſpe
cies: Gratia tamen materiæ illæ aliquo modo contradicunt. De quo in ſuppoſitionibus.
Declaratũ etiam fuit quo pacto copulatiua & diſiunctiua de partibus contradicentibus
contradicant. Huic igitur Tantũ accidens non eſt ſubſtantia. Contradicit hæc. Nõ tan
tum accidens non eſt ſubſtantia. Quæ ſic exponatur. Accidens quidem nõ eſt ſubſtan
tia. Sed & aliquid aliud ab accidente non eſt ſubſtantia. Quæ falſa eſt: Be. Optimus
Iudex orationis negatiuæ, ſemper eſt ſua contradictoria affirmatiua: Pe. Expoſitiones
huiuſmodi quales induxiſti, dicuntur fieri gratia (ut aiunt) alietatis, quia exponuntur
per aliud. Dicendo. Et nihil aliud eſt tale. Quo pacto (iam cuperem) fit expoſitio gra
tia pluralitatis.

De quibuſdam aliis modis quibus exponi poſſunt excluſiuæ. Et de illarum
conuerſionibus. B. Cap. XXVIII.

EXcluſiuæ quando gratia alietatis exponitur iam diximus. Sed quando gratia
pluralitatis nunc docemus. Hoc.n. modo fit talis expoſitio. Tantum decem
ſunt prædicamenta. Decem ſunt prædicamẽta. Et non ſunt plura q̃ decem. Er
go. Tantum Quinq; uel ſeptem ſunt uniuerſalia. Quinq; uel ſeptem ſunt uniuerſa
lia. Et Non ſunt plura q̃ tot. Ergo. Tantum unus Deus eſt. Vnus Deus eſt. Et Nõ eſt
plus q̃ unus. Ergo. Eo modo fit expoſitio, quoties nota excluſionis cadit ſup nomẽ nume
rale. Si tñ ſic exponeremus. Tm̃ Quinq; ſunt uniuerſalia: Quinq; ſunt uniuerſalia: Et
nihil aliud ab illis quinq; ẽ prædicabile ſeu uniuerſale. Igr. P. Ex hoc ſequeret q uniuerſa
liter, Omnis excluſiua poſſet eodem modo exponi. Hoc eſt gratia alietatis: B. Poſſet id
concedi. Deinde erit propria expoſitio nominibus numeralium quam poſuimus. Et
propria aliorum hoc eſt non numeralium hæc quam dicemus. Tantum homo eſt riſibi
lis. Homo eſt riſibilis. Et nihil non homo eſt riſibile. Hæc.n. nequit componi nominibus
numeralibus. Vt dicamus. Tantum quinq; ſunt uniuerſalia. Quinq; ſunt uniuerſalia.
Et nulla nõ quinq; ſunt uniuerſalia. Hæc falſa eſt. Triplex ergo expoſitio excluſiuæ. Per
aliud: Per plura: Per infinitatem termini. Prima communis omnibus. Aliæ duæ ſpecia
les. P. Hæc Tantum omnis homo currit, nullo illorum modorum exponi uidetur: B.
Senſus eius non excludit alia ab homine currere. Sed ſolum q nullius alterius ſpeciei
omnia indiuidua currant. Et poteſt ſic exponi. Omnis homo currit. Et aliquis bos nõ
currit. Similiter Et aliquis æquus. Sic & de aliis uel ne multiplicemus exponentes. Se
cunda exponens põt fieri talis. Et nihil aliud omne currit: Vt ſit ſenſus: Et nullius alte
rius ſpeciei omnia indiuidua currunt: Pe. Quo pacto conuertuntur. B. Sicut diximus
excluſiua conuertitur per uniuerſalem affirmatiuam tranſpoſitis extremis: Pe. Illa con
uerſio in obliquis nõ tenet, Non.n. ſequitur. Tantum æquus eſt hominis. Igr cuiuſli
bet hominis eſt æquus: B. Plerique dicunt eam non tenere in obliquis caſibus. Poteris
tamen illam regulam etiam in obliquis ſaluare ſic. Tantũ æquus eſt hominis: Omnis

res hominis eſt equus. Non ſi. ſolus o Bliquus erit conuerſio predicatum. Similiter. Tantum Ego Deo Placeo. Omnis res placita Deo: uel quae placet Deo ſum ego. Item Tantum Petrum amo. Omnis res quae a me amatur eſt Petrus. Tantum a uino abſtineo. Omnis res a qua abſtineo eſt uinum: P. Quo pacto conuertuntur cum negatione ſequente. B. Sic. Tantum accidens non eſt ſubſtantia. Omnis non ſubſtantia eſt accidens, Vel ſic. Nulla ſubſtantia eſt accidens. Aliqui etiam tales conuertunt preter quātitatem ſimpliciter, Tantum accidens non eſt ſubſtantia, Tantū ſubſtantia non eſt accidens. Tantum Deus non eſt creatus. Tantum creatum non eſt Deus. Sed illa non eſt proprie cōuerſio. Nunquā. n. exponibilis infert formaliter exponibilem. Niſi exponentes illius inferāt formaliter exponentes alterius. Nunc autē hae. Accidens non eſt ſubſtantia. Et omne aliud ab eo eſt ſubſtantia: non inferunt formaliter has. Subſtantia nō eſt accidens: Et omne aliud a ſubſtantia eſt accidens: P. Haec. Non tātum homo eſt animal. Quo pacto: B. Sic. Nō omne animal eſt homo: P. Quum cadit ſupra predicatum. Quomodo: B. Homo eſt tantum animal. Res quae non eſt aliud q̄ animal eſt homo. Et quādo cadit ſupra ſubiectum. Vt haec. Tantum homo eſt animal. Sic conuertitur animal eſt homo: qui non eſt aliud q̄ homo. Quando inter partes ſubiecti ſic. Calias tantum diſputās clamat. Res clamans eſt Calias dum diſputat. Similiter. Calias eſt Animal tantum riſile. Animal quod nō eſt aliud q̄ riſile eſt Calias. Sed hae poſteriores quia non ſunt propria excluſiua poſſent conuerti ſimpliciter. Clamans eſt Calias tantum diſputans. Et animal tantum riſile eſt Calias. Et ita de reliquis: P. Inducantur ſophiſmata ſi qua ſint in hac materia.

## De Sophiſmatibus circa orationes excluſiuas emergentibus. B. Cap. XXVIII.

SVnt plurima. Primum ſit hoc. Tantum homo eſt animal. Nec tamē tantū homo eſt animal. Prior eſt uera prout determinat ſolum ſubiectum. Poſterior prout totam orationem. Secundum. Solū Caliam uideo: Nec tamē ſolum Caliam uideo. Prior patet capiendo. Ly ſolū cathegorematice pro eo quod eſt ſolitarium. Poſterior autem capiendo ſyncathegorematice: pro ſolūmodo. Et dato q̄ uideam Caliam & plura alia. Eodē mō. Solus Calias legit. Quia ſolitarius. Neque tū ſolus legit. Quia etiam Plato legit. Tertium. Vnica mulier eſt in coelo: neque tamē ſola. Vel Solum mulier eſt in coelo. Quia ſola uirgo mater eſt aſſumpta cum corpore. Et q̄ ibi ſit et Chriſtus dominus. Non ſola mulier erit in coelo: quia etiam Chriſtus. Et tamen unica mulier erit ibi. Similiter. Vnicus filius alicuius diſputat: Neque tamen ſolum filius alicuius diſputat. Ex quo patet q̄ unicus excludit quodā ſpeciali modo ſicut ſecūdum quoſdā & haec dictio precise. Quam Vt plurimum doctum illud Pariſienſe Gymnaſium utitur excludit quodam ſpeciali modo. Vtimur etenim ea cū his terminis; Significat preciſe uerum: Aut falſum. Aut ſic. Vnde dicunt q̄ haec oratio homo eſt lapis. Significat preciſe falſum: & impoſſibile ac etiam neceſſariū. Et uerum penes diuerſa ſignificata. Similiter

utimur ea

cedimur ea cum terminis concernentibus affectionem animi. Vt Conſidero preciſe hoc eſſe ſolo. Nec dicimus proprie preciſe Calias currit. Vnde ab excluſione ſpeciali ad excluſionem generalem non licet arguere. Quartum. Tantum lignum uideo uel porto. Nec tñ Tm̄ lignum uideo uel porto. Accipiendo in priori tm̄ nominaliter. Puta bipedale. In poſteriori excluſiue: Eſt ſophiſma de Groſſeto. Quintum. Tm̄ Domus eſt. Nec tñ tm̄ Domus eſt. Prior. n. Sic exponendo. Domus eſt: Et nihil nõ domus eſt ſeu: Et nihil aliud q̄ domus eſt: Falſa eſt. Quia ſi domus eſt ligna & lapides ſunt. Et ſic poſterior eſt uera. Eodem modo poſſet dici de his. Tm̄ pater eſt. Et tñ nõ tantũ. Sic de albo. De populo. Exercitu: Et ſimilibus. Nec tñ eſt tm̄ gramaticus. Sextũ. Tm̄ unũ eſt. Nec tñ tm̄ unum eſt: quoniam ſunt multa. Prior tñ ſic pbatur. Vnum eſt. & nihil aliud ab uno eſt: quia omne ens ē unum. Et ſic tm̄ ens eſt. Sic & tm̄ unũ. Et tm̄ uerũ. Et tm̄ bonum eſt. Haec. n. ultima a quibuſdã dr̄ tranſcendentia: quia idē cum ente. Illa uero quae opponitur multitudini dr̄ unitas accidētalis. Quae tñ prout eſt principiũ numeri ē accidēs: ſicut & numerus eſt accidens. Multa igitur & tm̄ unum opponuntur nõ aũt multa & unũ abſolute. Quia ubi multa ibi & unũ. Et multa ſunt ens & unũ uerũ & bonũ. Silr̄ Tm̄ unũ ē ens Et tñ ſunt plurima entia. Prior patet. Quia unũ eſt ens. Et nihil aliud ab uno eſt ens. Septimũ. Tm̄ uerũ & falſum opponuntur. Nec tñ tm̄ illa opponuntur. Quoniam et bonũ & malum ſunt oppoſita. Prior pars uera eſt aliquo. Supple in hoc ſenſu. Tm̄ uerũ eſt qđ opponitur falſo. Et tm̄ falſum qđ opponitur uero: P. Contra. Falſum & falſum opponuntur. Igitur nõ tm̄ uerũ falſo opponitur. Et econtra. B. Nullũ falſum opponitur falſo cõtradictorie. Sed ſolum uerũ falſo. Octauũ. Sola neceſſaria ſunt neceſſario uera. Hoc ſophyſma ſi exponatur ut excluſiua erit uerũ. Nihil. n. aliud a neceſſariis eſt neceſſario uerũ. Si uero officiatur ut modalis erit falſum. Nã haec eſt falſa. Haec oro eſt neceſſaria. Sola neceſſaria ſunt uera. Nã et cõtingētia quaedã ſunt uera. Si et reſoluatur erit falſum: Haec ſola ſunt uera demõſtratis orationibus neceſſariis: Et haec ſunt neceſſaria. Igitur Prior ē falſa. Hoc autem ſophiſma. Tm̄ Deũ eē Deũ ē neceſſe. Si exponatur ut excluſiua falſum erit. ut nihil aliud q̄ Deũ eē Deũ ſit neceſſarium. Si ut modalis erit uerũ. Haec. n. eſt neceſſaria. Tm̄ Deus eſt Deus. Quia adaequate ſignificat Deũ eſſe Deũ. Et qñ ſunt excluſiuae tunc dr̄ in eis eſſe excluſio neceſſitatis. Qñ uero modales tunc ibi dr̄ eſſe neceſſitas excluſionis. Fiat quoque & tale ſophiſma. Ad ſolũ Caliã loqui ſequitur hoiem loqui. Et ſi ſit una excluſiua falſum eſt ſophiſma. Falſum quippe eſt ut ad nihil aliud conſequatur hoiem loq. niſi ad Caliã. Si uero ſit una cõditionalis erit ſophiſma uerũ. Significat. n. q̄ ad iſtã Solus Calias currit ſeu loquitur. Sequitur hoiem currere ſeu loq. Et hic eſt cõditio excluſionis. In priori autem excluſio conditionis. Nonum. Solis tribus ſola duo ſunt pauciora. Nec tamen ſolis tribus ſola duo ſunt pauciora. Prior pars patet ſic. Tribus ſola duo ſunt pauciora. Et nullis aliis a tribus ſola duo ſunt pauciora. Ergo ſolis tribus ſola duo ſunt pauciora. Poſterior patet. Nam ſi exponatur ſic. Solis tribus duo ſunt pauciora haec affirmatiua erit falſa. Quod patet ſic. Quia non ſolũ duo ſunt pauciora ſolis tribus. Sed etiam quatuor & quinque. Similiter. Solum genitiuum precedit: ſolus nominatiuus. Poteſt eſſe uera & falſa. Quia ſi ſic exponatur. Genitiuum precedit ſolus

nominatiuus. Et nullum alium caſum ab iſto precedit ſolus nominatiuus. Igitur ſolu̅ ge nitiuum precedit ſolus nominatiuus. Erit uera. Sic autem exponendo erit falſa. Solu̅ ge nitiuum precedit nominatiuus. Et nullum alium caſum illum precedit. Prior exponens eſt falſa. Vbi ponitur talis regula. Quotiens in eadē oratione bis replicatur dictio excluſi ua totiens oratio eſt multiplex. Ergo poteſt exponi p unam illarum uel aliam. Decimum. A ſolo Calia differt quicquid non eſt Calias neque pars Caliæ. Eſt tamen quicquid non eſt Ca lias uel pars eius ab aliquo alio differt quam a Calia. Prior patet per exponentes. Et ſecunda exponens probatur inductiue. Quia a Platone non differt quicquid non eſt Calias uel pars eius. Et ſic de reliquis. Tunc enim Plato differret a ſeipſo. Poſterior etiam patet inducen do. Quia hoc (demonſtrato Platone) ab aliquo alio differt quam a Calia quod nec eſt Ca lias nec pars eius. Similiter hoc (demonſtrato alio) Et ita ulterius. Poteſt etiam abſolute p poni ſophiſma ſic. A ſolo Calia differt quicquid non eſt Calias. Nam a Calia differt qc quid non eſt Calias. Et a nullo alio quam a Calia differt quicquid non eſt ipſe. Nam a Plato ne non differt quicquid non eſt Calias neque ab ullo alio. Quia tunc Plato ſe differret a ſe ipſo differentia reali. Et illud aliud ſimiliter. Quod falſum eſt. Hæc de excluſiuis. Iam de exceptiuis tempus poſtulat ut aliquid dicatur.

## De orationum exceptiuarum expoſitione contradictione & conuerſione. Cap. XXIX.

Exceptiuæ ut audio dici ſolent in quibus ponuntur notæ exceptionis. Vt preter, preterquam & niſi. Sed quo pacto exponantur ſcire gliſco. B. Excepti ua affirmatiua exponitur per duas orationes. Sic. Omne aīal preter ho minem eſt irrationale. Homo non eſt irrationalis. Et omne aīal non homo eſt tale. Ergo. In priori negatur predicatum de parte extra capta. In poſteriori affirmatur ipſum predicatum uniuerſaliter de ſubiecto ipſa parte extra capta infinitata. Aliqui exponentes per tres exponentes poſita eadem exponi bili ſic. Omne aliud ab homine eſt irrationale. Homo eſt animal. Et homo non eſt irratio nalis. Aptius per tres exponitur poſita illa eadē exponibili. Sic. Oē aīal p̄ter hoīem eſt irrō nale. Oīs hō eſt aīal. Et nullus hō ē irrōnalis. Oē aūt aliud aīal eſt irrōnale. Vel ſic. Cun cta reliqua aīalia ſunt irrōnalia. Neque curandū ſi tertia exponēs ſit prima uel tertia. Nec etiam ſi priores duæ fiant indefinitæ uel uniuerſales. Quod melius. Tria hæc illa exceptiua notat eſſe in ſe. Melius ergo p tres exponitur. P. Negatiua qualiter exponitur. B. Sic p duas. Nullū aīal p̄ter hoīem eſt riſile. Hō eſt aīal riſile. Et nullū aīal nō hō ē riſile. Ergo: Sati us p tres. Sic. Oīs hō ē aīal. Oīs hō ē riſilis. Nullū aliud aīal ab hoīe eſt riſile. Tertia ex ponēs poſſet eē talis. Et nullū cæterorum aīaliū eſt riſile. P. Si dixero: Viuo p̄ter munera regia ſeu pontificia. Aut oportet urbē noſtram reddere decē pondo auri preter impen ſas. Silr. Vndecim ſunt Conſultatores urbis. Epidaurinæ ſeu Siluanæ, uel ut cōioti uerbo utar Raguſinæ. Preter Rectorē quo pacto exponam: B. Illæ nō dicuntur exceptiuæ. In prima namque preter denotat ſine. In ſecunda deſignat ultra uel ſimul cum. In tertia preter idem ſignificat ac ſi diceres, dēpto uel nō cōnumerato Rectore. Silr. Hæc dictio

[illegible] Interdum accipitur conditionaliter. Ut [illegible] coloratum [illegible] non esset albus. Interdum exceptiue. Ut nullus lapis nisi [illegible] sit mollis. Quando ergo excipiunt tunc eo modo quo diximus exponuntur. Et potest fieri exceptio propria & abusiua. Et ad hoc ut sit propria requiruntur duo. Alterum est exceptio fiat a toto in quantitate. seu ut id a quo fit exceptio stet confuse distributiue. Sicut fiat exceptio a termino uniuersali uniuersaliter sumpto. Alterum autem ut illud quod excipitur sit inferius & minus commune eo a quo fit exceptio. Unde dicendo. Aliquod animal preter hominem. Aut omnis homo preter animal. seu preter bouem. Aut preter [illegible] fit exceptio abusiua. P. Videtur mihi exceptiua negatiua conuerti [illegible] exclusiuam affirmatiua. Cuius id quod excipitur sit subiectum. Ut. Nullus homo preter Caliam loquitur. Igitur solus uel tantum Calias loquitur. Et omnis loquens est Calias. B. Recte [illegible]. Pe. Contra. Nullum animal preter hominem intelligit. Ergo tantum homo intelligit. Non sequitur. B. Sic dicendo sequitur. Ergo tantum homo inter animalia intelligit. uel est animal intelligens. Oportet ergo predicatum illius exclusiue esse compositum ex predicato & subiecto exceptiue. P. Contra. Adhuc. Nullus homo preter Caliam loquitur. Dato quod aliqua mulier [illegible] loqueretur. Igitur Tantum Calias est homo loquens. Consequens est falsum. B. Si nullus homo [illegible] nec [illegible] Antecedens est falsum. Et ut ita significet est [illegible] Sed aliud [illegible] adde in consequente aliquis. Ut [illegible] homo [illegible]. P. Quatuor requiri uideo ad exceptiuam. Id a quo fit exceptio. Et ipsam notam [illegible]. Partem que excipitur. Predicatum cuius respectu excipitur. Sed contradictorie exceptiuarum quo pacto exponuntur. B. [illegible] (aiunt) factam ex partibus contradicentibus illi copulatiue. sed melius iudicabitur per affirmatiuam absolute. [illegible]. Non omne animal preter hominem est irrationale [illegible]. Aliquod animal aliud ab homine non est irrationale. Homo est animal. Homo non est irrationalis. Et quia prima est falsa tota exceptiua est falsa. Unde [illegible] exponentes copulatiuam falsa erit [illegible]. Non nullum animal preter hominem est risibile [illegible]. Aliquod animal aliud ab homine est risibile. Homo est animal. Homo est risibilis. Ubi [illegible] prima est falsa. P. Huius. Omne animal preter hominem est irrationale [illegible] debet [illegible] quidem hec. Aliquod animal preter hominem (quia [illegible] exceptio) abusiua. Sed hec. Aliquod animal aliud ab homine est irrationale. P. Que [illegible] contradictoria. B. Non quidem hec. Aliquod animal preter hominem non est irrationale quia [illegible] exceptio abusiua. Sed hec. Aliquod animal aliud ab homine non est irrationale. Pe. Contra. Illius contradictoria fuit superius assignata hec. Non omne animal [illegible]. Et aliquod non [illegible]. B. In presenti loco non equipollent eo quod non seruatur proprietas eadem loqutionis. P. Ergo non [illegible] contradictorie [illegible] negationis additione ad signum uniuersale. Sic. Non omne animal preter hominem est irrationale. Nullum animal preter hominem [illegible] particularis. Non ergo fit exceptio a toto in quantitate. B. Alias [illegible] propria uerba. Et ex [illegible] inferre contradictoriam [illegible] Omne animal preter hominem est irrationale. [illegible] aliud ab homine est irrationale.

[illegible] uides q̃ sic exceptio [illegible] tolo in [illegible] [illegible] exceptiuis: Quod quidem etiam [illegible] p̃ postra opinio [illegible] posita in equipollentiis. Et contra illos qui putant illam esse in se particularem. Nam hec: Non omnis homo currit. Non dicit hanc: Aliquis homo currit. Sed istam. Non est uniuersalis. Omnis homo currit. Ad quam legi contradictoriam sequitur q̃ aliquis homo non currit. Et eo pacto superius fuit assignata contradictoria huius. Omne animal preter hominem est irrationale. Illa. Non omne animal preter hominem est irrationale. Ad quam sequitur contradictoria. Igitur aliquod animal aliud ab homine est irrationale. Que contradictoria non potest esse propria exceptiua. Concedimus ergo propriam exceptiuae contradictoriam non esse exceptiuam [illegible] loqui. P. Quo pacto conuertuntur. B. Sic. Aliquod irrationale est animal aliud ab homine. Ista est illius exceptiue conuertens. Totum q̃d nũs uniuersales predicatum intelligo in exceptiua fuisse subiectum. Vide etiam q̃ exceptiua non conuertitur per exceptiuam. Similiter hec. Nullum animal preter hominem est risibile. Ita conuertitur. Nullum risibile est animal aliud ab homine. P. Ex his sequuntur corolaria. Primum. Omnis exceptiua de omni aut de nullo uera seu falsa si fiat exceptiua erit falsa. Vt omnis homo preter Caliam est rationalis. Et nullus homo preter Caliam est lapis. Similiter. Omnis homo preter Platonem est lapis. Et nullus homo preter Platonem est risibilis. B. Priores facte sunt false dum fuissent uere. Posteriores et prius et postea fuerunt false. Secundum corolarium sequens ex supradictis. Quotiens [illegible] exclusiue [illegible] ipsa falsa. Preiacens autem est totum re[illegible] exceptiue et id quod excipitur sublato: Aliquando [illegible] falsa. Tertium. Omnis exceptiua [illegible] contradictoriam sue preiacentis [illegible] consequentis repugnat sue preiacenti. Vt omne animal preter hominem est irrationale. Igitur aliquod animal non est irrationale. P. Derogatur isti regule. Quia hec. Omne animal preter [illegible] seu Antichristum est [illegible]. Vbi preiacens stat [illegible] cum exceptiua. B. Q[illegible] [illegible] homines. Si [illegible] Cesar. [illegible] (ut ipsi [illegible]) Antichristus non est animal. Quo pacto id a quo fit exceptio predicabitur de illo quod excipitur: Si autem predica[illegible] [illegible] non repugnat [illegible] exceptiua. Presertim quia [illegible] illam preiacentem exceptiuam. Quartum. Ad exceptiuam affirmatiuam sequuntur due sub contrarie. Vt ad hanc. Omne animal preter hominem est irrationale. Sequuntur he. Igitur aliquod animal est rationale. Et aliquod [illegible] irrationale. P. Ad sophysmata [illegible]

## De Sophismatibus que [illegible] exceptiuis [illegible]. Cap. XXXI



Rimum sophisma sit hoc. Calias non differt nisi a boue. Et tamen non a nullo nisi a boue differt. Prior hec pars [illegible] exponendo. Calias differt a boue. Et non differt ab alio q̃ boue. Hec posterior probatur quia [illegible] constat. Nam si concedatur oppositum ut differat ab alio q̃ a boue. Sequitur Caliam non esse aliud q̃ bouem. Nam illa Differt ab alio q̃ a boue. Sic exponitur. Calias est aliud q̃ bos est. Et Calias non est aliud q̃ bos.

Ab expoſita.n.ad unã ſuarũ exponentiũ cõſequentia ualet. Poſteriorem autem partẽ ita uerificant. Deſinq; quũ illius oppoſitum. Videlicet. Calias a nullo niſi a boue differt. Et ſi illud eſſe falſum conſtiterit. Prior oratio uera erit. Illud autem eſſe falſum conſtat: Ex illo.n.ſequit hoc: A nullo non boue differt. Et poſterior exponens. falſa eſt. Quia ſua contradictoria uera. Nam Calias ab aliquo non boue ut ab æquo differt: P. Contrarium mihi uidet. Prior.n.illa de mi ſermonis falſa uidetur. Sẽſus.n.illius talis eſt. Calias a nulla re alia differt preterq̃ boue. Sic.n.fiet exceptio a toto in quantitate. Res.n. ibi uidetur diſtribui. Aliter non eſſet exceptiua propria. Et ſic exponatur Calias differt a boue: Et a nullo alio q̃ boue differt. Quæ eſt falſa. Quia eius affirmatiua uera. Videlicet. Ab aliquo alio q̃ boue differt: Quia a leone. Non igit recte ponunt ſecundam exponentem. B. Varius modus exponendi qualitatem uariat orationis. Tua expoſitio ſolidior: P. Da & aliud: B. Secundum ſophiſma. Omnis homo uidet omnem hominem preter ſe. Poſito caſu ut ſint octo homines. quorũ quilibet omnes alios a ſe uideat. Seipſum autem non uideat: P. Poſito caſu nulla eſt difficultas quin uera ſit illa oratio B. Immo eſt difficultas. Nam relatiuũ illud ſe ſupponit diſtributiue: Pro tot uidelicet: pro quot & antecedens. Nunc autem eſt talis regula. Quotiens tot excipiuntur. quot & includuntur ſeu ſupponuntur. totiens exceptiua eſt falſa. Et ita illud ſophiſma apparet falſum: & tamen eſt uerum. Quia quamuis illud relatiuum ſtet diſtributiue non tamen eodemmodo ſicut antecedens. Sed ſtat diſtributiue ſigillatim ſeu referendo ſingula ſingulis. Et prior quidem diſtributio eſt ueluti uniuerſalis affirmatiue. Nam hic homo uidet omnem hominem alium a ſe: Et ille: Et ſic de reliquis. Poſterior uero eſt ueluti uniuerſalis negatiua. Nam neq; hic homo uidet ſe. nec ille. & ſic de aliis: P. Falſa uidetur eſſe regula. Nam ſint octo homines. quorum quattuor currant Et quattuor alii minime. fiatq; exceptiua. Vt omnis homo currat preter illos quattuor. Ipſa quidem erit uera. Et tamen tot excipiuntur. quot & ſupponuntur: Be. Si eadem ſingula ſingulis ſupponerentur, & exciperentur falſa eſſet. Non licet igitur omnia ponere: & omnia eadem excipere: P. Contra. Nullus ſol preter hunc quem uides: Lucet. Hic tot & eadem excipis. & ponis. Vnicus enim eſt Sol: Be. Si unicus cur. diſtribuis. cur excipis: Sed unicus eſt exiſtens. Plurimi concipiuntur. quorum nullus nec eſt neq; lucet. preter hunc quem meum Aſtronomi planetam ferunt. Tertium ſophiſma. Omnis homo uidet omnem hominem preter Caliam. Poſito ut omnis homo alius a Calia uideat omnem hominem alium ab eodem. Ita q; Calias nec uideat. nec uideatur. Et ſic. Quia ibi eſt duplex diſtributio: Actiua & paſſiua. Nam omnis homo uidet: Et omnis homo uidetur. Et Calias excipitur, Aut igitur ab actiua ſolum. Aut a paſſiua ſolum. Aut ab utraq;. Si ab utraq; tunc in caſu ſophiſma erit uerum. Et non alias. Quartum ſophiſma. Omnis oratio preter unam eſt uera. Poſito ut ſint tres orationes dumtaxat. Puta. Deus eſt. Homo eſt ſubſtantia. Et tertia: Omnis oratio preter unam eſt uera. Videtur quidem ſophiſma uerum. Quia. Aut eſt uerum Aut falſum. Si uerum. habetur quod exquiritur. Si falſum. Sequitur ipſum eſſe uerum. Quia omnis alia oratio in caſu eſt uera. Igitur eo excepto: Omnis alia

oratio eſt uera. Videtur aũt falſum: Quia ſi uera eſſet. Sequeretur omnem orationē
eſſe ueram. Et ita exceptiua non repugnaret ſuæ præcedenti. P. Quid aſſerendum: B.
Illud ſophiſma eſſe falſum. Quia regula ponit talis. Omnis oratio eſt concedenda falſa:
Ad quam eſſe ueram ſequitur eam eſſe falſam. Et econtra. Sed ſi hæc ponatur uera, ſe
quitur ꝙ ſit falſa. Si falſa iterum erit uera. Quintum ſophiſma. Omnis homo preter
Caliam excipitur. Quod etiam habet aliquid latentioris ſenſus ꝗ pleriq; putent. Impli
cat. n. & ſeipſum deſtruit. Nam ſi omnis homo preter Caliam excipitur. Igitur Calias
non excipitur. Et tamen quia Calias eſt pars extra capta & ſolus ipſe eſt pars extra ca
pta: Igitur non ſolum excipitur, ſed ſolus excipitur. Excipitur ergo & non excipitur. Si
militer & alii ab eo excipiuntur & non excipiuntur. Eſt igitur repugnantia. Niſi poſſes
euadere diſtinguendo de exceptione exercita & ſignata. Ita ut alii excipiantur actu ſigna
to. Ipſe uero actu exercito. Potius tamen uidetur ſeipſum deſtruere ſicut & hoc. Omnis
oratio preter exceptiuam eſt uera. Et tantum oratio excluſiua eſt falſa. Sextum ſophiſ
ma. Totus Calias preter caput ſeu pedē (seu aliud quodcumque membrum prout libuerit) pōt
contineri ab iſta arca ſeu ab alio quouis loco oſtenſo. Dato aliquo in quē Calias totus
poſſit intrare, una ſui parte excepta. Verum eſt ſophiſma apparet. Quia non eſt inſtan
tia ſeu obiectio. Niſi de illa parte. Et ipſa pars excipitur. Falſum autem uidetur. Nam ſi
totum ſit maius parte, pars poterit utiq; ab illo contineri a quo & totum continetur. Va
rie ſunt circa illud ſophiſma declarationes. Sed tu aduerte ꝙ ſi totus ibi ſtaret cathego
rematice contra pacta inter nos ſtatuta. Tunc eſſet ſenſus. Calias qui eſt compoſitus
ex omnibus ſuis partibus, poteſt contineri a tali loco, dempta uel ſubtracta tali parte.
Et ſic eſt exceptiua impropria tamen uera. Si autem totus accipiatur ſyncathegorema
tice, tunc eſt ſenſus: Quælibet Caliæ pars preter pedem ſeu caput poteſt in tali loco
contineri. Et erit exceptiua propria. Et ſi ſumatur coniunctim. Omnis pars Caliæ ſimul
poſſit contineri preter unam talem: Quæ quis ſeorſum ſumpta poſſit contineri ac cum
toti iuncta, modo alia pars loco ſui exciperetur. Non tamen ſi prout eſt coniuncta toti &
alia parte loco ſui non excepta, tunc etiam ſophiſma uidetur uerum. Si uero ſumatur di
uiſim, tunc aut pars quæ excipitur eſt maxima omnium ita ꝙ nulla ſibi æqualis. Et lo
cus poſſit capere omnem aliam partem ſeorſum & illam non. Aut illa pars quæ excipit
erit minor uel æqualis alicui cæterarum partium. Priori modo erit exceptiua uera. Po
ſteriori falſa. P. Omnem altercationem abſcidiſti. Vbi dubitaui hanc etiam eſſe ueram.
Decem preter quinq; eſſe quinq;. Quia uidelicet ſubtractis quinq; ab ipſis decē rema
nebunt quinq;. Immo Quælibet uiginti preter decem ſunt decem. Quia ſubtractis
decem a uiginti remanēt decem. B. Septimum ſophiſma. Calias ter uidit omnem ho
minem preter Platonem poſito ut bis uiderit omnem hominem & tertia uice uiderit
omnem preter Platonē. Si ergo excipiatur Plato a uiſione. Falſum eſt ſophiſma. Quia
ſenſus eius eſt talis. Calias uidit omnem hominem preter Platonem. Et hoc ter. Si aūt
excipiatur Plato a trina uiſione, tunc ſophiſma eſt uerum. Octauum ſophiſma. Omne
coloratum preter unum uidetur. Poſito ut ſint tria alba, tria nigra, tria demiq; medio co
lore affecta. Et duo alba ſolū. Duoq; nigra & duo medio colore affecta uideant. Q d

ſophiſma uerum uidetur? Quia omne album preter unum uidetur. Et omne nigrum preter unū. Et oē alio colore affectū preter unū. Et haec ſunt omnia colore affecta. Igitur omne coloratum preter unum uidetur. Sed dubio procul illud ſophiſma falſum eſt. Quia plura colorata nō uidentur. Nam retento caſu Unum album. Unum nigrum. Et unum medii coloris non uidetur. Plura igitur colorata non uidentur. Et ſophiſma dicit omnia colorata uideri preter unum. Nec illa conſequentia. Omne album preter unum; Et omne nigrum preter unum. Et ſic de aliis. Igitur Oē coloratum preter unū uidetur. ualet. Arguitur.n. a pluribus exceptis in uariis ſpeciebus ad unum exceptum in genere abſolute. Pe. De reduplicatiuis nihil attuliſti.

## De expoſitione reduplicatiuarum orationum. B. Cap. XXXI.

HE notae inquantum ſecundum quod ea ratione qua prout ut ſic & conſimiles interdum ſpecificant, interdum reduplicant. Semper tamen dicuntur notae reduplicatiuae. Et faciunt enunciationes reduplicatiuas. Et deſignant rationem ſecundum quam aliquid de aliquo dicitur. P. Quando ſpecificant quo pacto exponentur. B. Non deſcribuntur, quae [illegible] Non exponuntur. Ut ens inquātum ens eſt ſubiectū metaphiſicae. Ens ſecundum rationem qua ens. Sed ſub ratione entis eſt ſubiectum metaphiſicae. Ens enim poteſt conſiderari ut uerum ut unum ut bonum. Et ſub nulla illarum rationum eſt ſubiectum methaphiſicae. Sed ſolummodo ſub ratione ſuae entitatis. Similiter, Calias exigit pecunias inquantum heres Platonis. Hoc eſt ratione qua eſt heres illius. Et Deus amat peccatorem inquantum creatura ipſius eſt. P. Quando reduplicant quo pacto exponuntur. B. Sic inquam. Homo inquantum rationalis eſt diſciplinabilis. Homo eſt diſciplinabilis. Et Homo eſt rationalis. Et Omne rationale eſt diſciplinabile. Et ſequitur rationale illud eſt diſciplinabile. Ubi predicatum dicitur de ſubiecto. Sub ea diſpoſitione qua ipſum ſtat. Ita ut ſi ſubiectum ſtet uniuerſaliter aut particulariter in reduplicatiua. ita etiam ſtet in prima expoſitiue. In ſecunda etiam dicitur reduplicatum de eodē ſubiecto ſecundum eius diſpoſitionem. Nam in tertia dicitur uniuerſaliter predicatum de reduplicato. In quarta uero denotatur conditionaliter. Ut ſi quid cōtineatur ſub reduplicato contineatur etiam ſub predicato. Enim uero tertia & quarta uidentur coincidere. Relinquatur igitur quarta, uel tertia, quae in [illegible] in quarta continetur. Pe. Quot ſunt in oratione reduplicatiua. Be. Quatuor. Subiectum. Nota reduplicationis. Terminus reduplicatus, qui quandoque eſt ipſum ſubiectum. Et predicatum. Si tamē quarta exponens eſſet cauſalis & non conditionalis recte addi poſſet. Sic. Et quia aliquidē rationale. Idcirco eſt diſciplinabile. Sic.n. terminus reduplicatus eſt cauſa ppter quam predicatum inhereat ſubiectū. Idcirco reduplicatio ſemper ponitur ex parte ſubiecti. Et quia ſubiectum reduplicatur reſpectu predicati dicitur oratio reduplicatiua. & non ſolū de ſubiecto reduplicato. Et ſic ſoluitur illa obiectio. Nulla oratio eſt reduplicatiua, quia reduplicatio ſemper cadit ſuper ſubiectum. Nam licet cadat ſuper ſubiectū tamen cadit

ſuper ipſum in compoſitione ad predicatum. Quidam tamen quando reduplicatum
eſt ipſum ſubiectum dicunt notam illam accipi negatiue. Vt homo inquātum homo
eſt rationalis. Et ſic exponitur. Homo eſt rationalis. Et homo non eſt alia cauſa. Quā
do autem reduplicatum eſt aliud a ſubiecto, tunc dicunt notam illam teneri poſitiue.
Alii non faciunt hanc diſtinctionem. Sed ita exponunt priorem. Sicut & poſteriorem.
Quia quandocū ꝙ reduplicatur cauſa ſeu ratio inhæſionis predicati nota illa ponitur
ex parte ſubiecti. Neq; accipit ibi cā phiſice ſed potius metaphiſice. Pro oī principio, &
rōne. Natura. n. hoīs exigit ip̄z eē aīal. Et nō ecōtra. Icirco dicimus hō inq̄tū hō ē aīal.
Rō ergo talis inhæſionis ex parte erit hominis. Et hęc eſt cām eſſe in ꝓpoſito. Sed ſi ēt
cauſa phiſica aſſignetur, tanto clarius patebit: P. Homo inquātum riſilis eſt rationalis.
Eſt reduplicatiua. Neq; tamē ipſum reduplicatum eſt cauſa inhærendi predicatum ſu
biecto. Sed potius econtra. B. Reduplicatio: Quædam ſit gratia cauſæ: Quædam
concomitantiæ ſeu cōſequentiæ. Vt iſtic. Quia homo eſt riſilis ſequitur ut ſit ratio
nalis. Quædam namq; eſt cauſa in eſſendo. Et illa eſt cauſa ſimpliciter. Quædam ue
ro ſolū in inferendo. Quæ dici poteſt cauſa ſecundum quid: Pe. Omne genus cauſæ
poteſt reduplicari. Efficientis quidem. Vt hi inquantum albi ſunt ſimiles. Materialis.
Vt corpus inquantum ex contrariis conſtat, eſt corruptibile. Formalis. Vt corpus in
quantum preditum anima eſt animatum. Et inquantum affectum colore eſt colora
tum. Finalis. Vt homo inquantum ad beatitudinem ordinatur, eſt natus appetere cæ
leſtia. Et medicus prout ſanitatem cupit parat medelas: Be. Recte dixiſti. Exponatur
ergo per quattuor exponentes. Sic. Omnis homo inquantum rationalis eſt diſciplina
bilis. Omnis homo eſt diſciplinabilis: Et Omnis homo eſt rationalis. Et Omne ratio
nale eſt diſciplinabile. Et quia omnis homo eſt rationalis: Icirco eſt diſciplinabilis. Cū
negatione ſequente exponatur. Sic: Homo inquantum animal nō eſt lapis. Homo nō
eſt lapis. Homo eſt animal. Nullum animal eſt lapis. Vel. Et ſi quid eſt animal nō eſt
lapis: Et quia homo eſt animal. Icirco non eſt lapis. Vel. Et quia homo eſt animal. Se
quitur ꝙ non ſit lapis. Omnis reduplicatiua cauſam uel in eſſendo uel ſolum in conſe
quendo deſignat. Reduplicatiua de uerbo affirmato & negato non cōtradicunt. Vnde
hæ. Calias inq̄tū aīal ē hō. Et Calias inq̄tū aīal nō eſt hō nō ſunt cōtradictoriæ. Quia
ſunt ſimul falſæ. Quia utriuſq; tertia exponēs ē falſa: P. Placēt hæ regulæ. Sȝ expoſitio
reduplicatiuę de uerbo negato corrigenda uidet. Nam hæc eſt uera. Homo prout eſt
riſilis non eſt albus. Et hæc. Nullus homo prout eſt riſilis, eſt albus. Et tamen prima
exponens eſt falſa. Videlicet. Homo uel nullus homo eſt albus. Similiter & tertia. Vt
nullum riſile ſit album: Be. Bene aduertiſti. Errāt ergo illi ſuis exemplis decepti. Qui
n. dicit hominem inquantum animal non eſſe lapidem, non dicit hominem non eſſe
lapidem. Neq; dicit nullum animal eſſe lapidem. Sic ergo exponamus. Homo inquan
tum riſilis nō eſt albus. Homo ſub ratione riſilitatis non eſt albus. Homo eſt riſilis. Et
ſi quid eſt riſile illud ſub tali ratione non eſt album. Vel ſic exponatur, aut potius deſcri
batur. Homo inquantum riſilis non eſt albus. Quamuis homo ſit riſilis ſub ea tamē
ratione non eſt albus. In his ergo potius nota illa ſpecificat q̄ reduplicet: Pe. Pulchra

correctio. Non ſequitur ergo. Nullus homo inquantum rationalis eſt albus. Igitur nullus homo eſt albus. Neq; ibi eſt conſequentia ab expoſita ad exponentem. Hæc itaq; ſunt uera: & non falſæ. Nullus gramaticus inquantum gramaticus eſt logicus. Nullus pater inquantum pater eſt filius. Nullum agens inquantum agens eſt patiens: B. Si negationem toti orationi: aut ipſi notæ prepoſueris: erit reduplicatiua negatiua. & contradictoria affirmatiuæ. Vt nõ hõ inquantum rationalis: Vel homo nõ inquantum rationalis eſt albus. Q uæ potius probanda eſt per affirmatiuam: q̃ per diſiunctiuam factã ex partibus contradicentibus ſuperiori copulatiuæ: P. Q uo pacto conuertuntur: B. Sic. Omnis homo inquãtũ rationalis eſt diſciplinabilis. Aliquod diſciplinabile inquantum rationale eſt homo. Nullus homo inquãtum animal eſt lapis. Nihil quod inquantum animal eſt lapis eſt homo: Pe. Da ſophiſmata.

Sophiſmata gratia reduplicationis difficultatem afferentia. B. Cap. XXXII.

ESto primum ſophiſma tale. Aliqua inquantum cõueniunt: differunt. Probatur. Q uia inquantum conueniunt: ſunt multa. Et inquantum ſunt multa: differunt: uel ſunt diuerſa. Sed quæ ſunt multa & conueniunt non dicuntur diuerſa. Igitur dicentur differentia. Q uia omnia multa: aut ſunt diuerſa: aut differentia. Igitur aliqua inquantum ſunt multa & cõueniunt: differunt. Pe. Cont. Conuenientia nequit eſſe ratio: aut cauſa differentiæ: B. Dico ſophiſma illud eſſe falſum ſi illa nota ſpecificet. Nulla. n. in ea ratione differunt qua cõueniunt. Si etiam illa nota reduplicet: cauſamq; inhærentiæ aſſignet. falſum eſt ſophiſma. Non. n. poteſt conuenientia eſſe per ſe cauſa differentiæ. Sed ſi reduplicet non aſſignando cauſam inhærentiæ in eſſendo. ſed ſolum in inferendo: & gratia concomitantiæ: erit ſophiſma uerum. Ad conuenire. n. ſequit̃ multa eſſe & non diuerſa. Igitur multa differentia. Omnia. n. conuenientia: ſunt differẽtia. Et omnia differentia: conuenientia. Aliqui tamen ibi per differentia: accipiunt omnia diſtincta. Et tunc non omnia differẽtia eſſent conuenientia. Secundũ ſophiſma. Equiuoca inquantum æquiuoca ſunt uniuoca: Videt̃ quidem falſum. Q uia oppoſitum prædicatur de oppoſito. Verum autem. Q uia æquiuoca ut æquiuoca ſunt: conueniũt in nomine & ratione nominis. Tunc ſic. Cui competit diffinitio: & diffinitum. Sed æquiuocis competit diffinitio uniuocorum. Igitur & ipſa uniuoca competent eiſdem. Dicũt ſophiſma eſſe abſolute falſum. Secundum quid uerum. Nam æquiuocari in æquiuoco eſt ſecundum quid æquiuocari. Sicut conuenire in differentia: & aſſimilari in diſſimilitudine. & cõcordari in diſcordia. Poſſumus & acutius dicere: Equiuoca æquiuocata poſſe capi fundamentaliter: Et prout denominat: Et poſſe accipi formaliter: Et prout ſignificant. Et accipiendo priori modo: reſponſio ſuperior fuit bona. Nam animal lattrabile: & ſydus cœleſte: & Piſcis ille: quæ tria ſunt æquiuocata ab hoc nomine Canis: conueniunt in nomine illo æquiuocati: & ipſius diffinitione. Et ita eſſe ſecundum quid uniuoca: Accipiendo autem æquiuocata formaliter. illa ſimpliciter uniuocantur. Equiuocatũ

na, eſt una intentio applicabilis pluribus uocibus. Et hoc æquiuocũ formaliter eſt æquiuocatum p ſe/ & illud ſimiliter. Et æquiuocatum in communi accipiꝰ per modum uniuocantis; Et illa æquiuocata per modum uniuocatorum. Sophiſma igitur/ accipiendo notã ſpecificatiue erit uerũ. Quia æquiuocata formaliter. ea ratione qua cõpetit eis nomẽ & diffinitio æquiuocati/ ſunt uniuocata. Nec tamen ea ratione ſunt uniuocãtia. Accipiẽdo autem notam reduplicatiue/ & aſſignãdo cauſam p ſe/ Sophiſma eſt falſum/ Quia predicatum per accidens/ non habet cauſam per ſe in ſubiecto. Hæc autem oratio/ Æquiuoca ſunt uniuoca/ eſt per accidẽs. Ergo non inquantum ſunt æquiuoca/ uniuocantur; Concomitari tamen uidetur æquiuocationẽ uniuocatio. Iccirco ſi reduplicet gratia concomitantiæ/ Sophiſma erit uerum. Tertium ſophiſma. Quilibet homo inquantũ homo/ eſt riſilis. Nec tamen inquãtum animal eſt talis. Poſterior pars falſa uidetur. Nã ſi inquantum homo eſt aliquid tale: Igitur & inquantum animal/ erit tale/ Arguẽdo ab inferiori ad ſuperius cum reduplicatione. Neq; tamen cum tali nota licet arguere ab inferiori ad ſuperius/ Aut a ſuperiori ad inferius. Iccirco utraq; pars ſophiſmatis eſt uera. Quartum/ Corpus inquantum naturale/ eſt ſubiectum philicæ. Et tamen corpus nõ inquantum naturale eſt illius ſubiectum. Prior pars ſpecificando eſt uera. Poſterior ꝓbatur per affirmatiuã in qua nota reduplicet/ Quæ affirmatiua quia eſt falſa/ negatiua erit uera. Quintum/ Quamuis quidam homo creauerit ſtellas/ non tamẽ inquantũ homo eas creauit. Ille autem homo eſt filius Mariæ illibatæ uirginis. Quæ etiam genuit Deum/ Non tamen inquãtum Deus eſt/ Sic ut diuinitas ipſa ex ea ſuum ꝓprium eſſe acceperit. Sextum/ Calias inquantum poteſt currit. nec tamen inquantum põt currit: Prior particula eſt uera/ tenendo ipſam notam pro quantum poteſt. Poſterior uero/ tenendo eam pro nota reduplicationis: Nã non currit ea ratione qua poteſt. Nec omne potens currere/ currit: P. Hæc dictio immediate/ ſolet plurimas gignere difficultates.

## Oſtendit quo pacto exponuntur orationes in quibus ponitur hoc aduerbium immediate/ Et quæ Sophiſmata ex illo oriuntur: B. Cap. XXXIII.

IMmediatas dicimus res inter quas nullum ſit mediũ/ Ut duæ domus dicuntur contiguæ/ ſeu immediatæ. Et de hoc non eſt apud Logicos difficultas/ ſed de quodam ipſo q; aduerbio. Utuntur. n. tali locutione Immediate ueniet/ Aut fuit. Hoc eſt continuo/ ſeu ſubito/ repẽte/ illico/ & ex templo/ Ut ergo eis morem geramus etiam de illo ipſorũ aduerbio aliquid afferemus. Aduerte primum ex eo illud aduerbium gignere difficultatem/ quia ſecundum Philoſophum in quolibet tempore quantulocumq; ſunt inſtantia infinita. Et inter quæcũq; duo inſtantia/ eſt concedere tempus medium, Ita ut nunq̃ inſtans ſit ĩmediatum inſtanti. Dicendo aũt/ Immediate ante hoc fuit/ uel ĩmediate poſt hoc erit/ uidetur eum ſenſum reddere/ ut inſtans ſit ĩmediatum inſtanti. Iccirco ad remouendum id ita eiuſmodi enunciationes exponunt. Immediate ante hoc inſtans/ uenit. Ante hoc inſtans uenit. Et Nullum fuit inſtans ante hoc/ quin inter hoc

& id uenerit. P. Non percipio ſenſum poſterioris expoſitionis. B. Senſus eſt. Ita propinque aduentus eius fuit huic inſtanti. Vt apud nos nullum medium poſſit aſſignari. Quia in tempore in infinitum propinquo huic inſtanti uenit. Vnde haec. Immediate ante hoc inſtans tu eras. Videtur aequiualere huic. In infinitum propinque huic inſtanti eras. Quia aliquantulum propinque & in duplo magis & in triplo. Et ſic in infinitum. Sic de ſua contradictio. Ac etiam quando uerbum negatur. Quando autem ipſa nota negatur [illegible] haec probatur per ſuam contradictoriam. Pe. Sunt ne et in hic ulla ſophiſmata. B. Sit primum hoc. Immediate ante hoc duo contradictoria ſibi repugnantia fuerunt falſa. Et tamen nunquam fuerunt ſimul uera aut ſimul falſa. Poſito quod in quolibet inſtanti pari haec fuerit uera. Galias calet: Et in quolibet impari illius negatiua fuerit uera. Vt Galias non calet. Quia in quocunque inſtanti ante hoc ſignato inter illud & hoc conſiderantur infinita inſtantia paria & infinita imparia. Et ita in infinitum propinque huic inſtanti fuit inſtans par. Et in infinitum propinque impar. Ex quo ſequitur hanc eſſe poſſibilem. Immediate ante hoc tu fuiſti calidus: Et immediate ante hoc tu fuiſti frigidus, & non calidus. Et tamen nunquam fuiſti calidus ſimul & non calidus. Quia non pro eodem inſtanti. Similiter. Immediate ante hoc tu fuiſti albus. Et immediate ante hoc tu non fuiſti albus. Prior patet. Poſterior probatur. Quia quandocunque tu fuiſti niger, tunc tu non fuiſti albus. Sed immediate ante hoc tu fuiſti niger per caſum poſitum. Igitur immediate ante hoc tu non fuiſti albus. Secundum ſophiſma. Immediate poſt hoc erit inſtans. Quod tamen non immediate poſt hoc erit. Prior pars probatur per exponentes. Quia protinus poſt hoc erit inſtans. Poſterior uero patet. Quia nullum inſtans eſt immediatum inſtanti. Quando igitur ipſa dictio (immediate) ſumitur pro eo quod eſt illico aut protinus, contradictio poteſt uerificari. Quando autem pro eo quod ſine medio, tunc nec [illegible]. Ex dictis ſequitur quod immediate poſt hoc erit aliquid, quod immediate poſt hoc non erit. Tertium ſophiſma. Immediate poſt hoc aliquam partem Pontis pertranſibis. Et tamen nullam partem immediate ipſius pontis tranſibis. Quod quidem patet ex ſuperius declaratis. P. Hoc aduerbium (Semper) uarie ſumi accepi.

**Quo pacto exponuntur orationes in quibus ponitur haec dictio ſemper. Et de Sophiſmatibus quae inde oriuntur. B. Cap. XXXIIII.**

SEmper. Interdum ſumitur abſolute pro omni tempore. Vt ſemper Deus eſt. Hoc eſt in omni tempore, uel potius in aeternitate omnia tempora complectente. Interdum accipitur ſecundum determinationem uerbi pro omni tempore tali. Vt praeterito ſeu futuro. P. Videtur nunquam poſſe accipi abſolute cum additione uerbi. Omne quippe uerbum alicuius temporis eſt. Et ita iunctum illi determinabit ipſum ad illud tempus. Omni tempore eſt. Omni tempore fuit. Omni tempore erit. Sicut duae poſteriores determinant tempora ſua. Ita illa prima tempus ſuum praeſens appellat ac ſpecificat. Be. Vni Deo competit eſſe in omni tempore, quia ſua aeternitate complectitur omnia tempora

III[illegible]

Quæ non ſunt cõplectibĩ ne mo. Sed preterita & futura non ſunt. Ergo. Eternitas illa non complectitur. Re. Complectitur quantum exiſe eſt. Si. n. illa exiſterent omnia: Et illa eis omnibus coexiſteret. Equiualet certo ipſa æternitas cunctis temporibus: Sicut infinitas omnibus locis et poſſibilibus. Sed de hoc alias. P. Exponatur. Re. Semper Deus eſt. Deus aliquod tẽpus complectitur. Et nullum tempus concipitur quin illud com pleƈtatur Deus. Item ſic. Semper Deus eſt. Aliquo tempori coexiſtit Deus. Et nullum unquã tempus eſt quin illi coexiſtat Deus: Semper fuit aliquid. Aliquando fuit aliquid. Vel aliquo tempore preterito fuit aliquid. Et nullum tps preterijt quin in illo fuerit ali quid. Semper erit aliquid. Aliquando erit aliquid. Vel aliquo tempore futuro erit aliqd. Et nullum tempus futurum adueniet quin in illo erit aliquid. Nunquã opponitur ei quod eſt ſemper. Et accipitur eodẽ modo bifariam. Nunquã Chimera eſt. Aliquã Chimera non eſt. Nullum unquã tempus eſt in quo Chimera ſit. Nunquã Antichriſtus fuit. Aliquãdo Antichriſtus non fuit. Et Nullum tempus preterijt in quo ille fuerit. Nunquã Caeſar erit. Aliquando Caeſar non erit. Nullum tempus adueniet in quo Caeſar erit. P. Non ſemper fuit. Non ſemper erit aliquid: quem ſenſum faciunt: B. Hunc inquã. Omni tempore non fuit. Omni tempore non erit. Quare duplex ſenſus. Vnus eſt. Aliquando fuit et Aliquã non fuit. Aliquã erit: Aliquã non erit. Alter uero eſt. Nunquã fuit. Nũquã erit. Non ergo eodẽ modo exponitur cũ negatione ſequenti ſicut ſine negatiõe: ut quidã ſomniabant. P. Dic aliquã ſophiſmata. B. Primũ ſit tale. Sẽper fuit aliquid quod nõ ſemper fuit. Sẽper quoque fuit aliqua dies. Nulla tñ dies fuit ſemper. Prior probatur. Aliquã fuit aliquid quod nõ ſemper fuit. Et nullum tempus preterijt quin in illo fuerit aliquid quod non ſemper fuit. Sic patet poſterior. Nullum. n. tempus preterijt quin in eo fuerit aliqua dies. Accipiendo diem naturalem ab ortu ſolis uſque ad ortum. Vel pro ſpatio uigintiquattuor horarum. Et tñ nulla dies fuit ſemper. Quia neque hæc. Nec illa. Secundum uõ ſimile. Semper fuit. Et ſemper erit aliquis homo. qui ſemper non erit. Item nullus homo ſemper erit. Vel dicito Bos. Aut Equus. Tertium. Semper eſt hoc inſtans preſens. Probatur. Aliquã eſt hoc inſtans preſens. Et non eſt aliquã quin non ſit hoc inſtans preſens. Vera eſt ſi inſtantia [illegible] poſuerimus in toto tpe. Sed ſi uis ſophiſma uerũ eſſe ponendo infinita inſtantia. ſic illud forma. Semper eſt aliqđ inſtans pñs. Nã hoc inſtans poteſt cõſundi. Nec ſemper ipſum idem eſt preſens. ſed ſemper aliud & aliud. Quartum. Quicquid uiuit ſemper eſt. Et ſimiliter. Oẽ quod mouet. ſemper ſe habet eodẽ modo. Quãuis non ſemper ſe habuerit. aut habebit eodẽ modo. Si. n. dictio ſemper determinet ipſum uerbũ uiuit. aut mouet Oratio eſt uera. Qđ nãque ſemper uiuit ipſum certo eſt. Et quod ſemper mouetur [illegible] tranſmutet continue. eodem tñ modo ſe habet quia ſub motu & nõ [illegible]. Quintum. Quãuis ſemper Deus ſit. Ipſe tñ aliquã non fuit. et aliquã non erit. [illegible] in tempore preſenti & futuro non fuit. Et in tpe preſenti & preterito non erit. Sic & aliquã Deus non eſt. quia in tempore preterito & futuro nõ eſt. Hæc ergo: Semper Deus fuit. Accipiendo pro omni tempore abſolute. eſt falſa. Quia deſignat Deum in tẽpore preſenti & futuro fuiſſe. Similiter & hæc. Semper Deus eſt. prout eſt: Denotat tẽpus preſens diſtinctum a preterito & futuro. Deus. n. non eſt in tpe preterito. Exponendo

tamen

tamen, uel copula, eſt uera. Omnia tempora complectitur: Et nullum tempus exiſtit: quin illi coexiſtat Deus: Et preteritum, preſens, ac futurum, ſunt preſentie accidentales temporis. Idem namque tempus numero, concipitur ut preſens, ut futuram, & ut preteritum: Pe. Quis ſenſus huius. Tu ſemper mecum es: Be. Is inquam. Aliquo tempore mecum es: Et nullum tempus ſit mihi preſens: quin in illo tu ſis mecum. Verum ſententia illa ſub intelligebat ſtabilitatem beniuolentiæ & amicitiæ diuturnitatem. Cætera ex te percipies.

## Quomodo exponantur orationes cum dictione ab æterno: Et de Sophiſmatibus. P. Cap. XXXV.

AB æterno, accepi. Interdum ſumi nominaliter, uel (ut alii aiunt) cathegorematice. Interdum (ut aiunt) aduerbialiter, ſeu ſyncathegorematice. Et priori modo reſoluitur. Poſteriori autem exponitur. Quid tu ſentis: Be. Facile id, Sicque exponitur. Ab æterno fuit Deus. Ante aliquod tempus finitum fuit Deus. Et Nullum eſt uel fuit tempus finitum, quin ante id fuerit Deus: Vel, Et non eſt accipere aliquam partem temporis preteriti quin ante illam fuerit Deus. Ab æterno fuit Deus. Fuit aliquando, & ſui fuiſſe non eſt initium. Ab æterno, ſeu æternaliter erit Deus. Poſt aliquod futurum finitum erit Deus. Et nullum futurum finitum erit quin ulterius erit. Ab æterno Anima noſtra non fuit. Ante aliquod tempus Anima noſtra non fuit: Et Eſt uel fuit aliquod tempus finitum, Ante quod ipſa non fuit. Ab æterno, ſeu æternaliter aliqua roſa non erit. Poſt aliquod tempus aliqua roſa non erit. Et eſt uel erit tempus finitum, poſt quod illa non erit. Et cetera ſufficere uidentur. Non ergo exponitur conſimiliter cum negatione ſequente, Cum negatione antecedente. Verum non ab æterno aliquid fuit. Probatur per contradictorium: P. Sophiſmata hinc tale colligo. Ab æterno eſt omne creatum. Et tamen nullum creatum eſt ab æterno. Quid ad hæc reſpondes? Prior patet. Quia a Deo æterno eſt omnis creatura. Similiter ab æterno aliquid erit. Quod tamen non æternaliter erit. Eodem modo tenendo mundi æternitatem hæc erit uera: Ab æterno, ſeu æternaliter fuit aliquid quod non ab æterno, aut æternaliter fuit: Patet exponendo. Similiter, Eternaliter erit aliquis equus. Qui tamen non æternaliter [illegible]. Imo nullus equus æternaliter erit: Be. Multa eſſent his conſimilia afferenda, quæ breuibus pertranſimus quia ſciuntur ex grammatica (Velut) fulgebunt iuſti in æternum. Neque tamen in æternum fulgebunt. Quia non continue [illegible]. Et cantabunt in æternum id eſt ſine fine. Neque tamen in ipſam [illegible]. Similiter, Mali plorabunt perpetuo quia nunquam deſiſtent. Nec tamen perpetuo [illegible] plorabunt ad gloriam perpetuam Dei: Sed hæc ſunt captiones [illegible]. Eodem modo, Ab initio creata eſt ſapientia ſeu Angelica natura: Neque tamen ab initio: Hoc eſt ab ipſo principio temporis eſt creata. Et tamen,

[illegible] creatum eſt [illegible] ab illo qui eſt principium omnium creaturarum. Si militer. Diabolus ab initio malus fuit. Neq; tamen ab initio. Quia neq; a principio [illegible] poris factus eſt [illegible] Neq; a principio illo qui eſt Deus. P. Dua [illegible] exponenda. Neceſſarium & contingens.

## Expoſitiones orationum in quibus ponuntur Neceſſarium & contingens. Et de ſophiſmatibus inde prouenientibus. B. Cap. XXXVI.

Neceſſarium & contingens [illegible] nunc reſolubiliter: Ut Deus eſt neceſſarium. Et [illegible] eſt contingens. Nunc [illegible] biliter. Ut neceſſarium eſt Deum eſſe: Et contingens eſt hominem diſputare. Neceſſario autem & contingenter ſunt aduerbia. Et debent exponi. Neceſſario Deus eſt. Deus eſt. Et Nequit eſſe quin Deus [illegible] Neceſſario aliquid fuit. Aliquid fuit. Et Non potuit eſſe quin [illegible] Neceſſario aliquid erit. Aliquid erit. Et Non poteſt eſſe quin aliquid ſit futurum [illegible] Neceſſario uacuum non eſt. Uacuum non eſt. Et Nequit eſſe [illegible] enim trina dimenſio ſine corpore uel duo corpora [illegible] Neceſſario Chimera non erit. Chimera non erit. Et Nequit eſſe [illegible] Chimera [illegible] futura. Vel & nequit Chimera fore. P. [illegible] probat. B. [illegible] neceſſario aliquid eſt. Probatur per [illegible] contradictorium. P. [illegible] ſophiſmata [illegible] B. Sophiſmata ſunt hæc. Neceſſario aliquid eſt quod contingenter [illegible] Probatur. Aliquid eſt quod contingenter [illegible] Et nequit eſſe [illegible] quin aliquid ſit quod contingenter [illegible] Neceſſario [illegible] agit. Quod tamen [illegible] neceſſario [illegible] contingenter agit. Prior patet. Quia Deo [illegible] neceſſarium [illegible] agit. Item. Neceſſario [illegible] a peccatis [illegible] Deo qui eſt ens neceſſarium [illegible] Neq; tamen [illegible] neceſſario, ſed contingenter. Deinde: Tu neceſſario loqueris uel non loqueris. Neq; tamen neceſſario loqueris: Neq; neceſſario non loqueris. [illegible] expoſitiones [illegible] exponantur illas de contingenti. Contingenter Galienus diſputat. Galienus diſputat. Et poteſt eſſe [illegible] non diſputet uel [illegible] Et poſſet non [illegible] diſputare. Contingenter Antichriſtus non eſt. Antichriſtus non eſt. Et poſſet eſſe [illegible] Contingenter aliquis non ſaluabitur. Aliquis non ſaluabitur. Et poſſet eſſe [illegible] R. Contradictoria quam probatur [illegible] Non contingenter aliquid eſt uel fuit uel erit. Probatur per contradictorium [illegible] ſophiſmata. B. Accipe primum: Contingenter tu diſputas. Quia tamen [illegible] neceſſario [illegible] diſputes uel non diſputes. Item: Contingenter Deus fuit in [illegible] Tamen [illegible] Deus neceſſario fuit. Prior patet. Quia [illegible] eſſe [illegible] non fuiſſet. Poſterior [illegible] reſoluendo. Quia hoc [illegible] neceſſario fuit. Et hoc eſt Deus [illegible] Quia homo contingenter eſt. Quia [illegible] neceſſario [illegible] Prior [illegible] uniuerſalem affirmatiuam. Nihil [illegible] eſt homo [illegible] contingenter. Poſterior autem probatur ut prius [illegible] homo eſt. Et nequit eſſe quin [illegible] homo ſit. [illegible]

ceſſario aliquis homo ſemper ſit, illi quot quot fuerint complentes uniuerſitatem ſic nu
numero etiam ſi duo ſolum, aut unus eſſet. Sicut igitur hæc eſt uera Neceſſario. Aliquis
homo eſt, qui contingenter eſt. Sic & hæc. Neceſſario omnis hõ eſt, quo quilibet cõ
tingenter eſt. Et hoc preſertim ſi fiat reſtrictio ad preſentes. De quo alias. Item quamuis
neceſſe ſit te fuiſſe, tu tamen contingenter fuiſti. Prior patet officiando. Poſterior expo
nendo. Denique quamuis poſſit eſſe ut Antichriſtus ſit homo, qui eſt, tamen Anti
chriſtus non poteſt eſſe homo qui eſt. Prior patet officiando. Hæc.n. eſt poſſibilis An
tichriſtus eſt homo, qui eſt. Quæ adequate ſignificat Antichriſtum eſſe hominem,
qui ſit. Poſterior autem poteſt reſolui Sic. Antichriſtus non poteſt eſſe hoc (oſtenſo
Platone) Et hoc eſt homo qui eſt. Igitur nõ poteſt eſſe homo qui eſt. Poteſt etiam ſic
probari. Nam detur illius negatiuæ oppoſitum. ut Antichriſtus poteſt eſſe homo qui
eſt. Igitur Antichriſtus põt eſſe homo, & ille eſt. Conſequens eſt falſum, & conſequẽtia.
Quia relatiuum qui, quæ, quod reſoluit in ille, illa, illud. Vt patet alibi. Pe. Vnum ſo
phiſma ſub Iudice eſt. Anima tua neceſſario eſt. Et tamen contingenter anima tua eſt.
Prior pars ſecundum alios reſoluitur. quia hoc neceſſario eſt. Et hoc eſt aĩa tua. Prior
reſoluens exponitur. Hoc eſt aĩa tua ipſa demonſtrata. Et non poteſt eſſe, ut hoc non ſit.
Vel Et hoc nõ poteſt non eſſe. Igitur eſt neceſſario. Poſterior autem exponitur Sic. Aĩa
tua eſt. Et poteſt eſſe, ut non anima tua ſit. Vbi uides hanc poſteriorem exponentem,
Videlicet. Et poteſt eſſe, ut non anima tua ſit: Repugnare poſteriori exponenti prioris
partis ſophiſmatis: Videlicet. Et hoc non poteſt non eſſe. Et altercantur circa hoc plu
rimi: B. Parui momenti altercatio: Nec tamen Mingus uir alias preſtantiſſimus tibi ui
detur ſatisfeciſſe. Dicimus priorem ſophiſmatis partem falſam eẽ, Niſi neceſſario ibi ac
cipiatur nominaliter in caſu Ablatiuo. Nulla enim creatura eſt neceſſario, Prout neceſ
ſario, eſt Aduerbium. Accipiendo igitur in caſu illo, Oratio eſt uera: Nec prior reſoluẽs
illo modo exponitur. Sed iterum reſoluitur, Sic. Hoc ideſt Anima eſt ab hoc (oſtenſo
Deo) Et hoc ẽ neceſſarium. Igitur hoc eſt neceſſario: ideſt a neceſſario. Poſterior pars
ſophiſmatis exponendo eſt uera. Quia anima tua eſt. Et poteſt eſſe, ut Anima tua nõ
ſit. Enimuero Autor ſophiſmatis alio ſenſu uidetur ſophiſma accipere. Priorem quidẽ
partem accipit ut prius dictum eſt, tenens animam eſſe incorruptibilem: & non poſ
ſe non eſſe naturaliter. Poſteriorem autem ſophiſmatis partem ita ueram facit. Quia
& ſi Anima quæ tua eſt non poſſit non eſſe. Ipſa tamen non tua poteſt eſſe. Quia tu
potes non eſſe. Quo conceſſo, iam Anima non erit tua. Aliquando ergo Anima tua
non erit Anima tua. Et ſemper Anima tua erit, Nec tamen ſemper Anima tua erit: P.
Omnia preclare enucleas. B. Habes ecce omnes terminorum probationes: Diximus
profecto Logicam eſſe ſcientiam docentem ſecernere uerum a falſo. Quod quidem ſit
prædictis modis fieri poteſt. Notando enunciationes, & eorum terminos. Et quando
plures termini in eadem oratione occurrunt. incipiendum eſt a potioribus. Hoc eſt ab
his a quibus oratio ſumit denominationem, Vt a quibus dicitur quanta, nõ quanta, mo
dalis, de ineſſe, ꝑticularis, uniuerſalis. Vñ hæc, Aliquid, calidũ incipit eẽ: Quia uocatur ꝑti
cularis, reſoluẽda primum eſt. Hæc aũt, Incipit aliquid eſſe calidum, Probanda eſt per

causa sue ueritatis. Quam probationem plurimi posuerunt sub expositione. Probata [illegible] enunciatione ratione primi termini poteris eam probare ratione alterius si qui fuerit. Nec per saltus licet ad ueritatis apicem & dignitatem pertingere. Vide igitur quae enunciatio proponitur. Si immediata, illa tunc aliquo supradictorum modorum probabitur. Si [illegible] Consideratur si sit cathegorica aut hyppotetica. Si cathegorica, prospice si resolubilis sit per exponibilia. Et ita deinceps. Si hyppotetica, an cathegorice uel hyppotetice probanda. Si cathegorice tunc aliquo supradicto probabitur modo. Sicut haec: Necessario Calias currit. Vel Calias non currit. Exponitur ut paulo superius ostensum est. Haec autem: Necesse est terram moueri, si [illegible] officia [illegible]. Si hyppotetice, [illegible] de ipsis. Si .n. habuerit ea quae requiruntur ad ipsius ueritatem, uera est. Si non, erit falsa. Omnis quoque enunciatio potest probari per suam contradictoriam etiam immediata. Similiter & per significationem primariam & adequatam probantur omnes cathegoricae. Quod autem illud ita sit probari potest per causam a priori. Vel per effectum a posteriori. Vel per aliquod signum. Vel si ipsa fuerit euidens. Vel sunt significata primorum principiorum. De quolibet ente cuiuslibet contradictionis est altera pars uera & altera falsa. Et de nullo ente est simul utraque pars uera. Et significata communium animi conceptionum. Vt si ab aequalibus aequalia demas, remanentia sunt aequalia. Quae autem manifesta negat is tamquam ad omnes scientias impotens omni e scola est reiciendus. His in speculis. Omnem orationis ueritatem facillime iudicabis. Et si in prima quaestione omnes [illegible] inuestigationes direxeris [illegible] laborum tuorum mercedem suscipies. Quam nobis ueritatem ille concedat Deus.

Incipit tractatus de obligationibus. Et primum de diffinitione & speciebus earum.

P. Multa de obligationibus & de insolubilibus iuniores afferunt. B. Cap. I.


Bligatio est alicuius enunciationis ab opponente positae aut depositae. Ab ipso uero respondente admissae firma defensio. Vel potius est modus intelligendi eorum illud. P. Quomodo proponitur. B. Pono tibi hanc. Tu es Rex. Hoc est. Obligo te ut eam pro uera habeas & nullatenus neges. Similiter Depono illam. Tu es Rex. Depono. Hoc est eam pro uera non teneas. Vt quam semper neges & oppositam eius [illegible] teneas. Et illico ut dixeris admitto, eris obligatus ad sustinendum illam tamquam ueram aut falsam secundum quod ponitur uel deponitur toto tempore obligationis. P. Quantum id tempus durabit. B. Quoadusque opponens obligans dicit cedat tempus obligationis aut sese ad aliam rem transferat. Cessare igitur potest tempus obligationis expresse si dixerit Cedat tempus obligationis & tacite si ad alia sermo eius transeat. P. Quidam contractus est iste & in eo tria concurrere uidentur. Obligans. Qui obligat. Et id ad quod obligat. [illegible] Obligatum. B. [illegible] Obligatum [illegible] enunciatio sustinenda.

Obligator q poſuit aut depoſuit. Obligatus [illegible] admiſit. Obligatio aũt actiua actus e[illegible] obligãtis. Et paſſiua eſt actus ipſius obligati & admittẽtis: Actus preterea obligãtis [illegible] his uerbis. Pono & depono. Illius uero q obligat hoc uerbo admitto & [illegible] dici ſolẽt ſigna obligationis. i. utriuſq tã actiue q paſſiue. P. Due ſunt [illegible] ligatiõis: Poſitio & depoſitio: R. Poſitio ẽ modus intelligẽdi enũciationẽ poſi[illegible] ſſam. Depoſitio aũt depoſitã ſibi & admiſſam. P. Da regulas poſitiõis: R. [illegible] Oẽ poſſibile ſibi ñ notũ ẽ ta[illegible] ponit ẽ admittendũ. Admiſſum aũt quodcũ [illegible] ſra tp̃s obligationis ẽ cõcedendũ. Sc̃da. Oẽ ſequẽs neceſſario ex admiſſo & cõceſſo [illegible] in eadẽ diſputatiõe cõcedendũ. Vt cõceſſo aliquẽ currere opz cõcedere ipm moueri. [illegible] cõceſſis maiori & minori boni ſyllogiſmi concedenda eſt cõcluſio. Tertia regula: Oẽ repu gnãs poſito & cõceſſo et ſi uerũ fuerit ẽ negandũ: ne cõtradictoria ſimul concordantur. Quarta regula. Oẽ ſequẽs nõ ſolũ ex poſito: ſz et ex cõtradictorio illius qd recte nega [illegible] (et ſi falſum ſit) concedendũ. Oẽ aũt repugnãs ẽ negandũ. Quinta regula. Ad impertinẽs ppoſitũ rñdeto put illud iudicaueris eẽ. Si uerũ cõcedẽdo. Si fal ſum negãdo. Si dubiũ dubitãdo. P. Quid impertinẽs appellas: R. Qd nec ſequit [illegible] ex admiſſo & cõceſſo nec illi repugnat. Ptinẽs aũt id qd ſequit aut repugnat. P. Ami [illegible] & inimici attinẽt ad nos. [illegible] impertinẽtes aut nõ attinẽtes: R. Sexta regula [illegible] impoſſibile abſolute ſequitur impoſſibile. Nunq̃ [illegible] neceſſariũ abſolute repu gnat [illegible] ob admiſſionẽ & cõceſſionẽ poſſibilis. Nunq̃ impoſſibile ẽ tale cõcedẽ [illegible] aut neceſſariũ negandũ. P. Cur dicis impoſſibile & neceſſariũ abſolute: R. Quia [illegible] poſſibile [illegible] ut [illegible] Et neceſſariũ [illegible] fuiſſe. Deũ aũt nõ [illegible] & hoĩem nõ eẽ aĩal impoſſibile abſolute. Deũ uero eẽ & hoĩem aĩal neceſſariũ abſo lute. Priora illa [illegible] qd poſt negari & cõcedi licite & ſeq. Poſteriora minime. Septima regula. Qualibet pte copulatiue & una pte diſiũctiue cõceſſa tota [illegible] [illegible] Quia ad ueritatẽ copulatiue [illegible] uerã. Diſiũctiue uero una eẽ uerã [illegible] alteri [illegible] falſam. [illegible] illã eẽ falſam. De quibus aliqs di [illegible] R. Multa negare cõtingit [illegible] Et cõcedere nõ cõcedẽda ſed negãda. Et nõ dubitare dubitãda: R. Illa [illegible] negãda ſunt. Et q̃ [illegible] cõcedẽda rõe obligationis [illegible] Sũt ergo [illegible] cõcedẽda. Alia uero negãda [illegible] & dubitãda. Cõcedũ [illegible] cõcedebam [illegible] falſum [illegible] quẽ nõ [illegible] Sp id cõcedã i ea diſputatiõe. S [illegible] de illo ambigã: Et ſic dubitãdũ [illegible] cõcedẽdũ [illegible] P. Quidã aũt illa poſitionẽ [illegible] & participialẽ: Et illa nõ [illegible] cedẽda in õibus participiali [illegible] Forſan [illegible] Sed [illegible] iam acc[illegible]piſti. Sequitur [illegible] ordinẽ [illegible] obligatione. Admiſſo [illegible] ut oẽs hõ ſit Romae: Si ſupponat poſt illud ſtatim Catonẽ eẽ hoĩem [illegible] Catonẽ eẽ Romae. Ad priorẽ rñdẽdũ [illegible] ad impertinẽs uerũ. Ad poſteriorẽ aũt [illegible] ad impertinẽs falſum. Sed ſi poſterior cõceſſa prio [illegible] ſupponat: iã nõ [illegible] tãq ſequẽs ex poſito & cõceſſo. Si uero prior ppõnat poſt illã [illegible] negãda tãq repugnãs bñ cõceſſis. Vñ ſequunt neceſſario: Oĩs hõ ẽ Romae. Cato eſt hõ. Igit Cato ẽ Romae. Siliter. Oĩs hõ ẽ Romae. Sed Cato nõ ẽ Romae. Igit Cato nõ ẽ hõ.

Ponuntur nonnulle obiectiones contra primam regulã & ſoluuntur. P. Cap. II.

QVo exercitatione prolixiore acuamur [illegible] arguo primo cõtra primam regulam. Sic. Pono aliquod poſitum [illegible] nõ eſſe abs te admittendum. Hoc certo admittendum eſt. Poſſet. n. impoſſibile abſolute alicui poſitum eſſe quod admittendum non eſt. B. Admittendum eſt ut inquis. P. Cõtra. Aliquod poſitum nõ eſt admittendum. Et nihil eſt poſitum niſi poſſibile. Igitur aliquod poſſibile nõ eſt admittendũ. Maior eſt admiſſa. Minor autẽ eſt uera & non repugnans. B. Immo haec minor repugnat maiori. Haec. n. repugnat. Aliqd' poſitum non eſt admittendum. Et nihil eſt poſitum niſi poſſibile. P. Quae nõ differunt ſimul non repugnant. Sed iſtae duae non differunt ſimul quia maior intelligit aliquod poſitum [illegible] alicui non eſt admittendum [illegible]. Minor uero quod nunc nihil eſt poſitum niſi poſſibile. B. Pono aliquid [illegible] ipſum poſitum nõ eſt a te admittendum. Hoc debes admittere tunc [illegible] poſſibile. Adde nunc. Sed nihil tibi nunc eſt poſitum niſi poſſibile. Ecce repugnant. [illegible] uera repugnat tñ maiori admiſſae. Iccirco negas. Nec oportet quaerere [illegible] tibi [illegible] poſitum qd' abs te nõ ſit admittendum. Quia nil tale [illegible] eſt tibi poſitum [illegible] poſſibile ſolum eſt ut eſſet poſitum. P. Si ita [illegible]. Pono tibi aliqd' poſitum [illegible] a te admittendum & nihil eſt tibi poſitum niſi poſſibile. B. Quia [illegible] poſſibilis non admitto. P. Cur impoſſibile non ſit admittendum [illegible] contingens. B. Forſan quia ceſſaret exercitatio cuius gratia [illegible]. Impoſſibili enim conceſſo illico omne aliud eſſet concedendum. [illegible] & aeque impoſſibile [illegible] impoſſibili non [illegible]. De quo alias diximus. P. Faciam ſic. Pono tibi oẽ poſſibile. Si non admittis contra regulam agis. Si admittis. Propono. Tu es. Et propono. Tu nõ es. Deinde ſimul propono. Tu es. Et tu nõ es. Oportebit [illegible]. Quia in copulatiua [illegible] quaelibet pars eſt concedenda. Et ipſa eſt concedenda. Non ergo eſt oẽ poſſibile admittendum [illegible] ex aliquo admiſſo ſequatur impoſſibile. B. [illegible] admittere niſi ponatur [illegible] a poſſibili. Puta [illegible] talis. Tu curris. Tu es [illegible]. [illegible] admitterem ſi dicerem. Pono tibi [illegible]. Aut pono tibi poſſibile. P. [illegible] oẽ poſſibile eſſe admittendum [illegible]. Non enim admittendum eſſe oẽ poſſibile copulatim uel diſiunctim. Sic ut ſupponas. Si enim concederemus & admitteremus oẽ poſſibile non deberemus [illegible] concedere illam copulatiuam [illegible] quia illa eſt impoſſibilis. Nec ſequitur ex conceſſione duorum poſſibilium [illegible] ſimul. Quia illa & ſi ſint poſſibilia [illegible] ſunt incompoſſibilia. Sed ſic fallacia [illegible] eſt. Et adiunctis ad talia [illegible] conſequentia nõ tenet. Quamquam [illegible] ponere [illegible] niſi poſſibile cũ interdum cauſa [illegible] aliquam ueritatẽ põt poni impoſſibile [illegible] poſſibile: Sicut ut ſciamus an uacuum [illegible] ponimus aliquando [illegible] & ponimus corpus aere & igne ſubtilius & cubum ab omni materia ſenſibili ſeparatum ut uideamus utrum ipſe [illegible] occupandi locum an materia ſenſibilis. Et ponimus [illegible] remouendo oĩa alia ut oſtendamus ipſum [illegible] correlatiuum dominii.

Obiectiones [illegible] Similiter & obiectiones co͂tra tertiam regulam soluuntur P. Cap. III.

[illegible] secundam particulam [illegible] quidam [illegible] Deinde [illegible] est homo [illegible] Contra [illegible] Ergo [illegible] est homo. B. Ergo [illegible]

[illegible]

Diluuntur ea quae [illegible] Cap. III.

C Ontra quartã regulã. Pono. Tu es Romae. Et admiſſo. Propono: Tu es Romae & tu non es Papa. B. Aiunt hoc tãquã impertinẽs falſum eẽ negãdũ. P. Cõtra hoc ppono ita: Tu es Papa. [illegible] ergo: P. Ergo cõtra regulã negas id quod ſequitur ex poſito [illegible] oppoſito bñ negato. B. Nego id ex illo ſequi. P. Nã ex partibus cõtradictorijs illius copulatiuae faciã [illegible] diſiũctiuã. Sic. Tu nõ es Romae uel Tu es Papa. Sed ex poſito Tu es Romae. Igitur Tu es Papa. B. Sic poſſem inferre oẽ aliud falſum poſt poſitũ [illegible] eẽ boue & alia [illegible] Proponã. n. ſtatim poſt hãc copulatiuam. Tu es Romae. Et Tu [illegible] bos. Poſtmodũ pponã: Tu es bos. [illegible] oppoſitã [illegible] pñs. P. Cõcedãt oẽ falſum [illegible] pꝛopoſitã poſt illã copulatiuã eſt pertinẽs ſequẽs & ita cõcedendũ [illegible] ſequi. Vñ hãc copulatiuã ſtatim ppoſitã: Tu es Romae. Et Tu [illegible] es bos [illegible] pertinẽs ſequẽs. Nã ex priori parte copulatiuae ſequitur [illegible] Tu es [illegible] Ergo Tu es [illegible] Et ſi Tu. Igitur iſte hõ. Et hõ. Ergo nõ bos. B. Sicut copulatiua [illegible] & ſequentẽ. Ita illã: Tu es Romae. Et tu non es Papa [illegible] utraq parte. Priori quidẽ p caſum. Alteri uero re ipſa. [illegible] gata ẽt copulatiua illa nõ ſequitur ex illa. Ergo Tu es Papa. Et quod [illegible] ſequi [illegible] diſiunctiua. Cõcedatur prius. Q uum infers illud ſequi ex oppoſito [illegible] Nego illã diſiunctiuã eſſe [illegible] contradictoria illius copulatiuae. Nã utranq poſſibile eſt eſſe falſam. Q uod oſtẽdimus quãdo de Hypotheticis agebamus. P. Contra [illegible] eiuſdẽ regulae pono hãc diſiunctiuã. Tu legis. Vel R. exſedet. Deinde ppono. Nullus R. exſedet. Dubitabis de illa. Propono itẽ. Tu legis. Negabis tanquã impertinẽs falſum. Propono poſt haec. R. exſedet. Cõcedes. Q uia ſequitur ex poſito [illegible] bene negato. Nam tu legis. Vel R. exſedet. Sed tu non legis. Igitur R. exſedet. Propono poſtea. Nullus R. exſedet. Q uid facies tum? Prius [illegible] dubitaui. An [illegible] Sed nequeo. Q uia repugnat poſito & oppoſito bene negati. B. Licet prius dubitauerim [illegible] cõcedere uel negare. [illegible] prius ſit [illegible] poſtea. P. Si poſito aliquo ppõnerẽ. Tu hẽs utrãq manum clauſam. Et tu hẽres [illegible] cõcedendũ. Si eãdem ppõnã apertis tuis manibus [illegible] B. Aiunt negãdam eſſe. Q uia facta eſt mutatio ex parte rei. Sed ea dictis repugnant. Q uia [illegible] oppoſitũ bñ negati. Et eſt cõtra regulã quae dicit oẽs rñſiones eẽ ad idẽ inſtans retorquendas. Simili [illegible] ppõnatur Hic nũq uixit. Oſtenſo aliquo q ſubito naſceretur (Verũ eſt) & cõcedẽdũ. Et hoc nato [illegible] ppõnatur itẽ [illegible] cõcedendum [illegible] quis falſum ſit. Et aliquo modo impoſſibile. Pe. Placẽt iſta. Sed ſi oẽs rñſiones ſunt retorquẽdae ad idẽ inſtãs. Igitur prius dubitatũ nõ eſt poſtea nec cõcedẽdũ nec negãdũ. Q uia in eodẽ inſtãti nõ eſt prius nec poſterius. B. Dicamus ſic q cauendũ eſſet ab oĩ uariatione dũ diſputatur. Sed potiſſimũ ne cõtra poſitũ & admiſſum & ex eo ſequẽs aliqd rñdeamus. Q uare ſi oporteat cõtra poſitũ & ex eo ſequẽs aut cõtra impertinens cõceſſum rñdere. praeferendũ eſt illud

tã q̃ principale, huic tã q̃ acceſſorio [illegible] prius dubitaſſe nunc illud concedis, poteris negare te illud prius dubitaſſe. Q ñ ẽt ꝓponit aliquid tale poſſet dici [illegible] dicitur de aliquo impertinens poteris [illegible] concedendo vel negando [illegible] dubitando reſpondere. Sed ſi [illegible] [illegible] poſtq̃ dubitatum conceſſeris [illegible] [illegible] & concedere [illegible] Aut reſponſiones [illegible] [illegible] poteris prius dubitata [illegible] negata poſtea concede [illegible]

[illegible] Cap. V

[illegible] Contra quintam regulam ponitur: Tu es Romae. Et hoc ſit impertinens & admittatur quia nõ repugnat [illegible] [illegible] Tu es Romae [illegible] Ergo [illegible] Si [illegible] Ergo impertinens falſum cõcedis. Si negaueris Ergo ſequens [illegible] negabis [illegible] Negabo [illegible] copulatiua [illegible] pars copulatiuae [illegible] Nego [illegible] copulatiuam [illegible] mihi poſitam [illegible] Nã ſi utraq; ſit mihi poſita, nõ admitto, Quia impoſſibile eſt hãc eẽ a me admiſſã, & eã mi [illegible] impertinens [illegible] (quia ſequitur) ſed nõ eẽ cõcedendũ qđ ſequat, quia eẽt cõtra alterã ptẽ, & repugnaret: B. Ergo cõſequẽs [illegible] pars [illegible] copulatiue [illegible] poſſibilis [illegible] [illegible] quis poſſibile [illegible] exiſtẽte Romae [illegible] mihi impertinens [illegible] eſt poſſibile [illegible] impertinẽs [illegible] [illegible] Romae [illegible] nihil eſt tibi poſitũ. Nã [illegible] repugnantia [illegible] Tu es Romae [illegible] Tu es Romae [illegible] [illegible] non es obligatus B. Si ſola [illegible] Sed [illegible] implicationẽ cõtradictionis [illegible] Tu es Ro[illegible] [illegible] preſenti [illegible] Dicẽt [illegible] Nõne [illegible] eſt appellatiui temporis [illegible] Appello [illegible] Sed nullum inſtans eſt preſens niſi hoc. Igi[illegible] [illegible] quod eſt Romae [illegible] in hoc inſtanti B. Negat nõ eẽ aliud inſtans preſens q̃ hoc P. Quod eſt illud inſtans B. [illegible] conceden[illegible] eẽ aliud inſtãs q̃ hoc B. [illegible] eſt q̃ hoc. Igitur eſt hoc. Quo cõceſſo: Sequitur te eẽ Romae in hoc inſtanti. Nam ſequitur Tu es Romae. Igitur tempore preſenti. Et hoc inſtans preſens eſt, igitur es Romae in hoc inſtanti. P. Quid tu [illegible] B. Si quando pona[illegible] illa ponat ſolum tanq̃ poſſibilis pro aliquo preſenti, q pro nunc erit preſens. Tunc uidetur [illegible] proceſſiſſe. Si autẽ ponatur tanq̃ uera nunc & hoc tempore preſenti [illegible] Sic dicendum eſt aliter: P. Tu es Romae in hoc inſtanti poſſet demonſtrari aliud inſtans: ut preteritum B. Tunc eſſet omnino impertinens. Si tamen demonſtraret illud inſtans pro quo poſitum eſt Tu es Romae [illegible]

## Solutiones obiectionum: contra ſextam regulam. P. Cap. VI.

COntra ſextã regulã: Pono tibi hãc. Impoſſibile ſimplr̃ eſt tibi poſitum/ Et a ſte admiſſum. Hæc certo admittẽda: quia poſſibile eſt Te ut hoĩem currere. Tũc ꝑpono/ Impoſſibile/ ſimplr̃ eſt a ſte concedendũ. Negare nõ poteris/ quia ſequit̃. Et ſi cõcedis/ eſt cõtra regulã. Quia ꝑꝑ poſſibile poſitũ cõcedis impoſſibile ſimplr̃: B. Quidã dicũt ꝙ eſt cõcedendũ noialr̃ nõ participialr̃. Sꝫ hoc nihil eſt/ Nam in obligationibus pauca concedunt̃/ tamq̃ eſſent uera. Alii dicũt ꝙ ſi recte admittat̃ Nullomodo impoſſibile eſt concedendũ/ Secus ſi male admiſſum fuerit/ Vel forſan (ut dicamus Lucidius) illa eſt dicẽda impertinens. Nam non ſequit̃. Impoſſibile eſt a ſte admiſſum. Ergo impoſſibile eſt a ſte concedendũ. Quia nec eſt admittẽdum/ nec cõcedendũ umq̃ impoſſibile ſimplr̃. Quãuis ob ignorantiã interdum admittat̃ & cõcedat̃. Et ſic illa ẽ negãda tãq̃ impertinẽs falſa: P. Si ẽ admiſſum. Ergo concedendũ: B. Non oẽ admiſſum eſt concedendũ/ Quia impoſſibile admiſſum/ nõ eſt concedendum/ Sicut nec quum admittebat̃/ erat admittendum. Sed ſi poſuiſſet ꝙ impoſſibile abſolute eſſet a te admiſſum/ & conceſſum. & poſuiſſet impoſſibile eſſe a ſte conceſſum/ poteras concedere. Sed ſi ꝑponeret eſſe a ſte concedendum/ debes negare. Ecce non ſolum admiſſum: ſed etiam conceſſum/ non eſt concedendum.

## Ea quæ contra ſeptimam regulam ſoleat induci refellūtur. P. Cap. VII.

COntra ultimã regulã. Pono Oẽ uigilans eſſe bouem. Deinde ꝑpono hanc copulatiuam/ Oẽ uigilans eſt bos: Et tu es uigilans: B. Vis inferre me eẽ bouem/ Nego iſtam copulatiuam: P. Quælibet pars eius uera: B. Nõ illa poſterior: P. Ergo tu non uigilas: B. Non inq̃. Si n. uigilarem/ bouem me eſſe putares/ Si uerum ſit omne uigilans/ ut ſit bos: P. Parce preceptor humaniſſime. Be. Procede: Aſſueti ſumus huiuſmodi calũniis. P. Pono hanc/ Omnis homo currit. Deinde ꝑpono/ Tu es homo/ Et Tu curris. Prior pars eſt concedenda tãq̃ uera: Poſterior tamq̃ ſequens expoſito. Et tñ tota copulatiua eſt neganda/ tãq̃ falſa & impertinens: B. Negãt eam/ & dicunt neutrã partẽ eẽ concedendã: Quia prior repugnat. Nã ſi oĩs hõ currit/ Et tu non curris: quõ tu eris homo: Et minus cõcedenda eſt pars poſterior: Et ſic tota negãda: P. Superius dixeras hanc eẽ neceſſariã/ Tu es homo: quia tu es. Et tu es tu: & hic hõ. Igit̃ hõ: B. Si illa ſit neceſſaria tunc cõcedenda eſt/ & ipſa/ Et altera pars q̃ ſequit̃ neceſſario ex admiſſo & conceſſo. Nã ſi oĩs hõ currit: Et tu ſis hõ: Tu certo curris. Immo uidet̃ ꝙ ſubito/ ut admiſſum eſt oẽm hoĩem currere/ admiſſum ẽ te currere: Et hoc ſi terminus cõis diſtributus ſupponat ꝑ oĩbus ſuis iſerioribus cuiuſcũqꝫ tp̃is. Et ſic ẽt q̃ nõ ſunt dicunt̃ currere. Si aũt ſtet ꝑ preſentibus ſolũ & ꝑ exiſtentibus. tunc nõ ſequit̃/ Oĩs hõ currit: Ergo tu curris. niſi cũ debito medio: Videlicet/ Tu es hõ. Et hoc mediũ ibi poſitum uidet̃. Quia admiſſo: ut oĩs hõ currat/ Propoſitum eſt ſtatim te eẽ hoĩem Et te currere. Ex ꝑoriqꝫ p̃te copulatiuæ/ poſterior ſeq̃t̃. Quare uĩ ſyllogiſmus factus

## De altera ſpecie obligationis quæ depoſitio nuncupatur: P. Cap. VIII.

Nihil de altera ſpe q̄ depoſitio dr̄, adductū ē: Be. Facile illā accipies prioꝛ illa bn̄ intellecta. Cuius regulæ ponunt mō cōtrario. Oē nāq; depoſitū & admiſſum tpe obligationis eſt negandū. Et oē antecedēs ad illud (ſiue añcedat ipſū ſolū ſiue cū aliquo cōceſſo uel aliqbus cōceſſis) Vt ſi depoſita fuerit hæc. Tu moueris Nullatenus ē cōcedēda hæc. Tu curris. Quia ex illa ſequit depoſitū neceſſario. Silr depoſita iſta: Aliqs hō nō currit: Et ꝓpoſita. Tu nō curris. Atq; tāq̄ impertinēte uera conceſſa cōcedendū ē poſtea te nō eē hoīem. Quia ſequit Oīs hō currit. Tu nō curris. Ergo nō es hō. Maior fuit poſita. Nā q deponit unū cōtradictoriū ponit reliquū. Oē aūt illi repugnās & ſequēs ex repugnanti ē cōcedendū. Siue ſequat ex illo ſolo. Siue ex illo & aliquo cōceſſo uel aliqbus cōceſſis. Et oppoſito bn̄ negati uel ſequēs ex oppoſitis bn̄ negatoꝝ ſi plura eiuſmodi fuerint. Oē quoq; repugnans contradictorio depoſiti ē negandū: quia ipſius contradictoriū ē admiſſum. Siue repugnet illi ſolū illud. Siue cū aliquo cōceſſo uel oppoſito bn̄ negati: P. Quid de illo qd̓ ſequit ex depoſito: Be. At ad illud ſicut & ad impertinēs rñdendū eſt ſm ſui qualitatē. Vn̄ depoſita iſta Tu es albus. Et ꝓpoſita hac. Tu es coloratus cōcedēda ē. Quia & ſi admiſi te nō eē albū nō tñ admiſi te nō eē coloratū: P. Hic impertinēs ē oē qd̓ nō antecedit depoſitū nec ex illo (ut depoſitū ē) ſequit. Nec eidē repugnat nec ēt ſequit oppoſitū depoſiti aut illi repugnat uel ꝑ ſe ſolū uel aliis iūctū: B. Recte: P. Dixiſti ad oē ſequens rñdendū eē ſicut ad impertinēs. Et deinde cōceſſiſti nec antecedēs nec cōſequēs depoſiti eē impertinens. Quæ ſibi repugnare uidentur: B. Sequēs ex illa enūciatione q̄ deponit ē impertinēs. Vt ſequēs ex hac. Tu es albus Eſt impertinēs. Sed qd̓ ſequit ex depoſito ut depoſitum eſt, ſequit ex ipſius oppoſito. Quod certo nō eſt impertinēs. Si. n. deponit iſta. Tu es albus. Ponit iſta. Tu nō es albus. Ergo qd̓ ex eo ſequit concedendū ē. Si aūt aliqd ſequat neceſſario ex depoſito: tāq̄ ſibi ſr̄ uel cōuertibile cū illo negādū ē. Vt ſi depoſita iſta. Tu es albus Proponat Tu es affectus colore diſgregatiuo uiſus. Negādū ē tāq̄ cōuertibile cū depoſito.

## De certis modis deponendi. B. Cap. IX.

Depono hanc. Tu es hō uel Tu curris. Deinde ꝓpono Tu es hō & cōcedis eā tāq̄ uerā impertinentē. Iterū ꝓpono. Tu es hō uel Tu curris. Si negaueris: Ergo cōceſſo antecedente nō cōcedis cōſequens. Nā a pte diſiūctiuæ ad totā ē bona cōſequentia. Si cōceſſeris: Ergo depoſitū cōcedis: B. Nō cōcedis illā. Tu es hō, quia eſt antecedēs ad depoſitum & nō eſt impertinens: Vbi aduerte. Quotienſcūq; tibi deponit aliqua diſiūctiua. Et Deinde aliqua ipſius pars principalis ꝓponit nega eam. Quia ē antecedēs ad illā. Sed de hoc ſtatim. Nō ē ita de copulatiua Niſi illius una pars eēt neceſſaria altera cōtingēs. Tū. n. ſi ꝓponat illa cōtingēs, negāda ē. Nā ea cōceſſa tota copulatiua cōcedenda eēt: P. Depono hanc Cæſar nō ē albus. Vel Cæſar ē coloratus: Quia admiſſa quia utraq; pars ē cōtingens. Propono Cæſar ē co

loratus. Si concedis: Ergo antecedens ad depoſitum concedis. Si negas: Ergo negas
ſequens ex oppoſito depoſiti. Nam ſequit̃ Cæſar eſt albus: Et Cæſar non eſt coloratus
Ergo Cæſar eſt albus. Et ꝑ conſequens coloratus. Quid ergo: B. Non admittunt de
poſitum tāq̃ impoſſibile: P. Impoſſibile pōt aptiſſime deponi: B. Dicamus ergo depo
ſitum eſſe neceſſarium. Iccirco non admittendū. Quia copulatiua facta ex partibus cō
tradictoriis eſt impoſſibilis. Videlicet Cæſar eſt albus: & non eſt coloratus: Pe. Tu de
claraſti illa nō eſſe ꝓprie cōtradictoria: Et utraq; poſſe ſimul eſſe falſa. Nam hæc Cato
eſt homo: Et Cato nō ē aīal. Falſa. Et ea Cato nō eſt hō. Vel Cato eſt aīal preſertim
ſi (ut Boetius ait) hoc ſapiat diſiunctiua coniunctio, ut ea inter quæ diſiungit ſimul eē
(uera uidelicet) nō permittat. Qum ergo alteram ſolam dicat ueram, & utraq; ſit uera
tota falſa eſt. Et qum una nequit ſine altera eē uera, tota impoſſibilis eſt. Iccirco iſta Cæ
ſar nō eſt albus. Vel Cæſar eſt coloratus uidet̃ eſſe uera. Quia prior pars eſt uera, Po
ſterior falſa. Huius aūt. Tu nō es albus: qum ſis: Vel Tu es coloratus. Poſterior ē uera
Vtraq; tamen poſſibilis. Si ergo deponat̃ illa pōt admitti: B. Admiſſa illa diſiunctiua,
Si proponatur pars falſa eſt negāda. Nam ſequitur ex oppoſito depoſiti. Nam oppoſi
tum depoſiti eſt hoc. Non Cæſar non eſt albus: Vel Cæſar eſt coloratus. Hoc eſt. Nō
altera illarum uera altera falſa. Sed uel utraq; uera uel utraq; falſa. Ex hoc autem nō ſe
quitur partem falſam eſſe ueram. Si aūt ꝓponat̃ pars uera concedenda eſt. Nec illa erit
antecedens ad depoſitum ſecundum hanc uiam: Non. n. ſequit̃ Tu es homo: Ergo tu
es homo uel animal. Quia ex uero non ſequit̃ falſum. Illa uero diſiunctiua falſa eſt: Si
etiam loquamur de diſiunctiua more iuniorum adhuc illa non ſequitur ex oppoſito be
ne negati. Nam oppoſitum illius eſt hoc: Non altera illarum eſt uera. Ex quo nō ſequi
tur ut illa quam propoſuiſti ſit falſa: Quia ex confuſo tantum non ſequit̃ determinatum
Neutrum autem debes concedere, quia a parte talis diſiunctiuæ ad totam eſt bona con
ſequentia: B. Depono hanc. Aliqua enunciatio non eſt uera. Qua admiſſa propono.
Omnis enunciatio eſt uera, Cōcedenda certo. Quia latētes ſunt admiſſa. Tunc ſic. Oīs
enunciatio eſt uera. Sed illa depoſita eſt quædam enunciatio. Igitur illa erit uera: B. De
hoc in materia inſolubilium dicemus: Pe. Aggrediamur eam rem: & finem impona
mus huic operi.

## De inſolubilibus: Et primum quo pacto ueteres ſophiſtæ inſolubilia uocabant. Be. Cap. I.

ANtiquitus inſolubilia dicebant̃ quæcūq; fuiſſent inextricabilia
ſeu inexplicabilia Nō ſolum in orationibus: ſed ēt in argumēta
tionibus. Vt oīa argumenta Antiſtrephonta. Hoc ē reciproca.
Qum uidelicet argumentum propoſitum referri & coniuncti
in illum poteſt a quo dictū eſt. Et utrūq; pariter ualet, cuius rei
exemplum ponit̃ ab Aulo Gelio de quodam adoleſcente diuite
Euathlo nomine: qui cupidus cauſarum perorandi, ſeſe Pro
thagoræ acerrimo Sophiſtæ in diſciplinam dedit dimidium mer

preciiprius

pretii priuſq̃ diſceret: quantũ magiſter petiturus erat pſoluit. Reliquũ daturus: quom primo apud iudices oraſſet & uiciſſet. Edoctus tandẽ: cauſas nõ ſuſcipiebat. Vt forſan preceptoris ſui inſcitiã cõprobaret. Litẽ itaq; cũ eo cõteſtat apud iudices. Q tum in corã eũ ſic alloquit. Diſce Stultiſſime adoleſcẽs: ſiue p te pnũciatũ fuerit: ſiue cõtra te: utrõq; mõ fore ut reddas. Nã ſi cõtra te: merces mihi ex ſnia debit. Quia ego uicero. Si p te: ex pacto. Quia tu uiceris: Diſcipulus retorquet argumẽtũ in magiſtrũ: Diſce inquiẽs & tu magiſter ſapientiſſime utroq; mõ fieri ut nõ reddã. Nã ſi p me pnunciatũ fuerit nil tibi ex ſnia debebit. Quia ego uicero. Si cõtra me: nil tibi ex pacto debebo: Quia nõ uicero: Hoc tamẽ inexplicabile Iudices inindicatũ reliquerũt. Nã utrouis mõ ſnia lata fuiſſet: ipſa ſeipſam reſcindiſſet & deſtruxiſſet. Nã ſi p magiſtro: Diſcipulus eẽt obligatus ex ſnia: & abſolutus ex pacto. Et ita obligatus & nõ obligatus: Abſolutus & nõ abſolutus. Si uero p diſcipulo. Itẽ ſequeret ipm eẽ abſolutũ & nõ abſolutũ: Nõ obligatũ & obligatũ. Et ita illa ſnia reſcindit ſeipſam & deſtruit. Si.n. abſoluit: ligat. Si ligat: abſoluit. Exiſtimarũt qdã rõnẽ Biantis de nõ ducẽda uxore cõuerti & reciprocari poſſe. Qua ſic rõcinabat. Si duxeris pulchrã: habebis cõem. Si turpẽ: hẽbis pœnã. Quorũ utrũq; ẽ fugiendũ. Nõ igit ducẽda uxor. Cõuertunt ſic. Si formoſam duxero: nõ hẽbo pœnã. Si deformẽ: nõ habebo cõem. Et ſic euadere uidebant utrũq; incõmodũ. Ducẽda ẽ ergo uxor. Enimuero neq; rõ Biantis neceſſario cõcludebat. Poſſet.n. qs hr̃e pulchrã: nec tñ cõẽ. At & inter eminenter pulchras aut deformes dat tertiũ. Nam inter pulcherrimã & deformiſſimã habere licet quandã formoſã. Quæ cõitatis periculo & deformitatis odio uacat. Neq; ille recte cõuertebat. Nã ſi formoſam duxerit: licet rõne formoſitatis nõ ſit habiturus pœnã: habebit tñ rõne periculi cõitatis. Silr: ſi turpẽ duxerit nõ hẽbit pœnã ex eo q ſit cõis. Sed ex eo qa ẽ turpis. Neq; igit ille nõ ducendã uxorẽ: Neq; iſte ducẽdã recte cõcludit. Non igit hæc ſunt inſolubilia: aut inextricabilia: ſeu inexplicabilia: ueluti erãt illa prothagore & Euathli. Hæc de illis delibaſſe ſufficiat. P. Procedamus more [illegible]

## Quid ſit inſolubile ſecundum priores: Et unde oriatur. B. Cap. II.

INſolubile ẽ oratio ſeipſam ſine medio: uel cũ medio caſu uel ſine caſu aſſertione deſtruẽs: & falſam eẽ inferẽs. Exẽplũ prioris. Hoc ẽ falſũ demonſtrãdo illãmet enunciationẽ. Exẽplum poſterioris: Oĩs enũciatio ẽ falſa. Et hæc ẽ enũciatio. Igit hæc ẽ falſa. Silr ſi dixeris: Hoc ẽ uerũ. Et hoc ẽ contradictio. Igit hoc eẽt falſum. & ſine medio. ſiue ſine appoſitione illius minoris: nõ ſequit. Pe. Illa minor intelligit ſub bono ſenſu demum? B. Sub intelligẽdo ſe gſat nõ exprimẽdo. Alias nõ. Quia ex uno ſiue illud ſit terminus ſiue ppoſitio nil ſequit. P. Cupio in hac materia fluibili ſolidus eẽ. B. Difficile eſt ſup aquas ſiccis pedibus ambulare. Accipe tñ hanc diuiſionem. Inſolubiliũ: Quædã ex noſtro actu. Quædã ex uocis ppritate oriri. Exẽpli prioris. Ego nõ dico uerũ. Cato dicit falſum. Ille intelligit falſum. Tu nõ intelligis uerũ. Exẽplũ poſterioris. Oĩs

enunciatio eſt falſa. Nulla eſt uera. Hoc eſt falſum. Hoc nõ eſt uerũ. Item inſolubilium quoddã eſt inſolubile ſimpl'r. Quoddã ſecundum quid. Exẽplum prioris. P. nõ hãc. Nulla oratio eſt uera. Et illa ſit omnis oratio. Et ſignificet preciſe ut pretendunt termini. Tunc ſit inſolubilis abſolute. Nam ſi dixeris illam eẽ ueram. Ergo ſignificat ſicut eſt in re preciſe. Sed ipſa ſignificat nullam enunciationẽ eſſe ueram. Ergo nulla. Et ita nec ipſa erit uera. Si aũt dixeris illam falſam. Ergo ſignificat aliter q̃ ſit in re. Sed ſignificat preciſe nullã enunciationem eſſe uerã. Ergo ſi aliter eſt q̃ ipſa ſignificet aliqua enunciatio erit uera. Et non eſt alia q̃ illa. Igit' illa erit uera. Ecce inſolubile abſolute. Inſolubile aũt ſm quid tunc fit qum hec particula preciſe pretermittitur. Ponatur ſm. hãc. Nulla enunciatio eſt uera. eſſe omnem enunciationem: & ſignificare prout pretẽdunt termini. Sed non preciſe. Tunc eſt dicendũ illam eſſe falſam. Quia ſe ipſam aperte deſtruit in quantũ ſignificat prout pretendunt termini. Sed non in quantũ habet ſignificata ſecũdaria & aſſertoria. P. Arguã ſic. Illa eſt falſa. Ergo ſignificat. Sed ſignificat nullam eſſe ueram. Ergo nõ eſt ita q̃ nulla ſit uera. Ergo aliqua eſt uera. Et qum non ſit alia ab illa. illa erit uera. P. Nega ſ'illa conſequentiã. Ergo non eſt ita q̃ nulla eſt uera. Nam in antecedente debuerat addi quod ſignificat preciſe nullam eſſe ueram. Si ne ſignificet illud preciſe. Si uero nõ preciſe ſequit' ſemper quod ſignificat aliter q̃ eſt. Ergo ſignificat. Sed nõ preciſe eſſe ita q̃ nulla ſit uera. Igit' aliqua erit uera. Et qum alia non ſit ipſa erit uera. R. Quamuis illa ſignificet aliter q̃ eſt. Et ẽt ſignificet nullam eſſe ueram, quia tamen nõ preciſe iſtud ſignificat, ſed poteſt accipi pro aliis ſignificatis ſecundariis & aſſertoriis non ſequitur. Igitur non eſt ita q̃ nulla ſit uera. R. Accepi.

Variorum inſolubilium uarie Regule ponuntur. B. Cap. III.

INſolubile. Quoddã eſt ſingulare: Et quoddã uniuerſale. Prima regula. Omne inſolubile ſingulare in quo non ponit' terminus imediatus demonſtratiuus actu noſtro ad hoc ut ſit inſolubile abſolute, opus eſt illud ponat' unicum. & q̃ actus noſter circa illud tm̃ uerſetur ſic ut ita preciſe ſignificet. Vt dicẽdo Calias dicit falſũ. Calias p̃ſupponit' unus, qum nomẽ illud ſit ꝓpriũ. Et ponimus q̃ nil aliud dicat q̃ illud Calias dicit falſum. Sic preciſe ſignificans. Et ſic fit inſolubile abſolute. Et nõ ẽ admittẽdũ ꝓpter contradictionẽ, quia ſequitur ſiue admiſeris illud eẽ uerũ ſiue falſum. Secũda regula. Si illud uolueris ut fiat inſolubile ſm quid pretermitto illã particulã preciſe. Tertia regula. Inſolubile ſingulare in quo ponit' pro ſubiecto terminus immediatus omnes ex actu nr̃o ſatiſfacit inſolubile tale. Nã impoſſibile ſingulare ad hoc ut fiat tale abſolute, opz & ſufficit ut dicens illã ſolã dicat ſic ſignificantẽ preciſe. Vt ego dico falſum, uel hic dicit falſum. Vt aũt illud idem fiat inſolubile ſm quid oportet pretermittere illam particulam preciſe. Sed hec penitus nil differt a prima & ſecunda. Quarta regula. Inſolubiliũ q̃ oriunt' ex ꝓprietate uocis: Aliqd' eget duabus limitationibus ad hoc ut fiat inſolubile abſolute. Aliqd' unica tm̃. Exẽplum prioris. Aliqua enunciatio eſt falſa: Fit et inſolubile ſimpl'r: ſi ea ſola ponat' in orbe. Et ita preciſe ſignificet. Exẽplũ poſterioris. Hoc ẽ falſum, ipſo iniet demõſtrato. Au

hoc non eſt uerũ. Si ſolum ponatur ut preciſe ſignificet: erit inſolubile abſolute. Vtrũq; autem hoꝝ fiet inſolubile ſm quid remota illa particula ut prius. Quinta regula. Oẽ inſolubile quod abſq; limitationibus & caſu nõ eſt inſolubile: dempta aliqua limitatione requiſita fit dubitabile. Vt Calias dicit falſum. Si nõ ponatur ut Calias nil aliud dicat. Vel ſi nõ ponat̃ ut unus Calias tantum ſit: Sed plures uel ſi nõ ponat̃ ꝗ ſic preciſe ſignificet: & eo magis ſi de ſignificatione nulla fuerit mentio ſemper illud erit dubitabile. Sic de illa dicito: Tu itelligis falſum. Et de reliquis: P. Ex hoc accipio aliqđ inſolubile eẽ cũ caſu & limitatione. Aliqđ abſolute abſq; ulla limitatione. Sed quod eſt illud [illegible] eiuſmodi. Ois enũciatio eſt falſa. Nulla eſt uera. Nec tñ illę erunt abſolute inſolubilia niſi ponant̃ ſic preciſe ſignificare. P. Inſero duo corrolaria. Vnũ eſt: Quodcunq; [illegible] inſolubile abſolute nunq̃ eſt admittendum [illegible]. Quia tale ſi concedatur eẽ uerũ erit [illegible] falſum. Et ſi cõcedatur falſum erit eo ipſo uerũ. Sicut ſuperius fuit deductum. Alterum corrolarium. Inſolubile ſecundum quid eſt admittendum. Nam ſi illud dixeris eſſe falſum non ſequitur eo ipſo eſſe uerum. Vt patuit.

Varię inſolubilis diuiſiones oſtenduntur. B. Cap. IIII.

Inſolubilia quędam ſunt particularia quędam indefinita. Exẽplum prioris. Aliqua enũciatio particularis eſt falſa. Exemplum poſterioris. Enunciatio indefinita eſt falſa. Enunciatio indefinita nõ eſt uera. Pateat eſt & utrũq; poſſe fieri inſolubile abſolute & inſolubile ſm quid. P. Pone & alias differentias inſolubilium ſi quę ſint: B. Inſolubile quoddam quantum: Vt iam dicta. Quoddam nõ quantum. Vt excluſiuum atq; exceptiuum. Veluti. Tm̃ excluſiua eſt falſa. Tantum Calias dicit falſum. Nulla enũciatio preter exceptiuam eſt falſa. Nullus preter Caliam dicit falſum. P. Da & aliam diuiſionem ſi quæ ſit. B. Inſolubile item quoddam cathegoricum. Vt ea quæ attulimus: Quoddã hyppoteticum. Vt copulatiuum & disiũctiuum. Veluti dicẽdo. Homo eſt animal & nulla copulatiua eſt uera. Quare hęc ſint inſolubilia [illegible]. Nam admiſſa illa copulatiua tanq̃ uera. Inferam ſtatim. Ergo poſterior pars [illegible] Videlicet. Nulla copulatiua eſt uera. Ergo nec iſta. Si autem dixeris illam [illegible] Ergo altera pars eius erit falſa. Sed non prior quia illa eſt neceſſaria. Ergo poſterior [illegible] conſequens illa deſignat ſecus ꝗ̃ ſit. Nunc autem illa preciſe deſignat ꝗ nulla copulatiua eſt uera. Igitur non eſt ita ꝗ nulla copulatiua eſt uera. Igitur aliqua eſt uera. P. Si prior pars eſſet contingenter uera aut forſan falſa & impoſſibilis tunc erit inſolubile ſecundũ quid. Et ſi ponat̃ etiam ſic preciſe ſignificando erit admittendum: B. Sed dicendum eſt illud eſſe falſum. Et priorem partem eẽ falſam. Poſteriorem autem ueram. Sit illa pars Tu es probus. Neganda eſt. Et ſi illa ſignificat preciſe te eſſe probũ. Concedendum eſt ꝗ tu non es probus. Enimuero ſi fuerit copulatiua habens priorẽ partẽ neceſſariã ſed nõ ponat̃ ita pciſe ſignificare. Caſus eſt admittẽdus. Quia non eſt inſolubile abſolute. Et dicẽdũ ẽ ipm̃ eẽ falſum. Sed nõ ꝑ prima parte: Nec ꝑ ſecũda: Sed ꝑ tertia. P. Que eſt tertia pars eius? B. Omne inſolubile eiuſmodi ſiue ſit cathegoricũ ſiue hyppoteticũ

addit hanc particulā. Et ipſum eſt uerū: P. Ergo Oē cathegoricū eſt hypoteticū: B. Eſt (ut aiunt) Sed q̄ tacite ē hypoteticū nō ſolet uocari tale. Sȝ cathegoricū in pposito. Igitur erit tale inſolubile. Hoc eſt animal. Et nulla copulatiua eſt uera. Et hoc eſt uerū. Ipſius ſolum tertia pars erit falſa: P. Affero aliquid de inſolubili diſiunctiuo.

## Diſcuſſio de inſolubili diſiunctiuo proprie & improprie ſumpto. B. Cap. V.

PRopoſitā hæc. Nullus hō ē aial uel nulla diſiūctiua ē uera. Ergo ita ē q̄ nulla ſit uera. Et pcōſequēs nec ipſa ē uera. Si aūt dixeris ipſam eē uerā. Ergo altera pars erit uera. Et nō prior: quū illa ſit impoſſibilis. Ergo poſterior. Et illa pciſe ſignificat q̄ nulla diſiūctiua ē uera. Ergo ita ē q̄ nulla ē uera. Et pcōſequens nec ipſa ē uera. Si aūt dixeris ipſam eē falſam: Ergo & pars poſterior erit falſa. Sed illa pciſe ſignificat nullā diſiunctiuam eē uerā. Ergo nō eſt ita q̄ nulla ſit uera. Ergo aliqua erit uera. Et quū nō ſit alia ulla q̄ illa. hæc erit uera: P. Si prior pars fuerit cōtingens. Vt Tu es uel nulla diſiūctiua eſt uera cū oībus cōditionibus: An erit inſolubile ſimplr: Be. Si loquamur de diſiūctiua pprie. tūc oportet fateri alterā partē ſolū eē ueram & nō utrāq̄. Oportebitq̄ hic priorē partē dicere uerā. De poſteriori aūt ſilere. Nā ſi cōcedes eā falſam erit uera. Et ecōtra: P. Arguā ſic. Diſiūctiua eſt uera & prior pars. Igit̄ altera pars erit falſa. B. Potes eā dicere uerā. Nō tñ ſpecificare quæ pars determinate ſit uera. Quod ſi ſpecificaueris fiet inſolubile abſolute. Sed ſi diſiūctiua teneat̄ more Iunioꝝ cōcedā eā uerā & priorē partē eē uerā de altera nil aſſerē ſo qualis ſit. Quia pōt eſſe uera. & pōt eē falſa. Sed nil eſt dicendum nec ſpecificandum. Nam ſubito eris ligatus & nullo id abſq̄ [illegible] occurere poteris: P. Sunt ne cetera inſolubilia alia a dictis.

## De quibuſdam inſolubilibus quæ prima fronte nō uidenſ inſolubilia: B. Cap. VI.

SVnt quædā inſolubilia quæ prima fronte non uidenſ talia: Vt Calias nō habebit denariū. Coriſcus nō pertrāſibit pontē. Pono nāq̄ ut Calias dicat hanc & nullā aliā. ſic pciſe ſignificantē. Ego nō habebo denariū & ſit decretū publicū. ut oīs dicens uerū: & ſolū ille talis ſit habiturus denarium. Vtroq̄ cōpoſito quæro an Calias habebit denariū: uel nō. Si affirmaueris: Cōtra. Oīs habiturus denariū dicit uerū. Sed Calias eſt habiturus denarium. Ergo Calias dicit uerū. Et ipſe nil aliud dicit q̄ id: Videlicet. Ego non habebo denariū: Ergo ipſius dictum erit uerū. Et pcōſequens ipſe nō habebit denarium. Cuius cōtradictoriū affirmaſti: P. Negabo illā. Calias eſt habiturus denarium: B. Ergo Calias nō dicit uerū: Et nō dicit aliud q̄ illud: Ergo illud non eſt uerum. Et illud preciſe deſignat Caliam non habiturum denarium. Igitur non erit ita ut Calias non ſit habiturus denarium. Immo habebit illum: P. Ego ſic deducerem: Ergo Calias non dicit uerum. decretum aūt eſt. ut oīs. & ille ſolus qui uerū dicit ſit habiturus denarium. Sed Calias ſi non ſit habiturus denarium. dicit uerum. Igit̄ ex decreto. hēbit

denarium. Et ſic ſequit ex eo qd negaſti oppoſitum: B. Si tñ non ponat illa particula ſic preciſe ſignificando caſus eſt admittendus. Et qum proponit an ſit habiturus denarium dicat q minime. Et q illa oratio Calliæ non ſit uera. Qua dicit Ego non habeo denarium: P. Cõtra Sit illa oratio A. Tunc ſic. A non eſt uerum. Et ſignificat preciſe q ille non habebit denarium. Ergo non eſt ita q non habebit denarium. Immo habebit: B. Negat ut A: id preciſe ſignificet nam addit hoc. Et A eſt uerū. Et huius gratia. A eſt falſum: P. Formabo illam ſic. Et A: deſignat illum non habiturum denarium ſine nota excluſionis. Et tunc ego negabo cõſequentiam. Sit unicus Callias Aut Coriſcus Et dicat hanc ſolum preciſe ſignificantẽ. Callias nõ pertranſibit pontem Aut hãc Nõ ero abſolutus a peccatis. Et ſit decretum ut oĩs dicens uerum & talis ſolus ſit pertranſiturus pontem. Quæro ſi ponat illa an ſit admittẽda: B. Minime cum clauſulis illis: Abſq; illis admitti poterit Cuius ratio iam allata eſt: P. Cõtra Nullus dicens falſum eſt pertranſiturus pontem. Sed Callias dicit falſum. Igitur non pertranſibit: B. Si preciſe id non ſignificabat conſequentia illa non fuit bona: P. Eſt in ferio: B. Illa cõcluſio ſi eſt cathegorematica nõ eſt ad rem. Si aũt hyppothetica tũc nõ eſt in quarto primæ.

## Quo pacto inſolubile non debet dici ſignificare copulatiue: Et quo pacto ſic ſignificare dici poteſt. P. Cap. VII.

SEpius dictum eſt Inſolubile ſm quid ſignificare copulatiue. Cõtra id arguo: Primo Quia talis ſignificationis nulla rõ ponit. Irrõnabile aũt ẽ i ſciẽtia rõnali aliqd ſine rõne aſſerere. Secũdo Quia ex eo ſequit quodlibet inſolubile eẽ impoſſibile ſimplr. Et p cõſequens nullũ eẽ admittendũ. Aut cõcedendũ cõtra iam ſuperius dicta. Añs pbat. Nã ponat illud inſolubile Hoc ẽ falſum manifeſte. Includit cõtradictionẽ addẽdo Et hoc eſt uerū: B. Ad primũ Quidam dicit id eẽ rõnale quia oro ſignificat qcqd ſequit. Et inculcat rñſionẽ ob difficultatẽ: P. Ad oẽm enunciationẽ ſequit illud. Igit oĩs enunciatio ſignificat copulatiue: B. Tu uis inſolubilia ſoluere. Nobis tñ uř q oĩs enũcians ſiue illud uerū ſiue falſum ſit: uerū ſe enunciare putet: Et ſi qũ nõ putet. Ip tñ oſtẽdit ñ tñ ppriẽ enũciat copulatiue Quia dicẽs Roſa ẽ liliũ oſtẽdit ſe dicere huic æqualẽter hæc ẽ uera: Roſa ẽ liliũ: Nõ ergo copulat duo ſed ſenſu tali loquit: P. Poſſet dicere Roſam eẽ liliũ nil cogitãdo de ipſa enũciatione: P. Verū id: Sed nõ põt id ſine enũciatione dicere imo ſic dicere nil aliud ẽ q̃ enũciare. Eſto tñ ut illa ſint duo ſignificata. Veritas tñ enũciationis attendit poenes ſignificatũ primũ & adæquatũ nõ ſm aut aſſertoriũ: P. Cur igit dicũt inſolubile ſm qd ſignificare copulatiue: B. Q ñ inſolubile ponit ſic pciſe ſignificare ut termini ptendũt tũc oro accipit put ſignificat adequate tñ qñ illa clauſula nõ apponit tũc ñ coarctor ut admittã illd put ſignificat adeqte. Sȝ poſſum recurrere ad alia ſignificata ſm q̃ forſan ñ erit ipoſſibile. Et ita potero ipoſſibile admittere. Nullũ. n. ipoſſibile ẽ Qd ſȝ aliqd ſignificatũ ñ ſit poſſibile: & neceſſariũ Et ecõtra. P. Cur illi tm̃ illud ſignificatũ accipiũt & hoc ẽ uerū. Et ponũt rõe illius iſolubile eẽ falſũ. B. Credo Iuniores id feciſſe qa ñ accepũt mẽtẽ ãtiqȝ. Nã oẽ iſolubile

deceptum p ſuo adæquato ſignificato eſt impoſſibile. Nullum ergo eſt falſum ſolum ratione ſignificati aſſertorii. Inſolubile igitur ſecundum quid admittitur quia põt admitti pro alio ſignificato q̃ adæquato. Inſolubile ſimpliciter minime: Pe. Tu ſuperius aliqua inſolubilia poſuiſti ratione adæquati ſignificati nõ eſſe falſa. Sed rõne illius ſuperadditi. B. Loquutus ſum eorum opinione: P. Reſponde ad ſim: B. Ad ſim multa inculcant neſcientes illud ſoluere. Quia dato uno inconuenienti plurima inde ſequuntur. Nos igitur diximus inſolubile ſm qd ſignificare copulatiue. Quia põt accipi pro ſignificat primariæ Et ſecundariæ. Adequate. Et partialiter. Nõ tñ eſt accipiendũ quum admittitur põibus ſuis ſignificatis copulatiue, quia ſic impoſſibile admitteretur: Sed p aliquo ſuo ſignificato poſſibili. Vnde potius ſignificat diſiunctiue quando admittitur & conceditur eſſe falſum prout deſignat adæquate, nec tamen dicitur impoſſibile gratia alicujus alterius ſignificati ratione cuius interdum erit uerum & non ſolum poſſibile.

Inducit rões cõtra inſolubile ſm qd. & diluit. Enũciationẽq; uerã nõ poſſe hr̃e ſignificatũ aſſertoriũ falſum. Et falſam poſſe hr̃e ſignificatũ aſſertoriũ uerũ. P. Cap. VIII.

Arguũt qdã pbantes inſolubile ſm qd eẽ uerũ. Sic arguẽdo. Sit hoc inſolubile tale. Oĩs enũciatio uniuerſalis ẽ falſa. Tu dicis illam falſam. Cõtra. Voceſ illa. C. Reſoluã ſic. Hoc ẽ falſum. Et hoc ẽ. C. Igit. C. ẽ falſum. Cõſequentia bona. Et añs eſt uerũ. Igit & cõſequẽs. Itẽ exponã ſic. Aliqua enũciatio uniuerſalis eſt falſa: Et nulla reperitur quin ſit falſa. Igit Oĩs talis eſt falſa. Itẽ cõſequentia bona & añs uerũ. Tertio cõuertã ſic. Tñ falſum ẽ enũciatio uniuerſalis. Igit oĩs enũciatio uniuerſalis eſt falſa. Antecedẽs uerũ: Igit & cõſequens: quod ponebat pinſolubili: B. Nõ reſoluit uniuerſalis. P. Põt reſolui ſi ſubiectũ ſupponat p uno: B. Dicũt illud inſolubile nec eẽ reſoluendũ nec exponẽdũ, nec illo mõ trãſponendum. quum ſit enũciatio hypothetica: Hippothetice igit eſt pbandũ. Nos aũt dicimus cõcedẽdo. A. eẽ falſum. Et uerũ eẽ q. A. ẽ falſum Nõ ẽ igit uerũ. A. Sed uerũ ẽ. A. nõ eẽ uerũ. Silr quum pbat particularẽ aut indefinitum inſolubile eẽ uerũ: Sic. Oĩs enũciatio particularis ẽ falſa: Ergo aliqua ẽ falſa. Silr de inſolubili ſingulari. A catone dr falſum. Igit Cato dicit falſum. A paſſiua ad actiuã. Ipſi oẽs illas conſequẽtias & regulas negãt. Nos cõcedimus uerũ eẽ, ut oĩa illa antecedẽtia ſint falſa. Silr & oĩa illa cõſequentia. Sed negamus illa eẽ uera: P. Timeo alios ẽt uera dicẽtes. Iccirco quero an ſit uera regula: Illa enunciatio uera caret ſignificato aſſertorio falſo. Falſa uero habet ſignificata aſſertoria uera: Be. Si aſſertoriũ ſignificatũ ſit illud qd formalr ex aliqua enũciatione ſequit & ex falſo uerũ, ex uero nil niſi uerũ ſequit. Regula eſt uera. Quũ ergo dico Nullũ Liliũ eẽ roſam. Ibi dr Liliũ eẽ roſam. Sed illud nõ ẽ ſignificatũ aſſertoriũ, Sed ſolũ repreſentatiuũ. Vnde nõ ſequit Nullũ Lilium eſt roſa. Igit Liliũ eſt roſa: P. Dicunt hanc cõſequentiam nõ ualere: Hæc orõ eſt falſa. Igit nõ eſt ita ſicut illa ſignificat: B. Etiam bene dicunt. Nam oratio falſa habet aliqua ſignificata uera. Dicendo aũt Nõ eſt ita ſicut ſignificat. Perimit oĩa ſignificata. Inferatur autem ſic. Igit nõ eſt ita ſicut adæquate ſignificat. Vel ſic. Igitur aliter q̃ eſt ſignificat.

De duobus modis arguēdi quo pacto ualeāt. Et quo minime diſceptat. P. Cap. IX

ASſerunt ēt hos duos modos arguēdi nō ualere hunc: Videlicet conſequētia haec eſt cōcedenda. Et añs eſt uerū. Igit & cōſequens. Nā ſi poneret ꝙ haec. Roſa eſt flos. Significet adaequate roſam eē Liliū. Tūc cōſequentia haec cōcedēda. Roſa ē pulcherrima florū. Igit roſa ē flos. Et añs ē uerū quiā nō mutat ſignificatū cōſuetū. Et cōſequēs falſum, quīn ſignificet adaequate roſam eē liliū. Silr. Et hāc. Haec ē bona cōſequētia, & añs illius ē cōcedēdū, Igr & cōſequēs: Nā ſi haec ponāt cōuerti. Deus ē bonus. Et roſa ē liliū. Et arguat. Deus ē bonus: Ergo roſa ē liliū. Cōſequentia bona: Et añs cōcedendū nō aūt cōſequens. Addūt ſicut aliud ē cōcedere aliquā enunciationē, & aliud eſt cōcedere ipſam uerā. Vt ſi ponant cōuerti illae duae paulo añ notatae. Tunc ſi ponat hec Roſa ē liliū. Eſt aſſidue negāda. Et ſi ponat An ſit uera. Cōcedat eē. Quia id poſſibile ē. Sic aiūt. Aliud ē cōcedere cōſequētiā. Aliud eā eē bonā. Nā illa paulo ſupius poſita ē cōcedēda eē bona. Si qua arguat. Nā arguit a cōuertibili ad cōuertibile. Et tñ ē negāda. Et ecōtra aliqñ cōſequentia negāda ē eſſe bona & tñ ipſa ē cōcedenda. Vt ſi haec Roſa ē flos. Significet hāc. Roſa ē liliū. Et arguat Roſa ē. Ergo roſa ē flos. Cōſequētia cōcedenda eſt. Et tñ ē mala qa añs eſt uerū, & cōſequēs falſum. Quid de his ſentis:

De Conuertibilibus. B. Cap. X.

DE cōuertibilibus atq; ſimilibus, & diſſimilibus enunciationibus, prius tractādū. Deinde ad id rñdendū: P. Dato regulas: B. Sit haec prima regula. Si ponant duae enūciationes cōuerti ſic adaequate ſignificādo quarū una ſit neceſſaria. Altera impoſſibilis. Aut una poſſibilis. Altera impoſſibilis. Aut una neceſſaria. Altera cōtingens. Aut ambae cōtingētes ſed mutuo ipoſſibiles. Caſus nō eſt admittēdus. Quia tūc ex neceſſario ſequeret impoſſibile: Et cōtingēs. Et ex impoſſibili poſſibile. Et ex repugnāti cōtradictorio repugnās. Tñ ſi ponant cōuerti duae cōtingentes quae repugnant cōtrariae eo quia ambae poſſent eē ſimul falſae. Vt hae. Tu curris: Et tu nō moueris. Põt admitti. Secūda regula. Si ponant nō ſibi repugnātes cōuerti ſic adaequate ſignificādo admittat caſus. Et ad eā quae prius ꝓponit eſt reſpondendū ſicut ad impertinēs. Quia eſt impertinēs. Ad alterā uero cōformiter quia eſt pertinēs ſequēs. Vt ſi ponat has: Tu es hō: Et tu es Romae, cōuerti. Et poſtea ꝓponat. Tu es Romae. Poſito ꝙ nō ſis ibi. Negāda ē quia falſa & ipertinēs. Si deinde ꝓponat. Tu es homo. Neget quia eſt repugnans. Vt ſi ulterius dixerit. Iſta eſt falſa. Tu es Romae: Igit & iſta Tu es hō. Cōcedo. Si aūt prius ꝓponat illa. Tu es hō. Cōcedenda ē. Quia uera nō repugnās. Si poſtea ꝓponat illa. Tu es Romae. Cōcedenda eſt tāq̄ ſequens. Tertia regula. Si ponant duae. Siue fuerint cōtingētes ſiue nō fuerint nullā mentionē faciendo de ipſarū ſignificato adaequato caſus eſt admittendus. Et ad prius propoſitum reſponde ſm qualitatē ſuā: ac ſi non eſſes obligatus. Ad alterā uero tāq̄ ad impertinēs;

Vt ſi ponerē iſtā. tu es hō: Et tu curris ſcō ſuccedunt Admitte. Et ſi ppono: Tu es hō. Cō cede. Si deinde ppono Tu curris Nega. Quia falſum & ipertinēs. Si tñ priorē affir maueris uerā aut neceſſariā & poſteriorē ut uerā & neceſſariā affirmes opus eſt. Si ſic Si priorē dixeris falſam aut impoſſibilē Et poſteriorē talē. Nā quoad ueritatē & falſi tatē neceſſitatē & cōtingentiā poſſibilitatē & impoſſibilitatē conueniunt in poſitū & admiſſū. Quñ aūt abſolute pponunt tūc ſunt ad inuicē illū caſum & cōuertibilita te impertinētes. Iccirco rñdendū eſt ad utraq; tāq̄ impertinentē quoad cōcedere & ne gare: Pe. Ergo aliqd poſſum cōcedere eſſe uer. & tñ illud ſi pponat abſolute debeo ne gare: B. Vtiq; Nā cōcedit eē uer ex obligatione facta quia illud cōuertīcū uero admiſi. Qd' tñ abſolute ppoſitū nego. Quia illud ñ ſum obligatus ſic ppoſitū affirmare: P. Si hæc eſt uera tu curris. Ergo tu curris: B. Nego cōſequentiā. Quia illa nō dr uera ra tione ſignificati adæquati: ſed rōne poſiti & admiſſi. Obligamur aliqd cōcedere eſſe uer ꝑ caſum poſitū & admiſſum. qd' tñ nō obligamur ſeorſum uel abſolute ppoſitū con cedere: P. Hoc ē qd' aliqui dicunt eā eē cōcedendā notaliter nō participialiter. Quia ꝑ ca ſum poſitū eſt cōcedenda eſſe uera nec tñ cōcedit qñ abſolute pponit: Be. Si primo p ponat An hæc Tu curris ſit uera: Dicendū eſt q eſt falſa. Si deinde pponat An illa ſit uera. Tu es hō Dicēdum eſt q eſt falſa. Quia p caſum conuertit cum illa Tu curris quæ eſt falſa. Et tamen ſi proponatur Tu es homo concedi debet tāq̄ impertinens ue rum. Neganda eſt eſſe uera Et tamen conceditur quando proponitur: Pe. De ſimili bus & diſſimilibus ſunt nec ne aliquæ regulæ.

## De Similibus. B. Cap. XI

Sunt æquidē. Prima regula. Si ponant duæ ſimiles in ueritate uel falſitate ne ceſſitate uel cōtingentia poſſibilitate uel impoſſibilitate nullā faciēdo mētio nē de ipſarū adæquata ſignificatione. caſus eſt admittendus. Et quoad cōcede re & negare pcedendū eſt ac ſi nulla obligatio pceſſiſſet. Quia ſic ppoſitæ ſeorſum ha bent p impertinētibus. Sed quoad ueritatē uel falſitatē & huiuſmōi di alia. Si primo p poſita dicat uera & altera. Si prior falſa & poſterior. put dictū eſt in tertia regula cōuer tibiliū. Secūda regula. Si ponant duæ ſimiles: Sic adæquate ſignificādo quarū ūna ſit alteri impertinēs. Caſus eſt admittēdus Ad priorēq; ppoſitā rñdendum eſt ſicut ad im pertinēs Ad alterā ſicut ad pertinēs ſequēs Vt ſi hæ pponant eo modo ſimiles: Tu es Eps. Et Tu es coloratus. Si primo pponat illa Tu es Eps Neget. Et p cōſequens & illa Tu es coloratus tāq̄ ſequēs. E cōtra fiet ſi prius pponat poſterior. Tertia regula. Si Duæ quarū una ſic ſe habeat ad alterā Sicut oppoſitū antecedētis ad cōſequens. ponā tur ſimiles ſic adæquate ſignificando. Vt Tu nō curris: Et tu moueris. Vel tu non es al bus: Et Tu es coloratus. Vel Tu neſcis tibi cōcludi: Et Tibi cōcludere. Admittat caſus & quacūq; illarū ppoſita an ſit uera concedat. Stat. n. Vt Tu nō curras Et mouearis Nō ſis albus: Et ſis coloratus. Neſcias tibi cōcludi quia uel nō intelligis uel nō aduertis ad uim rationis. Et ſit tibi concluſum. Caueto aūt ne ullā illarum aſſeras falſam aut ca

in falſitate ſimiles dicas. Si n. hanc Tu non curris falſam dixeris: Hãc Tu curris quę ẽ ſua cõtradictoria ueram cõcedes. Et poteris formari talis cõſequentia. Tu curris. Ergo Tu moueris. Antecedens eſſe uerũ cõceſſiſti: Ergo & cõſequens. Quia cõſequentia eſt bona. Et quãte nõ currere & te moueri erãt ſimiles in falſitate: ut cõceſſiſti. Ergo ex uero ſequit̃ falſum in cõſequentia bona. Quod eſt dictu abſurdũ. Sic erit ſi has. Tu non es albus. Et tu es coloratus. Poſueris ſimiles in falſitate. Nã ſi illa Tu es albus ſit falſa. Inferã. Igit̃ tu es albus. Et ulterius. Ergo tu es coloratus. Quã falſa ita cõceſſiſti. Quarta regula. Si ponãt plures ſic adæquate ſignificãdo: quarũ una ſe habet ad aliã ſicut oppoſitũ cõſequẽtis ad antecedẽs. Admittat̃ caſus: Et quæcũq; ppoſitarũ negãda. Et cõcedẽ illã eẽ falſã. Vt Tu moueris. Et tu nõ moueris. Tu es albus. Et tu nõ es coloratus. Tu ſtis tibi [illegible] cõcludet. Nã ſtat ſimul ut & antecedens ſit falſum & oppoſitũ cõſequẽtis [illegible] Falſũ ẽ & illa Tu moueris. Et illa Tu nõ moueris. Sic dereliqs [illegible] in ueritate. Quia ſi te currere eſſet uerũ: Etiã te moueri eẽt uerũ. Et tñ cõceſſiſti [illegible] te currere. Et ſic cõcedis te moueri: Et nõ moueri ſimul. Quod eſt impoſſibile. Quinta regula. Si ponã [illegible] ſignificãdo: quarũ una ſit neceſſaria altera impoſſibilis. Vel una neceſſaria altera contingens. Vel una poſſibilis altera impoſſibilis. Vel una altera [illegible] Caſus [illegible] Quia eo admiſſo multa ſequerent̃ [illegible] impoſſibilis. Vel impoſſibilis neceſſaria. Et neceſſaria [illegible] Et poſſibilis [illegible] impoſſibilis. Et econuerſo. Et cõtradicto [illegible] ſimiles in ueritate [illegible] poſſet [illegible] cõſequẽtia bona. Et ex neceſſario impoſſibile. Et [illegible] impoſſibile. Et econuerſo: Et ex cõtradictorio cõtradi[illegible] cõſequẽtiam regulis repugnãtia. P. Iã de diſſimilibus.

## De diſſimilibus. B. Cap. XII.

Si ponãt duæ equaliter in ſe ſic eſſe diſſimiles. Hoc ẽ una uera: Altera falſa. Vna neceſſaria: Altera cõtingens. Vna poſſibilis: Altera impoſſibilis [illegible] faciẽdo ulla mentione de ſignificato adæquato. Admittat̃ caſus. Et quo ad cõcedere & negare rñdeat ad eas q̃ ppõnunt̃ ac ſi nullus caſus fuiſſet poſitus. Quia ſunt impertinentes caſui. Quo aũt ad ueritatẽ & falſitatẽ ad prius ppoſitã rñdeat̃ ſicut ad impertinẽs. Ad alterã diſſimilr. Quia eo caſu admiſſo diſſimilr te oportet rñdere. Si [illegible] prius ppoſitã dixeris uerã: Alterã dicito falſam: Etiã ſi utraq; eẽt neceſſaria. Vt Deus eſt: Et hõ eſt aĩal. Et ſi diceret̃ illã eẽ uerã. Hõ eſt aĩal. quia adæquate ſignificat hoĩem eẽ aĩal. Negandũ eſt q adæquate ſignificet illud. Si ĩterrogauerit. Quid ergo ſignificet adæquate. Rñde. Falſuz quoddã. Quid eſt illud. A. uel B. Secunda regula. Si ponant̃ duæ inuicẽ impertinẽtes diſſimiles. et ſic adæquate ſignificãdo. Admittat̃ Et ad prius ppoſitã rñdeat̃ ſicut ad ĩpertinẽs. Ad alterã diſſimiliter. t Eſi utraq; eſſet extra caſum falſa: Vt Tu es Rex. Et Tu es Papa. Prior

ppoſita negetꝰ. Altera concedatꝰ. Si utraq; uera. Prior concedatꝰ. Poſterior negetꝰ. Vt tu nõ es Rex: Et tu nõ es Papa. Tertia regula. Si ponanꝰ eē diſſimiles: ſic adæquate ſignificando quaꝝ una antecedit ad alterā in materia contingenti admittatꝰ. Et illa quæ antecedit negetꝰ. Quæ ſequitꝰ concedatꝰ. Vt ſi hæ: Tu curris: Et tu moueris. Ponanꝰ diſſimiles. Prior ſemper eſt negāda: Nā in cōſequentia bona ex falſo põt inferri uerū. Sed ſi antecedēs cōcederes. ut ēt cōſequens cōcedas opus eſt. Et ſic ex uero ſequeretꝰ falſum in cōſequētia bona uel utraq; eēt uera qđ eſt contra admiſſum. Quinta regula. Si ſīt diſſimiles ſic adæquate ſignificādo una neceſſaria: Altera īpoſſibilis uel cōtingēs: Admiſſo caſu cōcede ſemper neceſſariā. & nunq̄ impoſſibilē aut contingentē quācunq; ueram. Quia tūc oporteret negare neceſſariā. Sexta regula. Si ponanꝰ diſſimiles ſic adæquate ſignificādo duæ quæ cōuertanꝰ. Vt hō loqꝰ. Et riſibile loquitꝰ. Nō admittatꝰ. Quia tūc ab uno cōuertibili ad aliud non eſſet bona conſequentia. & ſi eſſent diſſimiles non conuerterentur: Sed hæc actenus. Scripſimus hæc omnia non ut decipiendo aut in errorem quempiam induceremus. ſed ut ipſi decipi aut falli nequeamus.

Habes mi Petre nepos chariſſime ac ſtudioſiſſime. Oīum ad hanc artē attinētiū pinguē (ut cenſeo) delibationem: Nā & Terminoꝝ & Enunciationum Diuiſionū atq; Definitionū. Vniuerſaliū q; mentis humanæ progreſſuum ſiue Syllogiſmoꝝ. Habes philoſophema Ratiocinationē: uidelicet Philoſophicā. Quæ demonſtratiua dicitꝰ. Habes & Epichirema. Dialecticam inq̄ ratiocinationē. Habes & Sophiſma captiunculam. uidelicet Sophiſticā. Habes & Aporema Elenchum inq̄ Dialecticū ſub Epichiremate contentū. Nihil nõ delibandū putauimus: Ariſtotelē neq; in Syllogiſmoꝝ figuris. neq; in [illegible] diminutū fuiſſe oſtendimus. Nam & ſi in arte ueteri: Sic forſan dicta. quia a ueteribus ante ipſum tradita fuerit. uel quia partium cognitio puta in re noſtra terminoꝝ ac enunciationū de quibus ars uetus tractat ex eo quia prior diceretꝰ uetuſtior. aliquid obmiſiſſet non mirarethur. Ipſe namq; eam nobis potius recitauit q̄ tradidit. Eapropter neq; inuentos errores ut de loco & tempore (alias eos emendaturus) emendare ibi curauit: Neq; predicamentoꝝ numerum augere aut diminuire (quorum utrūq; facere potuiſſet) uoluit. Sed una cum aliis numero denario cōtentus fuit. Licet ipſe de quatuor. primis magiſq; realibus difuſius loquutus fuerit. De ſex reſpectiuis documēta quā breuiſſima reliquit. De cæteris rationis coordinationem fieri poſſe in eo quia illud ab ente reali diſtinxit innuit. Quam nos authoritate eius proſecuti ſumus. Licet de minimis neq; pretor neq; lex neq; ars curet. Noluimus ſpernere minima. ne paulatim decideremus.

Hec aũt tu alacriter ſuſcipito/atq; diuino illi uiro & pͣncipi optimo ĩ q̃ dolus nõ
eſt. Leonardo.ti.S.Petri ad uincula Car.Agenen.maiori pniario/emẽdãda/
caſtigãda/corrigẽda:& approbãda tradito/Necq; abſq; ipſius nutu/ulli ea/uel
oſtẽdito. Diſciplinã.n.rõis nemo melius q̃ q nil pter rõnẽ agit/diiudicare poterit. Acce
piſti noui q̃ magnis lateribus/& acerrimo ingenio/ĩ itũ quẽ nõnulli Niceni cõcilii ſolidi
tate fulciti circa Neomeniã/ſeu lunæ ĩnouationes obſeruãdũ putabãt/A pl̃i cuius mens
ĩ ipſius mẽte habitare uidet̃/tã aperte authoritate diſſuaſit & excluſit. Alias q̃q; Theolo
gis q ex mẽte Pauli/electoꝶ prædeſtinationẽ/a diuina ſolũ uolũtate pficiſci cenſebant.
Dixerat.n.ſcribẽs ad Ro. An nõ hẽt ptãtẽ figulus luti ut ex eadẽ maſſa fingat unũ uas
in honorẽ/aliud uero ĩ ignominiã. Et ad Ti. In magna domo/nõ tm̃ ſunt uaſa aurea &
argẽtea.ueꝶ ẽt lignea & teſtacea. Et alia qdẽ In honorẽ/alia uero in contumeliã. Et ſic
uidebat̃ Paulus & ſaluãdos/& dãnandos/ſoli uolũtati diuine cõmiſiſſe. Cuius cõtrariũ
ipſe in ſubſequẽtibus Pauli ſnĩis declarauit. Nã poſtq̃ uaſis figuli nos aſſimilauerat. Po
ſtea oſtẽdit bonos ſua ſponte fieri malos. Et ecõtra. Quia inducit teſtimoniũ pphete.
Vocabo nõ plebẽ meã/plebẽ meã/ſi reſipiſcere uoluerit. Idcirco adiũgit: Si cõfeſſus fue
ris in ore tuo dñm Ieſum/Et Credideris In corde tuo q̃ Deus excitauit eũ a mortuis/ſal
uus eris. Illi ãt ſnĩe q̃ ad Ti.ſcripſit/ita ſubnectit. Si quis expurgauerit ſeipm ab his q̃ ui
delicet ſalutẽ Impediũt/erit uas in honorẽ ſanctificatũ/utile dño/ad oẽ opus bonũ pre
paratũ. Ipſe inſuper ex eiuſdẽ apl̃i mẽte. Maximũ pontificẽ donare poſſe inquantum in
duit Chriſti pſonã remiſſionẽ peccatoꝶ. & ita tribuere uenias/quas ĩdulgẽtias moder
ni uocãt/induxit. Superioribus q̃q; diebus dũ rogaret̃ cur Interdũ dextra Paulo/Sini
ſtra Petro tribueret/ſapiẽtiſſime rñdit. Quãuis Petrus/ut totius ouilis paſtor/cũctis
ſit preferẽdus.quia tñ fuit inſtitutus potiſſimũ circũciſionis.& paulus gẽtium doctor.
Iuxta illud. Qui opatus eſt/ſeu efficax fuit. Petro ad apl̃atũ circũciſionis.opatus ẽ &
mihi/ſeu efficax fuit & in me ingẽtes. Idcirco ut oſtenderet̃ ipm gentium q̃ ſumus nos
doctorẽ eẽ:& Euangeliũ:a Chriſto nõ ab Apoſtolis accepiſſe/dant̃ ſibi q̃q; a gẽtibus
In illius ĩ depẽdẽtis ab hoĩe doctrine memoriã dextere honores: Tanti igit̃ uiri/ac prin
cipis indimouibili adherẽdum firmiter ẽ Iudicio. Si ipſe approbauerit/approbatum pu
ta:& eius authoritate ceteris tribue legendum.

Georgii Benigni/Argentinẽſis/Archepi Nazareni/Opus artis dialectices pclariſſimũ
Ad Re.in Xpo prẽ:&.D.D.Leonardũ.S.R.Ecc.tt.Sci Petri ad uincula pſb.Car.
Agenẽſem: Maiorẽ penitentiariũ/fœlici auſpicio finẽ ſortitũ eſt. Excuſſum in Alma ur
biũ principe Roma: Apud Iacobũ Mazochiũ Romanæ Academiæ bibliopolã. An
no Natalis dñici ex Virgine Vigeſimo ſupra milleſimum quinquieſq; centeſimum.xii.
Kl'as.Ianuarias.Pont.Sant.D.N.D.Leonis.X.Anno ſeptimo.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z & ꝯ

Omnes ſunt terni.